
NAZIONALE
14
22 F
19 M

PLVTARCHI

DE PLACITIS PHILOSOPHORVM

LIBRI V.

EDVARDO CORSINO

INTERPRETE.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ
B I B Λ I A E.

PLVTARCHI
DE PLACITIS PHILOSOPHORVM
L I B R I V.

LATINE REDDIDIT, RECENSVIT
ADNOTATIONIBVS, VARIANTIBVS LECTIONIBVS
DISSERTATIONIBVS ILLVSTRAVIT

EDVARDVS CORSINVS
CLER. REG. SCHOLARVM PIARVM
IN PISANA ACAD. PHILOSOPHIAE PROFESSOR.




ex Museo Capitolino

FLORENTIAE. CIϽ. IϽ. CC. L. EX IMP. TYPOGRAPHIO
SVPERIORVM ADPROBATIONE.



E M M A N V E L I
COMITI RICHECOVRTIO



EDVARDVS CORSINVS.

Aeleſtis, atque divina propemodum Sapientiae cauſſa, & origo ita a Veteribus partim fabulis, partim etiam elegantiſſimis imaginibus adumbrata fuit, ut illa vel a primis uſque temporibus nonniſi ab optimo, ac praeſtantiſſimo Numine nobis conceſſa merito cenſeretur. Ex pluribus tamen ſymbolis, ac imagini-

bus, quae in explicanda Sapientiae origine, atque natura a Philosophis adhiberi consueverant, nulla fortasse aut illustrior, aut nobilior videri facile poterit, quam quae in celeberrima Promethei fabula continetur. Ille nimirum, quum humano corpori, quod Iovis imperio partim ex luto, partim ex variis animantium partibus undique dissectis, unaque rite compositis effinxerat, spiritum, motumque deesse conspiceret, caelum conscendisse, accensamque e Sole facem in terras detulisse dicitur, ut exinde Palladis auspicio, praesidioque humano pectori vigor accederet; adeoque vita, ratio, sapientia, animusque ipse pulcherrima *Psyches* imagine, ac nomine designatus humano capiti infunderetur. Qua quidem historia a Poëtis omnibus elegantissime memorata non modo perennis, atque immortalis animi nostri natura, simulque ratio demonstrata fuit, qua

Igneus est olli vigor, & caelestis origo; (1)

verum etiam prima, atque sincera caussa nobis ostenditur, ex qua Sapientia, vel ut a Pythagora vocari iam coepit, *Philosophia* tanquam uberrimo, sanctissimoque fonte profluxit. Hinc Socrates (2) optimo, maximoque iure Philosophiam

(1) Virg. Aeneid. Lib. VI. ver. 730. (2) Apud Cicer. Tusc. I. c. 26. & de Leg. I. c. 24. Offic. II. c. 2.

ipſam *donum*, *& inventum Deorum* vocavit, *quo nihil a Diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil praeſtabilius hominum vitae datum eſt, aut dabitur;* nec aliud facem illam fuiſſe dixit,(1) qua Prometheus hominum pectora incendiſſe fertur, quam puriorem quandam, vividamque lucem, quae in exploranda rerum natura, divinarum, humanarumque rerum cognitione comparanda humanis animis affulſiſſet. Quam vero late, feliciterque caeleſtis ille Sapientiae ſplendor manaverit, qua mira mortalium fauſtitate ingenitus ille veritatis intuendae ardor, doctrinaeque gloria ex uno in homines alios propagata fuerit, adeoque tenebras, quibus occulta veritas, ac ipſa rerum natura circumſepta fuerat, diſpulerit, non aliunde melius, quam ex Philoſophica Hiſtoria deprehendi poterit. Etenim ubi maxima, ac infinita fere opinionum varietas obſervetur, quae tum a veteribus, tum a recentioribus etiam Philoſophis inventae fuerant, ut ipſarum praeſidio nobiliores Naturae effectus exponerent, facile profecto intelligi, oſtendique etiam poterit acerrima ingenii noſtri vis, irrequieta mentis humanae celeritas, incorporea cogitandi facultas, quae humanis animis indita, ſive divinitus im-

† 2 preſſa

(1) Apud Plat. in Philaebo.

pressa fuit; ut optime proinde, sapienterque plurimi existimaverint humanae mentis, animique nostri historiam in hac ipsa Philosophica Historia contineri. Itaque mirari plane non possumus, si aureolus ille PLVTARCHI liber, qui varias eiusmodi Physicorum sententias nitida, accurataque serie complectitur, adeoque merito *de Placitis Philosophorum* inscribi solet, tanto olim in pretio haberi, atque in amoribus esse consueverit. Vt enim ceteras praestantissimi Scriptoris laudes praeteream, in Libris illis veluti prima nascentis adhuc Philosophiae naturalis facies ingenue, suisque fere coloribus exhibetur; perennis illa temporum series ostenditur, qua naturalium rerum cognitio ex parvis initiis profecta sensim adoleverit; mira opinionum varietas accurate describitur, quae florentibus in Graecia Philosophorum Sectis erupit; methodus etiam illa, legesque nobis affulgent, quas olim Veteres in inquirenda veritate usurparunt; ut ipsi non modo ceteris pone sequentibus facem praetulisse, sed in explicandis etiam plerisque Naturae effectibus palmam praeripuisse merito existimentur. Ac certe quidem haec maxima doctissimi Viri gloria, simulque eximia Operis huius praestantia me pridem impulerat, ut Budaei, Xylandri, Cru-

se-

ſerii, aliorumque ſtudia aemulatus de illo iterum excudendo ſic cogitarem, ut latinae interpretationi, quae ab illis etiam adornata iam fuerat, ſplendor aliquis adiungeretur; neque modo caſtigatiſſima graeci textus editio, preſſior, atque ſincera ipſius interpretatio Lectorum oculis exhiberetur, ſed quidquid etiam ipſi illuſtrando, corrigendoque adnotaveram meliori quo poterat ordine ſubiiceretur. Ita nimirum de Philoſophica Hiſtoria mereri, ſtudioſis Adoleſcentibus conſulere, impoſitam demum provinciam aliqua ratione ornare me poſſe putaveram, ſi praeclarum illud veteris Sapientiae ſpecimen, uberemque phyſicae eruditionis theſaurum novo fortaſſe cultu decoratum proponerem; quumque doctiſſimi Viri, quibus Academia Piſana diſciplinarum omnium laude florentiſſima commendatur, qua accuratiſſimis ſiderum obſervationibus, qua ſeverioris Geometriae, atque Mechanicae Facultatis praeſidio, qua purioribus Chimicae, Phyſicae, Medicaeque Diſciplinae luminibus naturalis doctrinae ſtudia nova uberiorique luce perfundunt; ego quoque ſymbolam veluti conferrem, atque communem hanc Spartam pro ingenii mei viribus adornarem. Hinc vereri certe vix poteram ne conatus hic meus aequis, honeſtiſque iudicibus,

inge-


ingenuis nimirum tum veteris, tum recentioris etiam Philoſophiae cultoribus probari poſſet; qui quum veritatem per varias Philoſophorum Sectas diſperſam eſſe intelligant, e re futurum exiſtiment ſi diſſidentes illae Veterum ſententiae proferantur; atque ita cum nobilioribus Recentiorum placitis conferantur, ut exinde robur, auctoritatem, novumque decus accipiant. Tibi ſane, Illustrissime, ac Excellentissime Vir, conſilium hoc meum, ſuſceptique laboris genus aliquo in pretio haberi, probarique poſſe confido; quippe quum optime, riteque perſpexeris quod ex naturalis Philoſophiae ſtudiis tum acrior in humanis animis, ac honeſtiſſima voluptas exoritur, tum uberior Rerum publicarum felicitas, longeque plurima vitae degendae praeſidia manare poſſunt; ut illa proinde ſtudiorum genera eximio prorſus amore complectaris; quumque honeſtiſſimas Facultates omnes, quae providentiſſimi Caesaris munificentia, ac liberalitate apud nos florent, auſpicio, praeſidioque tuo fovere conſueveris, naturalis tamen Philoſophiae ſtudia impenſius colere, ac promovere videaris. Id vero facilius ea quoque de cauſſa ſperare, mihique polliceri poſſe videbar, quod plurimis iampridem, atque praeclaris amoris in me tui ſignificationibus obſtrictus

ef-


eſſem, eorumque beneficiorum dignitate, atque amplitudine commoverer, quibus mihi, ſtudiiſque meis veluti praeſentiſſimum ſidus affulſiſti; ut non de me ſolum, ſed de univerſo quoque Scholarum Piarum Ordine quam qui maxime merereris. Alte nimirum animo inſederat, noſtrumque omnium oculis obverſatur eximius amor ille, ac humanitas, qua nos ubique complecti, Inſtituti noſtri conſilium probare, Scholarum Piarum decori, atque ornamento conſulere conſueviſti; ut tuorum in nos meritorum immortalis ſit in nobis futura, ac iucundiſſima recordatio. Itaque tantum abeſt, ut mirari fortaſſe cui liceat quod ſtudiis hiſce meis Te unum auſpicem, atque patronum ſelegerim; nihilque mihi vel optabilius, vel iucundius eſſe putaverim, quam ut Opus iſtud Tibi conſecratum, tuoque inſcriptum nomini prodiret, quod optimo potius, maximoque iure illud Tibi deberi intelliget: ut nimirum aliquod obſequii in Te noſtri ſpecimen, ſimulque memoris, & grati animi mei monumentum extaret. Atque utinam quidem ea in me foret, Moecenas optime, ac beneficentiſſime, ingenii vis, doctrinae copia, & orationis ubertas, ut nobilius aliud, Teque dignum obſervantiae in Te meae ſpecimen offerre nunc poſſem, ſimulque praecla-

ra

ras animi tui dotes, ſapientiam in primis, aequitatem, prudentiam, comitatem, optimarum Artium amorem, publicae, privataeque felicitatis ſtudium, in graviſſimis quibuſque rebus gerendis alacritatem, atque conſtantiam celebrare; quibus apud omnes non Etruriae ſolum, ſed ceterarum quoque Gentium conſenſione, graviſſimoque ſapientiſſimi CAESARIS iudicio commendaris. Quandoquidem vero ab eiuſmodi laudibus pro rei dignitate efferendis partim ingenii mei tenuitate, partim modeſtia tua prohibeor, id unum oro, obteſtorque TE, ut exiguum hoc obſequii mei pignus ea, qua cetera complecti ſoles, humanitate excipias; meque TIBI devinctiſſimum amore, ſuffragio, praeſidioque tuo ornare pergas.




PLV-



P L V T A R C H I

V I T A.



Chaeronea in ipsis fere Boeotiae, Phocidisque finibus posita, quamvis Troianis etiam temporibus ceteris Graecorum urbibus accenseretur, ab Homero [1], Pausania [2], aliisque Scriptoribus [3] *Arnes* nomine celebrata, atque a Lycophrone [4] antiquitatis gloria commendata fuerit; posteris tamen aetatibus infrequens adeo, tenuis, & obscura fuit, ut ab illustri solum Philippi Macedonis victoria nomen, a Plutarchi vero gloria splendorem, aeternumque decus acceperit. Etenim ingens illa Graecorum clades, qua vaferrimus imperator prope Chaeroneam Olympiadis cx. anno 3. septima Metagitnionis Attici, hoc est Augusti Romani, mensis die Corinthios, Thebanos, Athenienses invicem foederatos prostravit, adeoque Graecis omnibus servitii iugum imposuit, Vrbem illam celebrem, posterisque memorandam reddidit [5]. Plutarchi vero fama nullis unquam seculis interitura, iucundam, simulque perennem patriae Vrbi gloriam, comparavit; quum praesertim ille non modo Chaeronae ortum duxerit, verum etiam eximia prorsus caritate patriam dilexerit, ipsam Romae ceterisque praeclaris Vrbibus praetulerit, suisque civibus, ac gentilibus sapientiam, veluti hereditarium munus, reliquerit.

II. Certe Plutarchus ipse, licet miseram hanc patriae conditionem semel iterumque memoret, qua sub Triumviris [6], vel Luculli [7] tempo-

a po-

(1) Iliad. II. ver. 507. (2) In Boeot. c. 40. (3) Steph. in Arne. (4) Cassandr. v. 644. (5) Strab. Lib. IX. pag 414. Vid. Fast. Attic Tom I. pag. 143. (6) In Antonio pag. 848. (7) In Cimone p. 479.

poribus premebatur, eiusque infrequentiam Traiani, vel Hadriani Caesaris aetate eleganter alibi [1] diserteque describat, se tamen in illa lucem adspexisse pluribus in locis [2] nitide diserteque gloriatur: ut ille proinde a Scriptoribus omnibus *Chaeronensis* nomine designari, atque a cognominibus aliis, veluti charactere, distingui consueverit. Honestissimo tamen loco eum natum fuisse, eaque gente, quae tum antiquitate, tum honoribus, tum opibus etiam inter cives excelleret, facile ex variis supremisque honoribus inferri potest, quos Plutarchi pater, & Plutarchus ipse vel adolescens adhuc, vel natu grandior in patria obtinuit [3], simulque ex praeclaris prudentiae, honestatis, ac magnificentiae laudibus, quibus ille patrem, avum, proavumque honestavit. Quemadmodum enim Nicarchi, proavi sui, qui Triumviris rerum potitis, ipsoque Actiacae victoriae tempore floruit, *in Antonio* [4] meminit; ita Lampriam avum suum eodem loci [5] simulque in *Symposiacis* [6] memoravit, patrisque mentionem alibi [7] iniecit; eximiam ipsius prudentiam & comitatem veluti exemplum proponens. Itaque perspicuis eiusmodi Plutarchi testimoniis apparet, Nicarchum eius proavum Actiacae victoriae temporibus, hoc est anno V. C. 723. superstitem adhuc fuisse, quod natali Plutarchi anno subtilius definiendo conferre poterit; neque plurimum fortasse ego fallar, si Plutarchi patrem avo cognominem fuisse, adeoque eodem ipso *Nicarchi* nomine donatum coniecerim; quum id apud Graecos in more positum foret, ut plerumque nepos ab avo nomen reciperet, ut eleganter ait Ovidius:

Vota pater solvit, nomenque imponit avitum,
Iphis avus fuerat [8].

Nihil hic tamen asserere, vel definire ego velim; quum Plutarchus ipse patris nomen ubique dissimulaverit, illudque incertum plane, nullique Scriptori memoratum fuerit.

III. At ipsa quoque Plutarchi aetas, verusque natalis ipsius annus incertus esse conspicitur; quum praesertim veteres Scriptores illi, qui praestantissimi Viri memoriam literis consignarunt, aut ambiguis, vagis, obscurisque characteribus illum expresserint, aut aliquando varias in partes abire, planeque diffidere videantur. Etenim Suidas ita brevissime Plutarchi aetatem, simulque vitam complectitur, Πλούταρχος, Χαιρωνεὺς, τῆς Βοιωτίας, γεγονὼς ἐπὶ τῶ Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος χρόνων, καὶ ἔτι πρόσθεν. μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν Ὑπάτων ἀξίας προσέταξε μη-

(1) In Cicerone pag. 846. (2) In Sylla pag. 462. Cimone pag. 479. Roman Quaest. p 257. De Roman. Fortun. pag. 318 De Curios. pag. 515. (3) Sympos. Lib II. quaest. 8. (4) Pag. 848 (5) Pag. 828. (6) Lib. I. quaest. 5. pag. 622. (7) Praec. Politic. pag. 816. (8) Metam. IX. ver. 710.

μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι. ἔγραψε δὲ πολλά. *Plutarchus, Chaeronensis, Boeotius: qui vixit Traiani Imperatoris temporibus, & ante. Traianus autem dignitate consulari eum ornavit, edixitque, ne quis Magistratus in Illyria sine eius consensu quidquam faceret. Scripsit multa*. Photius Codice 245. asserit illum ἐπὶ τοῦ Νέρωνος *sub Nerone* vixisse. Chronologus Alexandrinus ad annum V. C. 820. sive Chr. 67. qui in *Capitonis*, & *Rufi* consulatum inciderat, observavit: κατὰ τοῦτον χρόνον Λουκιανὸς παρὰ Ῥωμαίοις μέγας ἦν, καὶ ἐπαινούμενος, ὁμοίως δὲ καὶ Μουσώνιος, καὶ Πλούταρχος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο *circa idem tempus Lucianus apud Romanos magnus & celeber habebatur: similiter autem & Musonius, & Plutarchus Philosophi florebant*. Denique Eusebius in Chronico ad annum 3. Olymp. ccxxiv. sive Chr. 120. Vrbis Romae conditae 873. adnotavit: Πλούταρχος Χαιρονεὺς, Σέξτος, ἐ Ἀγαθόβουλος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο *Plutarchus Chaeronensis, Sextus, & Agathobulus Philosophi florebant*. Atque ista fere a Scriptoribus de Plutarchi aetate prodita sunt: quibus aperte erudimur illum Neronis quidem temporibus floruisse; sed ad ipsam tamen Traiani Caesaris aetatem pervenisse: quorum utrumque perspicuis etiam eiusdem Plutarchi ipsius testimoniis ostendi potest, ubi de Nerone, Othone, Vitellio, Vespasiano, Tito, ac Domitiano loquitur, qui proxime Nervae, ac Traiani tempora praecesserunt. Ac de mortis quidem tempore, extremaque Plutarchi senectute mox opportunius ego disseram.

IV. Quod ad natalem ipsius annum attinet, Rualdus, qui Plutarchi Vitam ex eius scriptis accurate collegerat, ipsius ortum circa annum Chr. 50. incidisse feliciter observavit, quo Claudio Neronis praecessori nonus imperii annus agebatur. Etenim Plutarchus in Libro *de* EI Delphici Templi foribus inscripto ait: ὡς δὲ καθίσαι περὶ τὸν νεὼν, τὰ μὲν αὐτὸς ἠρξάμην ζητεῖν, τὰ δ' ἐκείνους ἐρωτᾷν, ὑπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν λόγων αὐτῶν, ἃ πάλαι ποτὲ καθ' ὃν καιρὸν ἐπιδήμει Νέρων, ἠκούσαμεν Ἀμμωνίου, καὶ τινῶν ἄλλων διεξιόντων, ἐνταῦθα τῆς αὐτῆς ἀπορίας ὁμοίως ἐμπεσούσης. *Quum ergo apud Templum consedissemus, & alia ipse inquirere, alia ex istis interrogare coepissem: ipse locus, ipsaque disputatio eorum memoriam mihi renovavit, quae quo tempore Nero apud Delphos est peregrinatus, eodem in loco, eademque quaestione oborta, Ammonium differere audiveramus*. Itaque, subdit Rualdus, quum Nero Caesar in Graeciam concesserit, ibique Pythicis, atque Olympicis Ludis certaverit anno 3. Olymp. ccxi. V. C. 821. hoc est undecimo Neronis anno, & Chr. 68. si tunc Plutarchus *adolescens* erat, eaque tamen aetate, qua Ammonium de subtilioribus argumentis differentem audire, suamque

& ipse sententiam proponere, atque ingeniose probare posset, is sextumdecimum, aut duodevicesimum aetatis annum egisse debuit, ut proinde ipsius natalis in quinquagesimum Christi annum proxime inciderit. Atque optime id quidem, feliciterque Rualdus; cuius eximiam hanc coniectutam ex ipso quoque tempore, quo Plutarchus Romam accessit, perspicue certoque confirmari posse putaverim. Quamvis enim Rualdus tempus illud sibi incompertum esse testetur, adeoque primum Plutarchi adventum, aut sub Vespasiano, aut Vitellio, aut Othone, aut Galba contigisse dixerit [1], perspicuo tamen Plutarchi ipsius loco [2] deprehendi, quod ille Romae ante annum Chr. 79. Vespasiano vetere adhuc imperante versabatur. Etenim ille, de mira canis cuiusdam solertia disserens, ait: πλὴν ἕν γέ τι μάθημα κυνὸς οὐ δοκῶ μοι παρήσειν, γενόμενος ἐν Ρ'ώμῃ θεατής ..... ὥς τε πάντας ἀνθρώπους καὶ Καίσαρα (παρῆν γὰρ ὁ γέρων Ο'υεσπασιανὸς ἐν τῷ Μαρκέλλου θεάτρῳ) συμπαθεῖς γενέσθαι. *Vnam tamen Canis disciplinam non videor mibi debere silentio premere, cuius spectator Romae fui .... ea res commovit animos omnium hominum, ipsiusque etiam Vespasiani senis, qui una tum in theatro Marcelli aderat*. Itaque, quum Vespasianus senior anno Chr. 79. e vivis excesserit, ac Tito Vespasiano filio imperium reliquerit, anno Chr. 78. Plutarchus iam doctrinae gloria spectatissimus Romae florere non poterat, ut inferius observabitur, nisi tricesimum circiter aetatis annum attigisset.

V. Proxime post Plutarchum ipsum, qui natu maximus fuisse videtur, duo fratres alii Timon, ac Lamprias editi sunt. Vtriusque meminit Plutarchus ipse in Symposiacis [3], sicuti Lampriam in Libro *de* EI *Delphico* [4] memoravit, Timonisque laudes, quem impensius dilexisse fertur, in Libro *de Fraterno Amore* [5] celebravit. Quinetiam praeter hos fratres unicam, aut plures etiam sorores habuisse creditur. Etenim Suidas de Sexto Chaeronensi loquens, asserit illum Plutarchi ἀδελφιδοῦν *ex sorore nepotem* fuisse; quamvis Eutropius, [6], & Capitolinus [7] ubi de Sexto ipso Antonini Caesaris praeceptore disserunt, obscurius loquantur, ipsumque solum Plutarchi *nepotem* fuisse memorent. Plurimi quoque Cornelium Frontonem Plutarchi nepotem fuisse, atque ex Frontonide Cornelii sorore Longinum Rhetorem prodiisse putant; quod nimirum Sarisberiensis [8] Cornelium ipsum Plutarchi nepotem fuisse dixerit; Suidas autem perspicue testetur Longinum Frontonidis filium ab avunculo Frontonem heredem institutum esse. Itaque Fabricius [9] *Sextum Chaeronensem, & Cornelium Frontonem, qui Marcum Antonium erudiverunt*, fratris, vel so-

(1) Cap 12. (2) De Animal. Comparat (3) Lib.... quaest. 2. pag 616. 617. (4) Pag. 385. (5) Pag. 487. (6) Lib. VIII. (7) Cap 3. (8) Policrat. Lib. ult. c 13. & 19 (9) Bibl. Graec. Tom. IV. pag. 435. iterumque Tom III. pag. 330.

ſororis filios, adeoque Plutarchi nepotes fuiſſe dicit, Longinum autem ipſius pronepotem, quod antea Rualdus ipſe, ſed haeſitanter, coniecerat. Doctiſſimo tamen Viro Sarisberienſis error, nominiſque ſimilitudo facile impoſuit. Etenim *Marcus Cornelius Fronto* Antonini, Verique praeceptor a Capitolino [1], Gellio [2], aliiſque memoratus, a Frontone Rhetore certiſſime diſtingui debet, qui Emeſa oriundus, Athenis docuit, ibique moriens Longinum ſororis filium heredem inſtituit. Id optime Fabricius ipſe in Bibliotheca Latina [3] obſervavit, ubi Frontones varios enumerans, Oratorem Antonini magiſtrum, ab Emeſeno Rhetore Suidae laudato, diſtinguit. Quo tamen loci Fabricius Gatakerum, opinor, ſequutus fallitur ubi *Cornelium Frontonem* Gellio memoratum Lib. IX. c. 8 a *Marco Frontone Conſulari* diſtinguendum eſſe arbitratur, qui tertio Conſul ſub Traiano proceſſiſſe dicitur, & quem Gellius ipſe Lib. II. c. 26. laudavit. Siquidem in utroque Gellii loco unus idemque Orator deſignatur, qui modo *Fronto*, modo *Fronto Cornelius*, modo *M. Fronto* vocatur. Certe Sidonius [4] Frontonem illum, qui Antoninum erudivit, ſolo *Frontonis* nomine deſignavit; Fronto Antonini praeceptor ab ipſo Caeſare conſulari dignitate ornatus fuit, ut Auſonius in *Gratiarum actione ad Gratianum* teſtatur: ac ne coniecturas alias hic perſequar, unus idemque Fronto a Gellio laudatus videtur, quum ille utrobique Frontonem *pedibus laborantem*, deque Grammaticis rebus accurate diſſerentem, ſe conveniſſe memoret. Ceterum tum M. Cornelius Fronto, ipſique cognominis, ſed aetate paullo inferior, Emeſenus Rhetor, nihil ad Plutarchi genus ſpectavit, ut Sexti Chaeronenſis inſtar, illius aut e fratre aut e ſorore nepos dicatur; nec aliunde, ut opinor in Sariſberienſi mendum irrepſit, niſi quod in illo non Sextus ſolum Chaeronenſis, ſed etiam Cornelius Fronto *Plutarchi nepos* vocatur; quum tamen uterque Antonini quidem praeceptor, at non uterque Plutarchi nepos dicendus eſſet.

VI. Sed ut a Plutarchi genere, poſteriſque digrediar, eiuſque vitam, atque inſtituta complectar, una cum Lampria ac Timone fratribus primos aetatis annos, atque adoleſcentiam ipſam Plutarchus in patria exegiſſe, ibique liberalibus diſciplinis operam dediſſe, videtur; quum utrumque fratrem iam literis inſtructum ſecum Athenis vixiſſe, doctorumque virorum conſuetudine floruiſſe teſtetur. Certe ſe iuvenem adhuc Athenis egregiis diſciplinis omnibus imbutum fuiſſe, atque Ammonii praeſertim conſuetudine, praeceptiſque plurimum profeciſſe, Plutarchus ipſe demonſtrat in *Sympoſiacis* [5]; quemadmodum Am-

(1) Cap. 2. (2) Lib. II. c. 26. XIX c. 8. (3) Lib. IV c. 7. (4) Lib. IV. Epiſt. 3. (5) Lib III. quaeſt 1.

Ammonium *praeceptorem* ſuum appellat Libro *de diſcrimine adulatoris & amici* (1), eiuſque honorifice variis in locis mentionem iniicit, ubi de graviſſimis rebus illum diſſerentem inducit, aut munera, & honores ab illo Athenis ſuſceptos deſcribit. Quin etiam, ſi Eunapio fides habenda ſit, integram fere Ammonii ipſius vitam, reſque ab illo praeclare geſtas, variis in locis Plutarchus expreſſerat. Quandoquidem tamen plurima Plutarchi ſcripta exciderunt, praeſertim vero Liber, quem ille inſcripſit: Α'μμώνιος, ἢ περὶ τῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι *Ammonius, ſive non iucunde cum vitio vitam traduci*, ac Lamprias in Catalogo num. 83. memoravit; mirari non poſſumus ſi pauca admodum & obſcura de Ammonii genere, patria, moribus, rebuſque geſtis occurrant. Certe Rhetorem hunc ex Aegypto oriundum fuiſſe, Eunapius unus nos docuit, nihilque prorſus de Ammonii origine, atque aetate ex ſuperſtitibus Plutarchi libris exſculpi poteſt. Hinc Cl. Fabricius varios Ammonios in Bibliotheca Graeca (2) accurate enumerans, Ammonium Plutarchi praeceprorem ab Ammonio illo diſtinguendum exiſtimat, qui in Scholiis ad Hermogenem, & ab Ammonio Grammatico Λαμπρεὺς *Lamprenſis* vocatur, pluresque Libros περὶ βωμῶν, καὶ θυσίων *de Aris, & Sacrificiis*, Athaeneo, Harpocrationi, Scholiaſtae Hermogenis, & Ammonio laudatos, conſcripſit. At ego ſuſpicor unum eumdemque Ammonium fuiſſe, qui ab Eunapio quidem *Aegyptius*, a cereris autem *Lamprenſis* vocatur; quod ille nimirum in Aegypto quidem editus fuerit, Athenis tamen lares fixerit, ibique in Lamprenſem Populum, adeoque Erechteidem Tribum, adſcitus vitam tranſegerit. Certe Ammonius Plutarchi praeceptor Athenis Στρατηγὸς *Praetor* fuit, ut in *Sympoſiacis* (3) legitur, adeoque Magiſtris ac Ephebis de literarum gloria certaturis praeerat. Hoc ipſo Praetoris munere iterum, tertioque Ammonium decoratum fuiſſe teſtatur Plutarchus in *Sympoſiacis* (4), ubi Thraſylli quoque Ammonii filii mentionem iniecit. Quis vero exiſtimet Aegyptio viro patrios Athenienſium honores ac magiſtratus obtigiſſe, niſi ille prius ſolemni conſtanrique ritu Athenienſis civitatis iure donatus in aliquam Athenienſium Tribum, Populumque Atticae adſcitus eſſet; quemadmodum prorſus Plutarchus ipſe ſe Athenienſi civitate donatum, atque in Leontidem Tribum cooptarum eſſe gloriatur in Sympoſiacis (5), quod Hadriano quoque Sophiſtae contigerat, ut ex Philoſtrato in Faſtis Atticis (6) obſervavi? Nec ipſa certe Librorum indoles, & argumentum περὶ βωμῶν, ἢ θυσίων *de Aris, & Sacrificiis*, qui ab Ammonio Lamprenſi editi memorantur, ab Ammo-

(1) Pag 700. (2) Libr. Lib IV. c. 26. pag. 171. (3) Lib IX. quaeſt. I. (4) Lib. VIII. quaeſt. 3. (5) Lib. I. quaeſt. 10. (6) Tom I. p 46.

monii nostri studiis, atque doctrina plurimum dissident. Etenim Plutarchus ipse non modo omnigenam Ammonii sui eruditionem in Symposiacis [1], alibique commendat; sed ipsum quoque de Oraculis, de Divinatione, de Sacris ritibus, de Ludis, de Bacchi, Deorumque nominibus in Symposiacis ipsis, [2] in Libro *de Defectu Oraculorum*, & Libro *de* EI differentem inducit; ut nihil proinde sit cur Opera, quae ab Ammonio Lamprensi edita memorantur, Ammonio nostro, Plutarchi magistro tribui non possint: quemadmodum plurimum fortasse non fallar si subtiliorem, penitioremque Aegyptiarum rerum, Sacrorum, Deorum, rituumque cognitionem, quam Plutarchus in Libro *de Iside ac Osiride* uberrime exposuit, ex Ammonii ipsius, Aegyptii nimirum, doctissimique viri, fontibus haustam putaverim; quamvis Plutarchus ipse se Aegyptum invisisse dicat, seque Alexandria reducem, Lampria avo adhuc superstite, describat in Symposiacis: [3] ut mirari proinde quis possit, quod Plutarchum in Aegypto fuisse Dacerius negaverit [4].

VII. Quamvis autem maxima Atheniensis Urbis gloria, Eleusinis, & Ilissi conspectus, arctissima demum necessitudo, quae cum plurimis doctis Viris ipsi intercesserat, Plutarchum Athenis immorantem iucundissime retineret, Romam tamen postremis Vespasiani Caesaris temporibus invisit, ibique principibus viris apprime carus, maxima ingenii, eruditionis, doctrinaeque gloria floruit. Ceteros inter Romanorum proceres, qui ipsum adire, consulere, eiusque praeceptis & amicitia frui consueverant, Arulenum Rusticum Plutarchus ipse memoravit in Libro *de Curiositate* [5], quem a Domitiano Caesare invidia percito sublatum fuisse, tum a Plutarcho, tum a ceteris etiam Scriptoribus erudimur. Itaque, quum Lucii Iunii Aruleni caedes circa annum Chr. 83. V. C. 836. contigerit, Plutarchus iis temporibus Romae fortasse versabatur, ad quam, Vespasiano imperante, iampridem appulerat. Quandiu vero Romae substiterit Plutarchus, aperte coniici, vel definiri non potest. Rualdus quidem Cap. 21. quadraginta propemodum annos Romae eum vixisse arbitratur, ibique uberrimam, atque accuratam Romanarum rerum cognitionem hausisse, quam deinde in patriam redux, devexa iam aetate tum in Romanorum Procerum Vitis, tum in Quaestionibus Romanis, tum in aliis etiam Operibus literis consignavit. Mediocrem tamen operam se Latinis literis, ac linguae addiscendae dedisse ingenue modesteque testatur [6]; quod publicis, privatisque negotiis occupatus, penitiorem sibi, uberioremque Latinae linguae cognitionem comparare prohiberetur.

VIII.

(1) Lib. III. quaest. 1. (2) Lib. IX. quaest. 15. (3) Lib. V. quaest. 5. (4) Pag 162. (5) Pag. 522. (6) In Demosth.

VIII. Interim tamen ex quo primum Romam accesserat, aliquando Graeciam tum privatae, tum publicae rei caussa revisisse videtur; quum praesertim in Sympofiacis [1] se Romam reducem ab amicis convivio exceptum fuisse restetur. Certe non Romae, sed in Graecia solum Roma iam redux uxorem duxit. Quoto aetaris ipsius anno id contigerit incompertum sibi, obscurumque esse testatur Rualdus. Id ego primum ex pulcherrimo Plurarchi loco deprehendisse videor, quo ipsius coniugium post annum Chr. 96. contigisse perspicue demonstratur, dum Plutarchus ipse quinquagesimum fere aetatis annum attigerat. In *Amatorio* Plurarchus Autobulum filium una cum Flaviano loquentem, atque ea, quae patri contigerant, accuratissime describentem, inducir. Itaque Autobulus narrat patrem, quum uxorem recens duxisset, nondumque ex illa liberos suscepisset, ad *Erotia*, quinquennalia nimirum Thespiensium Festa, Thespias Amori sacra facturum concessisse, ibique cum plurimis, qui convenerant, de Amore, eiusque viribus disputasse. Inter alia Autobulus Eponines, sive Eponillae casum accurate describit, quae novem annis in subterraneo specu una cum Iulio Sabino coniuge delitescens, duos ibi filios peperit, quorum unus in Aegypto deinde periit, *alter*, inquit Plutarchus, *nuper admodum Delphis nobiscum fuit*. Sabinum ipsum eiusque coniugem a Vespasiano Caesare sublatam fuisse narrat; eiusque sceleris poenas a Vespasiano iratos Deos exegisse dicit, quod universa ipsius familia funditus deleta, & exstincta iam forer. Haec omnia a Plutarcho Thespiis tunc immoranti narrata fuisse dicir Autobulus, hoc est Autobuli nomine Plutarchus ipse describit, eamque de Amore disputationem, & Sabini historiam his verbis absolvir: *ἐν ταῦθα μὲν ὁ πατὴρ ἔφη τὸν περὶ ἔρωτος αὐτοῖς τελευτῆσαι λόγον, τῶν Θεσπιῶν ἐγγὺς ὄντι: bic aiebat pater finem disputationi de Amore fuisse impositum in vicinia Thespiensium*. Sabini caedes plerisque Historiae Augustae Scriproribus memorata extremo fere Vespasiani Caesaris anno, hoc est Chr. 78. vel 79. contigerar; eiusque familia in Domitiano Caesare exstincta fuit anno Chr. 96. ut proinde proxime post cladem illam Sabini filius, vicesimum circiter annum agens Delphos adire potuerir. Ergo Plutarchus anno Chr. 96. recens uxorem duxerat, aut certe ex illa nondum liberos susceperat. Itaque, ut id obiter moneam, si hoc coniugii tempus rite feliciterque deprehenderim, perspicue inferri inde poterit quod Plutarchus ipse Libros illos, in quibus filios de gravissimis rebus tum Delphis, tum Athenis differentes inducit, atque Autobuli filii nuptias describit, senex admodum, ac septuagenario fortasse maior exaravit. Exinde quoque

(1) Lib. I. quaest. 7.

que manifestissime inferri debet, quod Ἀποφθέγματα Βασιλέων, ἐ Στρατηγῶν *Apophtegmata Regum, & Imperatorum*, quae ad Traianum Imperatorem directa sunt, atque inter sincera patris opera num. 106. a Lampria recensentur, cognomini Plutarchi filio, hoc est, ut Vossius Lib. II. c. 10. existimavit, *Plutarcho iuniori* adscribi non possunt: at nec ipse quoque Prologus, quem Plutarcho patre indignum Rualdus, adeoque Plutarcho filio adscribendum existimat Cap. XXI. a Plutarchi filiis edi potuit, quum extremo Traiani Caesaris anno, hoc est V. C. 870. Christi 117. nullus ex Plutarchi filiis vicesimum aetatis annum attigerit. Itaque, si Prologus ille Plutarchi vim, indolem, doctrinamque non redolet, non a Plutarchi filio, sed a recentiore Rhetore adiectus temereque confictus fuit; quemadmodum certe Plutarchi ad Traianum ipsum Epistola a Sarisberiensi exscripta, ab aliquo supposita fuit, qui Plutarchum Traiani Caesaris praeceptorem fuisse finxit.

IX. Eo tamen tempore, quo Plutarchus uxore nuper ducta Thespias concessit, patrem adhuc superstitem habuisse legitur, cum quo simulque Plutarchi socero simultas intercesserat, ut in eodem *Amatorio* Plutarchus ipse testatur. Soceri autem nomen, quem Chaeronensem fuisse coniicimus, Plutarchus in Symposiacis (1) expressit, ubi Alexio γαμβρὸς *Socer*, eiusque opinio de quadam Hesiodi sententia memoratur. Alexionis autem filiam, & Plutarchi coniugem Timoxenae nomine vocatam fuisse Plutarchus ipse demonstrat in *Consolatione ad uxorem* (2). Etenim ibi uxorem de filiolae Timoxenae morte, quae biennis, interim dum Plutarchus Athenis erat, e vivis excessit, consolatur, eamque matri cognominem fuisse dicit. Ex hac ipsa quoque Plutarchi Epistola perspicue apparet, ipsum ex Timoxena coniuge ante filiolam hanc quatuor iampridem filios suscepisse; quorum tamen natu maximus avi fortasse *Nearchi* nomen referens, simulque *Charon* adhuc infans obierat. Itaque dum Plutarchus uxorem consolabatur, duo solum ipsorum filii superstites erant, *Autobulus*, opinor, ac *Plutarchus*, quibus pater aureolum Librum *de procreatione animae* (3) inscripsit. Ita se Delphos una cum filiis, dissimulato ipsorum nomine, venisse dicit in Libro *de El* (4); filios suos natu minores memorat in Symposiacis (5), iidemque in Symposiacis (6) Autobuli filii nuptias describit, quas Sosius Senecio Chaeronensis civis praesentia sua Chaerona veniens honestaverat; quod nempe, opinor, non Chaeronae, sed Athenis fortasse Autobulus uxorem duxisset. Sosius autem ille, cui Plu-

(1) Lib. VII. c. 3. (2) Pag. 608. (3) Pag. 1012. (4) Pag. 385. (5) Lib. VIII. Quaest. 6. (6) Lib. IV. quaest. 3.

tarchus non modo Sympoſiacorum Libros, ſed Parallelas etiam Vitas inſcripſit, iis temporibus maxime excelluit, quippe qui, quum ſuffectus antea Conſul fuiſſet, conſulares faſces ſecundo obtinuit anno Chr. 99. moxque anno 100. tertium, quartumque anno 107. Conſul proceſſit, iiſque honoribus egregie perfunctus in patria demum tranquillam vitam, Plutarcho adhuc ſuperſtite, tranſegit. At praeter Autobulum hunc, & Plutarchum, quorum nomina in patris ſcriptis occurrunt, Lampriam quoque proavo, & patruo cognominem Plutarchi filiis accenſendum eſſe Suidas oſtendit: Λαμπρίας Πλυτάρχυ Χαιρωνέως ὑὸς. Ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς, ϗ Ῥωμαϊκῆς ἱςορίας: *Lamprias Plutarchi Chaeronenſis filius. Scripſit Indicem eorum* Operum, *quae ipſius pater de Graeca, & Romana Hiſtoria ediderat*. Ac certe Lampriae ipſius Epiſtola adhuc ſupereſt, qua ſingula patris Opera, maxima ex parte amiſſa, recenſet. Praeter filios iſtos, atque Timoxenam, quam biennem obiiſſe diximus, Euridicem quoque, cui, & Polliano eius viro *Praecepta Coniugalia* inſcripſit Plutarchus, eius filiam fuiſſe putavit Ionſius [1]. Id unde Scriptor ille coniecerit, ſe ignorare fatetur Menagius [2]; Fabricius vero Ionſii ſententiam exinde quoque refellit, quod Plutarchus Timoxenam uxorem poſt quatuor filios iampridem editos filiolae quoque deſiderio flagraſſe dixerit. Ergo inquit ille, *a ſcripta hac Conſolatione ad Coniugalia Praecepta interceſſiſſe oportuit ſpatium viginti plus minus annorum, ſi Eurydicem Plutarchi filiam eſſe ſtatuamus*. At fieri fortaſſe poterat, ut Eurydice ante fratres in lucem edita foret, iterumque mater poſt quatuor filios alterius etiam filiae deſiderio urgeretur; praeſertim ſi ante Timoxenae ortum Eurydice iam nupta fuerat. Vt tamen ingenue fatear, nihil ex Plutarcho exſculpi poteſt niſi quod Eurydice Chaeronenſis, aut certe Chaeronae educata fuerat. Ait enim: διὰ ςόματος ἀεὶ τὰς φωνὰς ἔχειν πειρῶ ἐκείνας, ὧν ϗ παρθένος οὖσα παρ' ἡμῖν ἀνελάμβανες: *in ore ſemper habere incumbas voces iſtas, quas virgo etiamnum e nobis percepiſti*: quae verba, opinor, Ionſius arripuit, ut παρ ἡμῖν de patria ſolum Plutarchi domo intelligeret, adeoque Eurydicem Plutarchi filiam exiſtimaret.

X. Quemadmodum vero Athenis, & Romae quoque, ubi maximam aetatis partem tranſegit, eximia protſus gloria Plutarchus excelluit; ita quoque Chaeronae, in qua poſtremos vitae annos partim ſcribendo, partim variis Philoſophiae partibus illuſtrandis tranquille pacateque duxit, nobiliora munera, ſupremoſque honores obtinuit. Etenim, ſicuti adoleſcens adhuc patriae nomine ad Proconſulem

(1) Hiſtor. Phil. Pag 238. (2) Hiſtor. Mulier. Philoſoph.

lem Legatus fuit, ut in *Praeceptis Politicis* [1] testatur, ita supremam Archontis Eponymi dignitatem sibi collatam fuisse memorat in *Symposiacis* [2], seque multis Pythiadibus Apollini curam atque operam impendisse refert in Libro: *An seni gerenda Respublica* [3]: non quod *multis quinquenniis*, ut explicavit Amiotus, aut *quadrienniis*, ut Amioti censor Rualdus interpretatur, publico quodam munere perfunctus fuerit; sed, quod solo Pythiorum Festorum tempore, curator electus, Festis ipsis praesederit. Id vero gravius atque illustrius quod Suidas ait: Μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν Ὑπάτων ἀξίας προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα Ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι *Traianus autem dignitate Consulari eum ornavit, edixitque, nequis Magistratus in Illyrico sine eius consensu quidquam faceret*. Nec alia fortasse ratione vel sensu intelligi debet quod a Syncello traditur, quod nimirum Πλύταρχος Χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τοῦ Αὐτοκράτορος κατεστάθη γηραιὸς *Plutarchus Chaeronensis Philosophus Curator Graeciae ab Imperatore constitutus fuit iam senex*; nisi quod Caesaris iussu cautum erat, ne sine tanti viri consilio, ac suffragio maximae, gravioresque res in Illyrico, & Graecia a Magistratibus decernerentur. Quod vero Suidas ipse testatur, quod αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας Plutarcho *ipsi Traianus consulares honores concessit*, non ita intelligi profecto debet, ut observavit Fabricius, quod Plutarchus Hypatam Thessaliae urbem lares transtulerit, ut ineptissime interpretatur Petitus *Observ. Miscell. Lib. II. c.* 10. aut aliquando Consul processerit, ut Vossius existimavit Lib. II. c. 10. sed quod eo solum Consulatus genere decoratus fuerit, qui *honorarius* dicebatur. Hinc prorsus immerito Dacerius Suidam erroris arguit, perinde quasi Plutarcho Consulatus Romani dignitatem illam concesserit, quae nullibi certe, sive in Fastis, sive in Plutarchi Libris memoratur. At, si perspicuum Suidae testimonium rite exponatur, neque a temporum illorum consuetudine, neque a Plutarchi dignitate, neque ab indulgentissimi Caesaris ingenio abhorrebit. Itaque mirari non possumus si Plutarchus eiusmodi civium patriaeque amore, Caesarum benevolentia, variisque honoribus decoratus, tranquillam potius, honestamque senectutem Chaeronae, quam Romae, alibique ducere maluerit; quamvis id ille patriae solum amore se praestitisse testetur; ne scilicet Urbs in gloria, incolisque propemodum destituta infrequentior adhuc magisque deserta fieret, si civis unus ex illa pedem extulisset. Ceterum diuturnus ille, ac tranquillus Plutarchi in patria secessus, non Chaeronae solum, cuius cives ad honestissimas facultates omnes excitavit,

(1) Pag. 816. (2) Lib. VI. Quaest. 8. & Lib. II. quaest. 10. (3) Pag. 792.

praesertim vero filios, & Sextum sororis filium erudivit, ipsisque doctrinae gloriam veluti hereditariam reliquit; sed maximo quoque literarum bono ac faustitate contigisse conspicitur. Etenim universa fere, quae ab ipso literis consignata sunt, Chaeronae scripta videntur; & quamvis accurate tempus intelligi, vel definiri non possit, quo quisque Liber editus ab illo fuerit; plerique tamen in patriae secessu, atque devexa iam senio aetate exarati videntur; quum gravissimo Scriptori unus idemque tum vitae, tum scribendi finis fuisse merito existimetur.

XI. Qua vero aetate, quoque tempore supremum hunc diem Plutarchus obierit, hactenus incompertum ac obscurum fuit. Rualdus, qui natum illum existimat *quinquagesimo* Christi anno, nihil de mortis anno coniecit. Fabricius opinatur illum anno 4. vel 5. Hadriani Imperatoris circa annum V. C. 876. Chr. 120. obiisse, adeoque septuaginta aetatis annos illi concedit. Dacerius vero Plutarchi mortem ante Hadriani Caesaris imperium, hoc est annum Chr. 117. contigisse dicit; ideoque vel 62. vel 65. aetatis annos ipsum vixisse putavit. Mihi vero singula Plutarchi loca subtilius exploranti nonnulla occurrerunt, quibus ipsius aetatem octogesimum quoque annum excessisse, adeoque duodevicesimum etiam Hadriani Caesaris annum, hoc est V. C. 887. a Christo nato 134. attigisse ostendatur. Vt enim omittam Plutarchum ipsum in Libro *an seni gerenda Respublica*, se *admodum senem* vocare, Autobuli filii nuptias ille describit, quae nonnisi proxime ad annum Chr. 120. contigerunt. Huc etiam accedit quod, nisi plurimum fortasse ego fallor, ubi Hadrianus Imperator Athenas invisit, ibique Ludos edidit, Plutarchus ipse non modo superstes, sed Athenis etiam disserens erat. Etenim ille *in Sympofiacis* [1] refert se a Serapione, qui Leontidis Tribus choro vicerat, convivio exceptum fuisse. Tum subdit quod ἔσχε ὁ ἀγὼν ἐντονωτάτην ἅμιλλαν, ἀγωνοθετοῦντος ἐνδόξως καὶ μεγαλοπρεπῶς Φιλοπάππου, τοῦ βασιλέως ταῖς φυλαῖς ὁμοῦ πάσαις χορηγοῦντος: *fuerat certatum acerrima contentione splendide, ac magnifice praemia disponente Philopappo, Imperatore autem omnibus Tribubus ex aequo sumptus praebente*. Siquid coniecturis hic assequor, haec acerrima Atheniensium Tribuum contentio, ac effusa Imperatoris liberalitas ad illa tempora referri debet, quibus Hadrianus Imperator Athenis agens *multa in Athenienses contulit*, *&* *pro Agonotheta resedit*, ut ait Spartianus; sive, ut Eusebius [2], *Athenis agonem edidit*; sive ut Dio, & Xyphilinus [3] testatur, τὸ Πανελλήνιον ὀνομασμένον οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ Ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ κατεστή-

σα-

(1) Lib. I. Quaest. 10. (2) In Chronic. ad an. 4. Olymp. 127. (3) In Hadriano.

σατο, ϗ χρήματα πολλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο: *Templum Panhellenium vocatum aedificare Graecis permiſit, propter quod Agonem inſtituit, magnamque pecuniam Athenienſibus largitus eſt.* Itaque quum Hadrianus Imperator Agonem illum ediderit, adeoque Agonothetae, ac Archontis etiam Eponymi munus Athenis ſuſceperit anno Chr. 132. hoc eſt 2 Olymp. CCXXVII. ut in Faſtis Atticis (1) demonſtravi; ſi Plutarchus Agonem illum, ut opinor, expreſſit, anno Chr. 133. adhuc ſuperſtes erat, ut Agonis memoriam, Imperatoris largitionem, Leontidis Tribus victoriam literis conſignaret. Itaque ad quintum, ac octogeſimum ſaltem aetatis annum pervenit Plutarchus, niſi fortaſſe potius nonageſimum ipſum attigerit. Nec inſolens certe ac nimia aetas illa videri poterit, quum, ut longaevos Scriptores alios omittam, Iſocrates quinque ac nonaginta annos natus Panegyricam orationem compoſuerit; Theophraſtus undecenteſimo aetatis anno Characteres ediderit; atque, ne a domeſticis Plutarcho exemplis diſcedam, Nicarchus Plutarchi proavus aetate pronepotem attigerit, adeoque decrepitus obierit.

XII. De mortis autem genere altum ubique apud Scriptores omnes ſilentium; niſi quod Artemidorus (2), qui proxime poſt Plutarchum floruit, ipſius ſomnium, aegritudinem, mortemque ita memorat: ὁ Πλούταρχος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἀγόμενος ἐδόκει. ϗ τῇ ἐπιούσῃ ὄναρ ἐπεκρίνατό τις αὐτῷ τὸν ὄνειρον, ϗ ἔφη μακάριον ἔσεσθαι αὐτόν, ϗ τοῦτο εἶναι τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἀναβαίνειν, τὴν ὑπερβάλλουσαν εὐδαιμονίαν. Ἔτυχε δὲ νοσῶν, ϗ ὑπὸ τῆς νόσου κακῶς διακείμενος, ϗ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανε: *Plutarchus in caelum aſcendere a Mercurio ductus ſibi videbatur; ac poſtridie in ſomnis interpretatus eſt quidam ipſi ſomnium* illud, *dixitque beatum ipſum futurum, atque eius in caelum aſcenſum excellentem felicitatem ſignificare. Itaque infirmus decubuit, morboque graviter oppreſſus, & paullo poſt obiit.* Itaque Plutarchus, ut exinde quoque ſatis aperte colligitur, ad extremum uſque vitae ſpiritum Ethnicorum Religionem, quam conſtantiſſime profeſſus erat, retinuit; quamvis honeſtate morum, gravitate, caritate in patriam, ceteriſque moralis Philoſophiae luminibus, & egregiis animi dotibus ad Chriſtianorum dogmatum normam, quam ignorare certe non poterat, proxime accederet; ut proinde veteres Eccleſiae Patres plurima Plutarchi dogmata laudaverint, eademque opportune Ethnicis aliis obiecerint. Hinc celebres illi Ioannis Euchaitarum Metropolitae verſiculi.

Εἴπερ τινὰς βούλοιο τῶν ἀλλοτρίων
Τῆς σῆς ἀπειλῆς ἐξελέσθαι, Χριστέ μου

Πλά-

(1) Tomo II. pag. 109. (2) Onirocrit. Lib. IV.

Πλάτωνα καὶ Πλούταρχον ἐξέλοιό μοι
Α῎μφω γάρ εἰσι καὶ τὸν λόγον καὶ τὸν τρόπον
Τοῖς σοῖς νόμοις ἔγγιστα προσπεφυκότες.
Εἰ δ᾽ ἠγνόησαν ὡς Θεὸς σὺ τῶν ὅλων,
Ε᾽νταῦθα τῆς σῆς χρηστότητος δεῖ μόνον
Δι᾽ ἣν ἅπαντας δωρεὰν σώζειν θέλεις.

Si quos Averni liberare nexibus
Tibi constitutum est, Christe, non credentium,
Precibus Platonem redde ac Plutarchum meis;
Vterque quorum moribus, sententia,
Accessit ad leges tuas quam proxime.
Quod si Deum esse Te Vniversi pridem eos
Latuit, modo hos nunc experiri gratiam
Concede, qua gratis beare omnes cupis.

Ea quoque maxima, simulque vera Plutarchi laus, quod ex veteribus Scriptoribus omnibus, qui ad haec usque tempora pervenerunt, nullus omnino, vel ubertate rerum, vel argumenti varietate, vel incredibili eruditionis copia iucundior, utilior, & gravior esse conspicitur; ut optimo proinde maximoque iure dixerit Gaza, quod si Libros omnes in mare proiicere cogeretur, Plutarchum unum servare, vel omnium certe postremum amittere niteretur; quod nimirum in illo veteris quidam sapientiae thesaurus, atque pulcherrima aliorum praecepta in unum composita viderentur.



§. II.

§. II.

I. Lutarchum, cuius antea vitam, resque memoratu dignissimas partim ex Scriptoribus aliis, partim ex variis ipsius Operibus inquirere simulque complecti libuit, aetatem omnem, praesertim vero postremos vitae annos, quos in patria tranquillo, honestoque otio traduxit, legendis, scribendisque Libris impendisse, facile ex admirabili ipsius polymathia, subtilique doctrinarum omnium peritia, Graecae, Romanae, Barbaraeque Historiae cognitione deduci poterit, quae in singulis fere ipsius Operibus effulget. Ipsa quoque Operum varietas, ac numerus perspicue id ostendit; quum in Lampriae Catalogo 210. Plutarchi patris Opera memorentur; quumque Catalogus ipse in fine mutilus observetur; alia quoque plurima ab illo exarata fuisse coniicimus, quae maxima tamen, atque incredibili literarum iactura interciderunt. Ex plurimis tamen Plutarchi Operibus, quae ad haec usque tempora pervenerunt, nullum est certe, si parallelas Graecorum, & Romanorum Vitas exceperis, quod uberius, & clarius incredibilem solertissimi Viri laborem, atque industriam in evolvendis, exscribendisque Veterum scriptis ostendant, quam Libri V. quos ille de variis *Philosophorum Placitis* inscripsit. Quamvis enim Xylander Plutarchi interpres liberius ille quidem, sed vere tamen, dixerit *insaniunt, qui his Libris lectis scire se putant quid de quaque in iis proposita re senserint Philosophi*; perspicue tamen apparet illorum Placita a Plutarcho colligi, atque in unum veluti corpus rite componi non potuisse, nisi ex superstitibus adhuc septuaginta fere Veterum Philosophorum Libris, aut certe ex innumeris Scriptoribus aliis haec hausta, accurateque explorata fuissent. Quinetiam brevitas ipsa, quam in hoc scribendi genere sibi proposuit Plutarchus, quamvis alicubi Philosophorum sententiam paullo obscuriorem reddiderit, ut suis in locis opportune observabitur; eximiam tamen ipsius eruditionem, doctrinamque demonstrat; quum opinio quaedam ab Auctore fusius exposita, paucis omnino verbis exprimi contrahique non possit, nisi prius ipsius vis, nativusque sensus subtiliter, accurateque perspectus fuerit; neque rudes aliae, ac incelebres quorundam Physicorum opiniones omitti, nisi singula Veterum scripta explorata, diligenterque excussa fuissent.

II. Certe Plutarchus ipse ingenue profitetur sese varia, ac illustrio-

ſtriora Philoſophorum Placita compendio ſolum complecti, vel in epitomen redigere voluiſſe. Hinc in Lampriae filii Catalogo, quo ille patris Opera recenſuit, num. 59. Opus ille inſcribitur Περὶ τῶν ἀρεσκόντων Φιλοσόφοις Φυσικῆς Ἐπιτομῆς Βίβλια Ε. *De Placitis Philoſophorum Phyſicae Epitomes Libri V.* quod nimirum Plutarchus ibi de *Phyſica* ſolum, non vero de ceteris Philoſophiae partibus diſſerendum ſuſceperit; brevique oratione, velut epitome quadam, varia Phyſicorum Placita ſit proſequutus. Ita quoque a Scriptoribus illis, qui eximium hoc Plutarchi Opus laudarunt, exindeque plurima refellendis praeſertim Ethnicorum erroribus derivarunt, ſub Συναγωγῆς *Collectionis* nomine deſignantur. Cyrillus Alexandrinus *Lib. II. contra Iulianum pag.* 51. Ἔφη γάρ που περὶ αὐτῶν ἰσχνὸς ὢν ἄγαν ὁ Πλούταρχος ἐν πρώτῳ βιβλίῳ φυσικῶν δογμάτων Συναγωγῆς: *Dixit enim de iſtis vir multum ſubtilis, & accuratus, Plutarchus in primo volumine Collectionis Dogmatum Phyſicorum*; quemadmodum pag. 36. iam dixerat: Πλούταρχος τοίνυν ἀνὴρ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐκ ἄσημος γεγονὼς ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς τῶν φυσικῶν δογμάτων Συναγωγῆς: *Plutarchus igitur, qui vir apud ipſos non obſcurus fuit, in ſecundo volumine Collectionis Dogmatum Phyſicorum*. Frequentius tamen περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις δογμάτων *De Placitis Philoſophorum* titulo laudari ſolet, unde Euſebius *de Praeparat. Evangel. Lib. XIV.* ait: ἀπὸ τῶν Πλουτάρχου, ἐν οἷς ἐπέγραφε περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις φυσικῶν δογμάτων *Ex Plutarchi libris, quos de Philoſophorum Placitis, ad res Phyſicas pertinentibus, conſcripſit*: iterumque *Libro XV.* Θήσω δὲ καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς Πλουτάρχου γραφῆς ἐν ᾗ τὰς περὶ τούτων ὁμοῦ τῶντε πρεσβυτέρων καὶ νέων δόξας συναγαγὼν τοῦτον γράφει τὸν τρόπον: *Iſta quoque non aliunde, quam ex illo Plutarchi operum hauriemus, ubi collectas hiſce de rebus antiquorum una recentiorumque ſententias hunc in modum exponit*. Haec ipſa vero Patrum, & Scriptorum teſtimonia ea quoque de cauſſa libentius hic profero, quod exinde quoque maxima Operis huius praeſtantia, ac dignitas inferatur; Libroſque illos, non a cognomine Plutarchi filio, ſive *Plutarcho iuniore*, ut perperam Voſſius in Opere *de Hiſtor. Graecis Lib. II. c.* 10. exiſtimavit; ſed a Plutarcho ipſo, exaratos eſſe oſtendatur. Vt enim omittam in Lampriae Catalogo, qui Voſſii tamen aetate nondum affulſerat, Opus illud Plutarcho patri nitide diſerteque tribui, Euſebius, Suidas, ceterique Scriptores omnes, ubi ſolum *Plutarchi* nomen hic alibique ſaepius uſurpant, non alium profecto, quam celeberrimum Scriptorem, Plutarchum nempe patrem, deſignant. Ita propemodum Theodoretus *Libro II. Terapeutic.* neque Opus aliud, neque Plutarchum alium ipſius auctorem deſignat, ubi Plutarchum, Aëtium, ac Porphyrium ſcripſiſ-

ſe

se dicit περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις *de Placitis Philosophorum*.

III. Quod autem ad Aëtium hic a Theodoreto memoratum attinet, Opus illud, quod Περὶ φιλοσόφου Ἱστορίας *De Philosophica Historia* inscribitur, atque inter Galeni Opera circumfertur, a Iulio Martiano Rota Galeni interprete Aëtio ipsi tribuitur; adeoque in Iuntina Galeni editione in Classe spuria recensetur; sicuti a Charterio in nitidissima Parisiensi editione anni 1639. Tomo II. exhibetur. Aëtius autem ille Theodoreto memoratus, & a Medico, & ab Haeretico certissime distingui debet, ut observavit Fabricius; quorum uterque Christianus erat. Aëtius autem ille, qui a Theodoreto Pilosophicam Historiam edidisse dicitur, Ethnicus fuerat; quum Theodoretus ipse Aëtium illum Ethnicis velut Ethnicum opponat. Quamvis autem Aëtius ille, sive ut appellari iam solet, Galenus Plutarchi plerumque verbis loquatur, alicubi tamen ex Scriptoribus aliis quaedam exscripsisse videtur; unde Fabricius ad Empiricum *Hypoth. Lib. III. c.* 4. *seg.* 32. Galenum ex Empirico Philosophorum opiniones de rerum principiis expressisse dicit; licet Empiricus ipse quaedam ex Plutarcho potius desumpsisse mihi videatur; hoc est & Empiricus, & Galenus etiam ex uno eodemque Plutarchi fonte sententias illas expresserint. Porphyrii autem Opus a Theodoreto laudatum prorsus intercidit, quo doctissimus hic Scriptor Philosophorum Placita, Plutarchi instar, sed methodo fortasse diversa, digessisse videtur. Denique Plutarchi vestigiis institisse, ideoque Aëtium, aut Galenum fere aemulatus esse videtur Ioannes, qui a *Stobis* Macedoniae secundae urbe, quam patriam habuisse creditur, *Stobaeus* vocatur; quamvis fortasse melius *Stobensis* appellandus esset. Ille nimirum, ut Septimum filium in Physicis, atque Ethicis erudiret, praeter *Eclogas Ethicas*, in quibus illustriora morum praecepta ex plurimis Philosophorum, ac Poetarum sententiis complexus est, *Physicas* etiam *Eclogas* edidit, in quibus plurima Philosophorum Placita de variis Physicae, vel naturalis disciplinae capitibus exponit. Quamvis autem alicubi Scriptor ille genio suo indulgeat, atque a Plutarcho mire diffidcat; pluribus tamen in locis eadem prorsus Plutarchi verba, sed alio tamen ordine, exscribit; pluresque Philosophorum sententias a Plutarcho omissas interserit. Quandoquidem vero, ut erudite Fabricius observavit in *Bibl. Graeca* (a), in vero & genuino Scriptorum a Stobensi laudatorum catalogo, qui apud Photium occurrit, Philosophus nullus Themistio recentior nominatur, nullusque prorsus ex plurimis Ecclesiae Patribus in Eclogis Ethicis memoratur, Stobaeus ipse Themistii aetatem proxime attigisse, atque a Christiana Religione abhorruisse videtur. Eius

c Ope-

(a) Lib. V. c. 30. §. 2.

Opera, Physicae nimirum, & Morales Eclogae, ex graeco Sambuci, & Sirleri Codice, addita Guilelmi Canteri latina interpretatione, prodierunt Antuerpiae anno 1575. iterumque Genevae anno. 1609. Quamvis autem Canterus se 146. horarum spatio interpretationem hanc absolvisse testetur, se tamen 230. locorum emendationes in margine adnotasse dicit, simulque Capitum titulos, qui in Stobaeo deerant, ex Plutarcho addidisse: quo plane fieri oportuit, ut Canterus alicubi Plutarchi potius, quam Stobaei, textum expresserit. Ex duabus autem Canteri editionibus priorem solum mihi contrectasse licuit, adeoque Stobaei loca iuxta paginarum seriem indicavi; quamvis 60. Capitum series, quam in Libro I. hoc est in Physicis Eclogis, Photius, invenerat, & Codice CLXV. exhibuit, longe alia multoque praestantior videatur: ut proinde plurima in vulgatis Stobaei Codicibus excidisse debeant; plurima quoque adhuc mutila, ac vitiata sint, quibus in nova Stobaei editione medelam adhiberi posse Fabricius admonuit, atque mirifice optavit.

IV. Ceterum, ut ex tribus istis Philosophicae Historiae Scriptoribus, qui ex uberrimo Plutarchi fonte hortos suos irrigarunt, ad Plutarchum revertar, quum Plutarchus ipse aliquando plurima, quae certo quodam Opere complexus erat, in alio iterum Opere pro re nata opportune exscriberet, pleraque, quae in his quinque Placitorum Libris expresserat, in Opus aliud transtulisse videtur, quod a Lampria num. 173. Φυσικὴ Ἐπιτομὴ *Physica Epitome* appellatur. Quinetiam Lamprias ipse Opus aliud eiusdem propemodum argumenti designare videtur num. 185. ubi Patris Opus inscribit Περὶ Πόλεων κτίσεως, καὶ Φυσικῶν ἀρεσκόντων *De Vrbium aedificatione, & Physicorum Placitis*. At ibi facile suspicari quis poterit in eiusmodi Operis inscriptionem, Lampriaeque textum errorem aliquem irrepsisse, adeoque duos dissidentis plane argumenti Libros temere confusos, sive permixtos fuisse. Quid enim cum prima Vrbium origine, & aedificatione, simulque cum Physicis Philosophorum Placitis commune esse potest? Quamdiu tamen ex melioribus forrasse codicibus lux aliqua non oriatur, vulgatam hanc Lampriae lectionem retineri posse putaverim. Fieri nimirum potuisse suspicor, ut Plutarchus in Opere memorato varias Physicorum sententias non de naturalibus rebus aliis expresserit; sed varia solum ipsorum placita de nativa Vrbium quarundam indole, situ, aëre, salubritate, physicisque, plane dixerim, Vrbium affectionibus memoraverit. Certe Plutarchus ipse in Libro περὶ πολυπραγμοσύνης *de Curiositate*, ita de Chaerona loquitur: ὥσπερ τὴν ἐμὴν πατρίδα πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κεκλιμένην, καὶ τὸν ἥλιον ἐρείδοντα δείλης ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ δεχομένην, ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς τραπῆναι λέγουσιν ὑπὸ τοῦ Χαίρωνος: *Quo modo patriam meam*

meam vento, qui flat ab occasu, prius obversam, & Solis decumbentis radios vesperi ex Parnasso admittentem, in ortum a Chaerone conversam ferunt. Itaque fortasse in Opere, quod nunc Περὶ πολέων κτίσεως, ὲ φυσικῶν ἀρεσκόντων inscribitur, Plutarchus Vrbium quarumdam originem, novamque veluti aedificationem memoraverat, simulque Physicorum Placita de Vrbium ipsarum situ, nativisque affectionibus expresserat.

V. Quemadmodum vero plurima, quae in Epitome Physica, aliisque Libris explicaverat Plutarchus, in quinque Placitorum Libros transtulit; ita quoque nonnulla, quae in quinque Libris istis pressius, atque obscurius expressa fuerant, in Libris aliis exposuit, qui in Lampriae Catalogo num. 60. inscribuntur: Στρωματεῖς ἱστορικοὶ, ποιητικοὶ ξβ'. *Stromatei, Historici, Poetici* LXII. Vbi Fabricius adnotavit in Codicibus aliis legi ξϛ. LXVI. Eiusmodi Stromatum Libros citavit Eusebius *De praepar. Evangel. Lib. I. c.* 4. & 5. atque exinde varia Philosophorum Placita de Telluris figura exscripsit, quae multo contractius in Lib. III. de Placitis cap. 10. occurrunt. Hinc Operis titulum in Lampriae Catalogo mutilum, ac imperfectum esse putaverim; quod nimirum Libri illi non *Historici* solum, ac *Poëtici*, sed *Philosophici* quoque, ac *Physici* fortasse fuerint, ut in iis Plutarchus commode, opportuneque de Telluris figura differere, variasque de illa Philosophorum opiniones complecti posset. Ac plurimus profecto splendor in definienda eiusmodi Librorum serie, ac varietate haberetur, si rite coniici, vel definiri etiam posset, quo quisque ordine, ac tempore conscriptus esset, verumque tempus ostendi, quo quinque Placitorum Libri prodierunt. Sed haec obscura prorsus, & incomperta esse debent; quum nulla omnino lux, aut ex Plutarcho, aut e Scriptoribus aliis affulgeat. Illud unum perspicuis, certisque characteribus deprehendisse videor, quod hi Placitorum Libri ante annum V. C. 843. sive Chr. 90. exarati non fuerant. Etenim Plutarchus ipse Libro III. c. 2. ubi de Cometis, aliisque id genus differit, *Boethi* quoque sententiam exponit, qui emphaticas species illas non aliud, quam *laxati, rariorisque aëris apparentiam*, esse dixit. At Boethus ille, quem Plutarchus in *Sympos. Lib.* VIII. *qu.* 3. & in Libro *de Pythiae Oraculis* disserentem inducit, adolescens adhuc tum Geometriae, tum Sophisticae artis studiis addictus erat, moxque senior Philosophiam amplexatus Epicuri castris nomen dedit. Itaque, quum Boethum, una cum Ammonio iam tertium Athenis Praetore, adeoque superstite, ac sene Philosophiae nuper addictum, & loquentem inducat; idque circa quadragesimum Plutarchi annum contigisse videatur, Plutarchus neque celebrem iam Boethi opinionem memorare, neque Libros Placitorum

citius exarare poterat. At serius etiam id contigisse ex Plutarchi Libro *de Pythiae Oraculis* inferri potest, ubi Boethus ipse loquens exhibetur. Liber autem ille Traiano iam imperante exaratus fuit, ut optime coniecit Rualdus; iis nimirum temporibus, quibus languente iam Oraculorum fama, ac celebritate, novum ipsis splendorem addere, aut certe veterem dignitatem asserere Ethnici conabantur, quod post Traiani Caesaris initium, adeoque annum Chr. 98. V. C. 851.. contigisse debuit.

VI. Quanta vero Librorum eiusmodi, vel Plutarchiani Operis utilitas, atque praestantia esse debeat, non ex perspicuis solum Eusebii, Cyrilli, aliorumque testimoniis antea laudatis apparet; sed ex ipso quoque argumento facile deduci potest. Vt enim mittam plurimas, & dissidentes adeo Veterum Philosophorum sententias in illis nativo quodam ordine dispositas, ac expressas videri, quae ex variis disiectisque Libris inquirendae fuerant, ut facile intelligi deprehendique posset quid de quaque re illustriores Philosophi existimarint, sententiae plurimae in Libris ipsis expositae reperiuntur, quae vix, ac ne vix quidem aliis ex fontibus hauriri possent; quum integra Scriptorum illorum Opera prorsus exciderint. In sententiis illis recensendis, aut invicem conferendis eximia quaedam voluptas in nobis exoritur, ubi variam Philosophorum indolem, cogitandi vim, explorandaeque Naturae methodum contemplamur; praesertim vero plurimis in locis aperte conspicimus veteres Philosophos illos a primis usque temporibus mira prorsus solertia, ac felicitate veras effectuum quorumdam caussas investigasse; eamque prorsus illorum originem ostendisse, quae nuperis deinde temporibus recepta, atque mirifice probata fuit: ut proinde plurima Physicorum Placita, quae nunc primum affulsisse, atque a recentioribus inventa fuisse putantur, veteribus etiam perspecta, ac tradita videantur. Itaque maximo optimoque iure Fabricius optare se dixit, ut hi Placitorum Libri, quemadmodum alii quoque aureoli Plutarchi Libelli, *separatim exstarent excusi in iuvenum usus; neque Voluminum magnitudine fieret, ut Scholis omnibus, & iuvenum fere Museis exulet Plutarchus*. Quamvis enim *Moralia*, ut inscribi iam solent, Plutarchi Opera, adeoque Placitorum Libri latine redditi frequentius occurrant; graecus tamen ipsorum textus vix, ac ne vix quidem, nisi in ingenti universorum Operum collectione, occurrit; ut proinde verus Plutarchi sensus ipsius praesidio facile intelligi, pravaeque Interpretum opiniones corrigi non possint.

VII. Ac Graece quidem & Latine hi Placitorum Libri seorsim a ceteris Plutarchi Operibus ex Budaei versione prodierunt apud Herva-

vagium Basileae anno 1531. in 4. ut Fabricius observavit; sed exemplaria illa vix ullibi reperiuntur, eademque mihi ceteras omnes Plutarchi interpretationes, atque editiones undique conquirenti invenire non licuit. Ita propemodum rara est eiusdem Operis editio Parisiis iterata apud Bogardium anno 1544. quae, licet a Fabricio omissa fuerit, in quibusdam tamen Bibliothecarum indiculis observatur; quemadmodum in ipsis etiam latina Operis huius editio iam inde ab anno 1505. Parisiis apud Ioannem Petit facta memoratur. Atque hanc principem sane editionum omnium, quae cum Latina Budaei versione prodierint, fuisse putaverim; quum ipsius Epistola, qua Plutarchum a se Latine redditum Germano Ganeio Parlamentari Consiliario, ac Bellovacensis Ecclesiae Decano consecravit, Kalendis Ianuariis anni 1502. exarata fuerit. Haec ipsa Budaei interpretatio iterum cum ceteris Plutarchi Moralibus Venetiis anno 1509. fol. edita fuit; quemadmodum in Basileensi Plutarchi editione anni 1542. & 1560. a Frobenio & Episcopio curata, simulque in nitidissima editione, quam Parisiis anno 1572. Henricus Stephanus absolvit, iterum excusa fuit; quamvis Fabricius Libros de Placitis Philosophorum a Iano Cornario latine redditos esse testetur. Proxime post editas Budaei interpretationes, novam aliam aggressus est Guillelmus Xylander, quae latine solum lucem adspexit anno 1571. iterumque 1579. & 1592. simulque cum graeco textu Francofurti anno 1620. moxque elegantissime typis regiis Parisiis anno 1624. edita fuit, additis ubique Henrici Stephani, & Xylandri ipsius adnotationibus. Postremam Operis huius interpretationem latinam adornavit Hermannus Cruserius, eamque Basileae anno 1573. edidit; quamvis editionis huius mentionem accuratissimus Fabricius praeterierit. Quemadmodum vero singula Plutarchi opera ex Graecis codicibus, quos accurate consuluit, gallice reddidit Iacobus Amiotus; ita quoque Philosophorum Placita perspicue accurateque interpretatus est; ciusque pulcherrima interpretatio annis 1567 1574. 1579. 1613. & 1616. excusa fuit. Ex Italis autem unus, quod noverim, Marcus Antonius Gandinus quinque Placitorum Libros italice reddidit, qui Venetiis anno 1614. prodiere; quamvis Fabricius in contexenda Interpretum, seu versionum serie hanc omiserit. Anglicam, Hispanam, Germanicam paraphrases a doctis Viris adornatas praetereo, quippe quum illas consulere non potuerim; Germanicam vero neque intelligere profecto possem.

VIII. Itaque mihi latinas quidem Budaei, Xylandri, Cruserii, Gallicam vero Amioti, Italicam Gandini interpretationem evolvere, consulere, imitari subinde libuit; sed uberior tamen splendor ex Amioto

to solum, & Xylandro plerumque in obscurioribus locis affulsit. Etenim, nequidquam de inepta Gandini paraphrasi hic loquar, quam ille non ex Graeco, sed ex Latino solum, Plutarchi codice, atque infeliciter ille quidem, & absurde concinnavit. Cruserii interpretatio, quamvis a ceteris aliquando dissideat, longe tamen illis inferior esse conspicitur; licet ipsius paraphrasis, qua Parallela, sive Vitas a Plutarcho editas latine reddidit, *ob elegantiam, & facilitatem*, inquit Fabricius, interpretationi Xylandri praeferatur. Budaeus autem ingenue modesteque fatetur *in emendando exemplari Graeco exsudandam sibi laboris partem non contemnendam fuisse; quippe quod unicum nactus erat, literis iam exolescentibus*. Ingenue quoque modesteque fatetur se interpretationem illam brevi temporis spatio absolutam, veluti primum studiorum suorum specimen, edidisse ita Germanum Ganeium alloquens:

Accipe primitias nostrae, Germane, Minervae,
Nare, sed infesta ne, precor, ipse legas.
Egerit egregie mecum fortuna, cavere
Si potui culpam, gloria nulla licet.
Gloria quaeretur forsan, limatior olim
Si stylus evadet, Parca nec invideat.

Denique testatur quod sibi *colligenda, corrogandaque ex non paucis auctoribus iisque classiariis latina verba fuerunt non facile cuilibet obvia*; ex quo sane delicatiori latinorum verborum delectu, & obsoletis interdum, ambiguis, obscurisque vocibus, quae ab illo usurpantur, non mediocris subinde perplexitas in ipsius interpretationem manavit. Si tamen naevos istos sustuleris, pluresque interdum voces, ac periodos suppleveris, quas Budaeus interpres omisit, fortasse quod in graeco ipsius codice minime exstarent, Budaei interpretatio graeco textui accurate respondet, eamque prorsus graecae linguae peritiam in Budaeo adhuc adolescente demonstrat, qua aetate grandior, miraque eruditionis copia spectatissimus maxime excelluit. Budaeo splendidam hanc facem praeferente facile profecto fuerat Xylandro Libros ipsos latine reddere; quum praesertim ipse tum ex manuscriptis Codicibus, tum ex Aldina veteri editione, tum ex Eusebio praesidium sibi comparasset. Liberior tamen alicubi ipsius interpretatio, sensus potius aliquando, quam Plutarchi verba, exponit; ac interdum etiam, ubi verborum vis, aut sensus obscurior videretur, divinando potius, quam interpretando, Auctoris mentem expressit. Ceteris omnibus castigatior, longeque accuratior Amiotus; qui, quamvis uberius alicubi, atque explicatius Plutarchi sensum exposuerit, plura tamen ipsius lo-

loca, quae perplexa fuerant, coniecturis illustrans ita supplevit, ut ad Auctoris mentem propius accesserit. Eximia vero ac praestantissima interpretatio partim Amioti ipsius diligentiae, partim Turnebi doctrinae adscribi debet; cuius consilio suffragioque in obscurioribus locis Amiotum adiutum fuisse testatur Fabricius, variisque in locis graecum Plutarchi textum ab Amioto, facem fortasse Turnebo praeferente, emendatum fuisse observavit. Atque ista quidem brevissime de variis Scriptoribus, qui haec Plutarchi Opera qua interpretando, qua corrigendo, qua variis adnotationibus illustrando adornarunt; non modo, ut praeclara ipsorum merita ostenderentur; verum etiam ut ea, qua par est, modestia, honestate, gratique animi sensu indicarem quibus praesidiis, Auctoribus, & exemplis in hac eiusdem Operis interpretatione profecerim.

IX. Qua vero de caussa de hoc ipso Plutarchi Opere iterum latine reddendo, ac illustrando cogitaverim, quidque in illo iterum excudendo, ornandoque praestiterim breviffime exponam; ut universa demum methodus, & ratio ostendatur, qua clarissimo huic, & eximio Scriptori novam quamdam uberioremque lucem affundi posse putavi. Itaque, quum e re futurum esse intelligerem si graecus Plutarchi textus iterum minori forma, ac seorsim excusus Eruditorum manibus tereretur, illum Henrici Stephani fidem, & exemplar sequutus, accurate expressi. Deinde vero, cum nulla ex latinis interpretationibus, quae iam pridem editae fuerant, accurate Plutarchi veterumque Physicorum mentem exprimere videretur, satius, atque opportunius existimavi si novam, melioremque proponerem, quae Plutarchi verbis pressius insisteret. Itaque verbum fere verbo reddere sum conatus; quum optime intelligerem, atque Xylandri inprimis exemplo deprehendissem in hoc scribendi genere & argumento, si verbum aliquod temere Scriptoris verbis adiungatur, universam fere ipsius sententiam perturbari; ut merito subinde haerere, atque ambigere quis possit an sensus ille Plutarchi verbis expressus, an vero potius ab interprete conceptus videatur. Ne tamen latina interpretatio graecis ita vocibus reddendis adstricta, obscurior aliquando, asperior, minusque concinna fieret, nonnulla subinde verba interserui quibus illa concinnior, & clarior efficeretur; sed haec tamen italico, ut inquiunt, charactere exprimenda curavi, ut repente intelligi posset quid a Plutarcho ipso traditum, quid ab interprete adiectum fuerit. In qua quidem interpretandi ratione doctissimos Viros illos auctores ducesque sum sequutus, qui hac ipsa methodo Aristotelis Opera reddidere, ut in nitidissima ipsius editione Parisiis a Du-Valio curata anno 1654. conspicitur. Quum vero propositum mihi foret verum Plutarchi, adeoque vete-

rum

rum Philosophorum sensum, quorum ille placita pressius ubique, contractius, & obscurius complectitur, exponere, singulas illorum sententias ex melioribus fontibus aliis haurire volui; ex singulis nempe Philosophorum ipsorum Libris, si quidem supererant, aut certe ex Empirico, Laertio, Aristotele, Cicerone, aliisque pluribus, qui veteres Physicorum sententias fusius, & accuratius expressere; aut ex ipso denique Plutarcho, qui in Libris aliis pleraque Philosophorum placita fusius descripsit. Denique, quum maxima horum Librorum pars a Galeno in *Historia Philosophica*, ab Eusebio, in *Praeparatione Evangelica*, a Stobaeo in *Eclogis Physicis* exscripta fuerit, ut superius est observatum; singula Plutarchi loca, integrumque textum cum Eusebii, Galeni, Stobaei textu contuli, ut inde lectionum varietatem, & quidquid etiam illustrando, corrigendo, restituendoque Plutarchi textui conferre poterat, accuratissime excerperem. Quantum vero splendoris, atque praesidii in plurimis Plutarchi locis illustrandis explicandisque ex eiusmodi collatione sim consequutus, facile profecto intelliget, quicumque breves adnotationes illas inspexerit, quas singulis Plutarchi Capitibus subieci; quum mutilos aliquando, & hiulcos Plutarchi textus suppleverim, depravatos emendaverim, obscuros atque perplexos opportune illustraverim. Neque solum Galeni, Eusebii, & Stobaei loca opportune subieci; sed interdum etiam ex Scriptoribus aliis ea testimonia protuli, quae Plutarchi verbis illustrandis, aut confirmandis conferre plurimum videbantur; cetera tamen, quae plurima ex Lipsio Gassendo, Stanleio proferri poterant, dissimulans; ne novam potius Placitorum Collectionem contexere, quam Plutarchi Libros exponere viderer.

X. Id vero potius illustrando Plutarchi Operi, variisque Philosophorum Placitis ab ipso memoratis uberius adhuc, & accuratius exponendis conferre censui; si in ipso veluti Operis huius limine Philosophorum omnium seriem ita contexerem, ut ipsorum aetas meliori, quo poterat, ordine ostenderetur. Ita nimirum explorata iam, nitideque definita Philosophi alicuius aetate, facile opinionis etiam antiquitas inferri poterat, quae ab illo proposita, vel probata fuit; adeoque intelligi quis alteri in explicanda rerum natura praeluxerit; qua temporum serie melior, & accuratior in dies Physicae cognitio prodierit, quam denique antiquae opiniones aliquae censeri debeant, quae licet a recentioribus Philosophis inventae videantur, a Plutarcho tamen expositae, atque a Veteribus traditae fuerant, quod fusius a me tamen, & opportunius Dissertatione II. universo huic operi subiecta demonstrabitur.

SYL-

SYLLABVS PHILOSOPHORVM
QVORVM PLACITA
A PLVTARCHO PROFERVNTVR.



LCMAEON *Crotoniata* adolescens adhuc Pythagoram iam senem audivisse fertur a Iamblicho *in vita Pythagorae c.* 23. & Aristotele *Metaphys. I. c.* 5. omniumque primus ex Laërtio *Libro VIII. s.* 83. de naturalibus rebus scripsit, & de medicis etiam rebus plura reliquit. Olympiade 65. floruisse dicitur. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 13. *pag.* 491. & Stanleius *Par. VIII. pag.* 823.

ANAXAGORAS *Clazomenius* anno 1. Olymp. 70. natus, anno 1. Ol. 75. Athenas concessit, ibique 30. annis moratus est. Lapidem e caelo casurum anno 2. Ol. 78. praedixerat, eumque lapidem in Aegos potamum anno 4. eius Ol. decidisse scribit Eusebius, quamvis in Oxoniensi Chronico casus ille ad annum 4. Ol. 77. referatur. Anno 3. Ol. 82. Athenis Lampsacum migravit, ibique anno 1. Ol. 88. e vivis excessit, non autem 78. ut scribit Laërtius, quum Socrates, Laërtio ipso teste, Anaxagoram audiverit. De Anaxagora Fabricius *Lib. II. c.* 33. *pag.* 813. & fuse Stanleius *Par. II. pag.* 100.

ANAXIMANDER *Milesius* natus est anno 3. Ol. 42. quum Laërtius *Lib. II. seg.* 2. ipsum anno 2. Ol. 58. sexagesimum quartum aetatis annum egisse, paulloque post obiisse dicat. Zodiaci obliquitatem deprehendisse dicitur Ol. 50. Ad Olympiadem tamen 68. pervenisse debuit, ut Anaximenes ipsum audire potuerit. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 814. & Stanleius *Par. II pag.* 96.

ANAXIMENES & ipse *Milesius*, Anaximandri *sodalis*, a Simplicio, *discipulus* a Cicerone vocatur. Quamvis a Suida Ol. 55. & ab Eusebio Ol. 56. anno 2. floruisse dicatur, Apollodorus tamen apud Laërtium testatur ipsum natum fuisse Ol. 63. Videndus Fabric. *Lib. II. c.* 23. *pag.* 815. & Stanleius *Par. II. pag.* 98.

ANTIPHO. Tredecim, qui hoc ipso nomine vocati fuerint Ionsius *Lib. IV. de Scriptoribus Histor. Pilosoph.* enumerat, quos tamen Fabricius *Lib. II. c.* 26. *pag.* 886. ad novem revocari posse putavit. Inter illos tamen tres solum occurrunt, qui de Physicis scripsisse videantur, ut ipsorum Placita hic a Plutarcho laudari possint. Itaque Antipho quidam Sophista ab Aristotele memoratur *Lib. II. Phy-*

 sic.

fic. c. 1. & *Lib. I. c.* 2. & *Elench. c.* 10. ubi ipsius opinionem de Circuli quadratura, & rerum ortu proponit. Antiphon alius *Atheniensis* Oneirocrita somniorum coniectator, praestigiator a Suida, Cicerone *II. de Divinat. c.* 20. *&* *c.* 51. aliisque pluribus nominatur, qui Socratis aemulus, ac adversarius a Laertio dicitur *Lib. II. seg.* 46. Denique Antipho alius ab Athenaeo *Lib. XIV. c.* 17. citatur, qui Georgica edidit. Si Plutarchus *Antiphontis* nomine horum aliquem designavit, facilius, opinor, primum indicavit.

ARATVS *Solis*, sive ut alii putant, *Tarsi*, in Cilicia natus Athenis diu Philosophiam coluit, moxque una cum Perseo Stoico in Macedoniam concessit, ibique Antigono regi carus, vitam finivit. Itaque, quum Antigonus ab anno 3. Ol. 125. ad ann. 1. Ol. 133. Macedoniae regnum occupaverit, Arati aetas hinc facile definitur. Vid. Fabricius *Lib. III. c.* 18. *p.* 451.

ARCHELAVS *Atheniensis*, sive *Milesius*, primus Ionicam Scholam Mileto Athenas transtulisse dicitur, fortasse quod Anaxagora Lampsaci florente Athenis ipse docuerit. Itaque Athenis circa Ol. 82. floruit. Vid. Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 815. & Stanl. *Part. II. pag.* 108.

ARISTARCHVS *Samius*, Cleanthis Stoici temporibus floruit, a quo violatae religionis accusatus fuit quod Telluri motum concederet. Itaque, quum Cleanthes Ol. 129. Zenoni Stoico in schola successerit, ea aetate Aristarchus fortasse Cleanthe iunior vixisse debuit. Vid. Fabricius *Lib. III. c.* 5. *pag.* 89.

ARISTOTELES *Stagiris* in Macedonia natus anno 1. Ol. 99. Athenis Platonem anno 1. Ol. 103. audire coepit; eoque defuncto anno 1. Ol. 108. in Macedoniam Alexandri praeceptor concessit. Ol. 111. anno 2. Philippo mortuo Athenas reversus tredecim annos in Lyceo docuit. In Chalcidem Euboeae secessit anno 1. Ol. 114. ibique anno 3. eiusdem Olympiadis annos natus 63. e vivis excessit. Haec, aliaque plura ad Aristotelis aetatem spectantia accuratius exposui in Fastis Atticis Tomo II. pag. 26. Vid. Fabricius *Lib. III. c.* 6. *pag.* 107. & Stanleius *Par. V. pag.* 410.

ASCLEPIADES *Prusiade*, vel, ut antea dicebatur, *Cio* Bithyniae urbe natus, oratoriam primum, mox medicam artem excoluit. Pompeii magni temporibus floruit, eoque medico usus est Cicero, ut ipse testatur, *Lib. I. de Oratore c.* 14. Vixit annis 150. Videndus Fabricius *Lib. VI. c.* 9. *pag.* 87.

Asclepiades alter Galeno memoratus, Neronis proximorumque Caesarum aetate floruit; quemadmodum C. Calpurnius Asclepiades Pru-

Prufa ad Olympiam oriundus Traiani temporibns vixit, natufque anno V. C. 840. feptuagenarius interiit. Fabricius *ibidem pag.* 90. Itaque ambiguum plane, quem ex Afclepiadis iftis defignet Plutarchus ubi variis in locis Afclepiadis opiniones exponit; quum uterque de rebus medicis Libros ibi a Fabricio recenfitos ediderit.

Berosvs *Babylone* natus, in Infula, ac Vrbe Coo, Aftrologiam exercuit. Athenis illi ftatuam inaurata lingua ob divinas eius praedictiones pofitam refert Plinius *Libro VII. c.* 37. Alexandri Magni, ac Ptolomaei Philadelphi temporibus floruit; adeoque ad Ol. 125. perveniffe debuit. De Berofo Fabricius *Lib. III. c.* 20. *pag.* 516.

Boethvs. Adolefcens adhuc Sophifticam artem exercuit; moxque Geometriae ftudiis addictus Epicuri fententiam in Philofophia defendit ex Plutarcho *Sympof. Lib. VIII. qu.* 3. dum adhuc Ammonius tertio Athenis Praetor floreret. Ita Plutarchus illum in Libro *de Pythiae Oraculis* ex Epicuri fententia differentem inducit. Itaque Traiani, atque Hadriani temporibus floruiffe videtur, ut in Plutarchi vita obfervavi.

Callimachvs *Cyrene* primum, in qua natus, tum Alexandriae floruit Philadelphi, fimulque Evergetis aetate. Itaque quum Evergetes anno 2. Ol. 133. Philadelpho patri fucceflerit, Callimachus ad illa tempora referri debet. Fabricius *Lib. III. c.* 19. *pag.* 479.

Cleanthes ex *Affo* Lyciae urbe *Affius* vocatus Zenoni Citico, quem undeviginti annos audiverat, fucceffit Ol. 129. Quum ex Laërtio quidem 80. ex Luciano vero 99. annos vixiffet, Scholam Chryfippo reliquit. Vid. Stanleius *Par. VII pag.* 643. & Fabricius *Lib. III. c.* 15. *pag.* 394.

Crates Mallotes ex *Pergamo* oriundus, Romam ab Attalo rege circa Ol. 143. ablegatus, Panaetium erudivit. Quamvis Grammaticus foret, Stoicis tamen Philofophis accenfetur a Suida, Panaetiique praeceptor a Strabone vocatur. De illo Fabricius *Lib. III. c.* 15. *pag.* 402.

Chrysippvs *Solenfis* e Cilicia, aliquando tamen *Tarfenfis* vocatus, quod ipfius pater Tarfo Solos migraffet, Cleanthi in Schola fucceffit, obiitque annos natus 73. Ol. 143. De illo Stanleius *Par. VII. pag.* 646. & Fabricius *Lib. III. c.* 15. *pag.* 392.

Demetrivs. Quamvis Philofophi plures hoc ipfo nomine vocati fuerint, quum tamen Plutarchus Demetrii huius nomen cum Leucippi, Metrodori, & Epicuri nomine coniunxerit, ipforumque fingulis opinionem de infinito atomorum numero adfcripferit, nullus dubito quin hic Plutarchus Demetrium *Laconem* Protarchi difcipu-

lum designaverit, qui a Laërtio *Lib. X. seg.* 26. itidemque a Strabone *Lib. XIV.* & Empirico *Hypoth. Lib. III. c.* 17. memoratur. Quum Epicurum audiverit, facile ad Ol. 130. referri ille poterit.

DEMOCRITVS *Abderita*, quamvis ab aliis *Milesius* dicatur, ex Apollodoro quidem, cui inhaeret Stanleius, natus est Ol. 80. ex Thrasyllo autem, quem sequitur Petavius, anno 3. Ol. 77. Certe *Diacosmum* se scripsisse dicit 730. annis a Troia capta, quod ex Eratosthenis calculo in Ol. 84. incideret; a Fabricio vero *pag.* 805. Democritus ipse prorsus immerito ad annum 2. Ol. 79. revocatur, quo nondum ille natus erat, aut certe vix decimum aetatis annum agebat. Leucippum, & Anaxagoram audivit; cum Archelao, & Oenipode versatus, & apud Aegyptios, aliasque Gentes ad annum usque octogesimum peregrinatus est. Laërtius illi 100. Phlegon 104. Lucianus 108. Hipparchus 109. aetatis annos illi concedit. Itaque post Olymp. 102. obiisse debuit. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 802. Stanleius *Par. X. pag.* 885.

DIAGORAS *Melius* Democriti servus, & auditor. Atheismi assertor a plerisque dicitur, eiusque impietatis poenas evasurus Athenis profugit. Ol. 91. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 817.

DICAEARCHVS *Messanae* in Sicilia natus, Aristotelis auditor, adeoque aetate fere suppar fuit. Geographicas Graeciae Tabulas, quas Theophrasto inscripserat, ille moriens in testamento memoravit apud Laërtium Lib. V. f. 51. Itaque facile anno 3. Ol. 123. qua Theophrastus obiit, Dicaearchus iam e vivis excesserat. Videndus Fabricius *Lib. III. c.* 11. *pag.* 295. & Dodvellus *Dissert. de Dicaearcho* §. *VI.* & *VII.*

DIOCLES a Plutarcho laudatus non alius fortasse fuit, quam Diocles *Carystius alter Hippocrates* appellatus, qui postremis Antigoni Gonatae temporibus floruit, adeoque Zenoni Stoico coaevus circa Ol. 126. vixisse debuit. De hoc Fabricius *Lib. VI. c.* 7. *pag.* 583. Diocles tamen alter Stratonis Physici auditor, eiusque testamenti curator memoratur a Laërtio *Lib. V. seg.* 62. Is etiam Medicam artem professus circa Ol. 130. floruisse videtur. Fabricius huius meminit *Tom. III. pag.* 569.

DIOGENES ex *Seleucia* Babyloni proxima fuit, adeoque *Babylonius* etiam vocatus est. Vna cum Carneade, & Critolao Atheniensium Legatus Romam venit anno V. C. 598. Cicero, qui *De Off. III. c.* 12. eum *magnum*, & *gravem Stoicum* appellat, ipsum diu vixisse affirmat in *Catone*. De hoc Stanleius *Par. VII. pag.* 655. & Fabricius *Lib. III. c.* 15. *pag.* 402.

Dio-

Diogenes alter *Apolloniates* Anaximenis auditor fuit ex Laërtio, atque a Sidonio *Anaxagora collega iunior* vocatur. Plura de Natura, de Mundo, aliisque scripsit; nullusque dubito quin Plutarchus hunc designaverit. Fabr. *Lib. II. c.* 23. *pag.* 817.

ECPHANTVS Pythagoricae Sectae alumnus *Crotoniata* fuit, atque ab Ecphanto *Syracusano* distingui solet, qui apud Origenem in *Philosophumenis*, & Stobaeum in *Eclogis Physicis pag.* 48. laudatur. Stobaeus ipse in Eclogis Ethicis *de Regno*, & Iamblichus *in Vita Pythagorae c.* 36. Ecphanti meminit. Vid. Fabricius *Lib. II. c.* 13. *pag.* 501. Quamvis autem ipsius aetas incerta sit, Architae tamen, Timaei, & Philolai temporibus vixisse ille debuit, adeoque Olympiadem 100. attigisse.

EMPEDOCLES *Agrigenti* in Sicilia natus anno 4. Ol. 76. Parmenidis aemulus, atque Architae auditor fuisse dicitur. Pythagoram quoque iam senem ab illo auditum fuisse nonnulli memorant; quorum utrumque temporum rationi repugnat. Annos natus 60. sive 77. sive 109. e vivis excessit. De Empedocle Fabricius *Lib. II. c.* 12. *pag.* 473. & Stanleius *Par. VIII. pag.* 811.

EPHORVS *Cumanus*, Isocratis discipulus, adeoque Aristoteli coaevus. Libros edidit, quibus 750. annorum historiam complexus est definens in vicesimo Philippi Macedonis anno, hoc est 1. Ol. 110. post quem, ut videtur, e vivis excessit. De illo Vossius in *Hist. Graec. Lib. I. c.* 7. & Fabr. *Lib. II. c.* 26. *pag.* 901.

EPICVRVS *Athenis* ex Gargetto Atticae Populo anno 3. Ol. 109. septimo Gamelionis die natus est. Quartodecimo aetatis anno Philosophiae studiis addictus Democritum impense coluit. Postquam in Samo, Tei, Colophone, alibique versatus esset, anno 2. Ol. 118. Athenas reversus in hortis docere coepit. Obiit anno 2. Ol. 127. decimo Gamelionis die. Vid. Fabricius *Lib. III. c.* 33. *pag.* 803. & Stanl. *Par. XII. pag.* 924.

EPIGENES *Byzantius* Astrologiae studiis apud Chaldaeos operam dederat, ut testatur Plinius *Lib. VIII. c.* 56. qui ipsum *auctorem gravem inprimis* appellat. A Seneca quoque *Nat. Quaest. Lib. VII. c.* 3. & Censorino laudatur. Quamvis ipsius aetas incerta sit, antiquioribus tamen Astronomis accenseri ille debet. De illo Fabr. *Lib. III. c.* 5. *num.* 8.

ERASISTRATVS *Iulietes* ex Insula Ceo, Theophrasti quidem auditor, Stratonis vero Physici praeceptor fuit ex Laërtio *Lib. V. seg.* 61. Seleuci Regis, eiusque filii Antiochi aetate floruit, hoc est anno 4. Ol. 124. qua Seleucus moriens Antiocho regnum reliquit. Fabric. *Lib. III. c.* 11. *pag.* 300. & *Lib. VI. c.* 9. *pag.* 151.

ERA-

Eratosthenes *Cyrepe* in Lybia natus anno 1. Ol. 126. mira omnigenae eruditionis gloria floruit. A Ptolemaeo Evergete, quem anno 4. Ol. 139. obiisse in *Agonistic. Differt. pag.* 64. demonstravi, Alexandrinae Bibliothecae praefectus fuit, ibique anno 1. vel 3. Ol. 146. obiit; quum Lucianus illi 82. alii 80. aetatis annos adscribant. Vid. Fabricius *Lib. III. c.* 18. *pag.* 471.

Evdoxvs *Gnidius* Archytae Tarentini, & Platonis etiam auditor floruisse dicitur a Laertio *Lib. III. seg.* 77. circa Ol. 103. Fabricius *Lib. III. c.* 5. *pag.* 85. & Stanleius *Par. VIII. pag.* 825.

Evhemervs a Plutarcho *Tegeates*, a Polybio *Messenius*, ab Arnobio *Agrigentinus* vocatus, Deorum Historiam ex Epigrammatis, quae in ipsorum Templis supererant, collegisse dicitur, ut illos mortales homines, non Deos, fuisse demonstraret. Hinc ille ceteris Atheis accensetur; eiusque Librum latinis versibus Ennius reddidit. Cassandri Macedonum regis aetate vixit, qui regnare coepit anno I. Ol. 114. De illo Vossius in *Histor. Graec. Lib. I. c.* 11.

Evpirides ex *Phyle* quidem Atticae populo oriundus fuit, Salamine tamen eodem ipso die natus est, quo Athenienses navali praelio Persas superarunt, hoc est 20. Boedromionis die anno 1. Ol. 75. quamvis ipsius nativitas in Oxoniensi Marmore ad annum 4. Ol. 73. referatur. Duodevicesimo aetatis anno ab Anaxagora discedens Tragoedias scribere incoepit. Apud Archelaum Macedoniae Regem obiit anno 3. Ol. 93. Sisyphus eius Tragoedia anno 1. Ol. 91. in scenam prodiisse dicitur, quam Aelianus *Var. Histor. II. c.* 8. memoravit. De Euripide Fabricius *Lib. II. c.* 18. *pag.* 639.

Evthymenes *Massiliensis* Geographicae doctrinae gloria excelluit, adeoque inter veteres Geographos a Marciano recensetur, atque ab Artemidoro, qui circa Ol. 169. floruit, laudatur. De illo Vossius in *Histor. Graec. Lib. III. pag.* 286. Fabricius *Lib. IV. c.* 2. *pag.* 37.

Heraclides *Ponticus* appellatus quod Heracleae in Ponto natus esset, Aristotelis auditor fuit ex Laert. *Lib. V. seg.* 86. adeoque circa Olymp. 110. floruisse debuit. De illo Fabricius *Lib. III. c.* 11. *pag.* 302.

Heraclitvs *Ephesius* Xenophanis, ac Hippasi auditor fuisse dicitur. Floruit circa Ol. 69. ac sexagenarius hydrope interiit. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 799. Stanleius *Par. IX. pag.* 827.

Herodotvs in *Halicarnasso* Cariae urbe natus anno 1. Ol. 74. Thurios una cum Atheniensibus in coloniam profectus est anno 3. Ol. 83. annoque primo Ol. 84. Historiam scribere aggressus est. Quum Peloponnesiaci belli tempora attigerit, quod anno 1. Ol. 87. exar-

exarsit, saltem 52. annos vixisse debuit. De illo Fabricius *Lib. II c. 20. pag. 695.*

HEROPHILVS *Chalcedonius*, sive *Carthaginensis* Diodoro Crono coaevus, adeoque Aristoteli fere suppar, Anatomen, Medicamque artem egregie promovit. De eius Operibus fuse Fabricius *Lib. VI. pag.* 187.

HIPPARCHVS ex Suida, & Strabone *Niceae* in Bithynia natus floruit ab Ol. 154. usque ad Ol. 163. ut ex Ptolemaei *Libro II. & III.* Vossius observavit. Ex Bithynia, ubi, Ptolomaeo teste, in Libro *de inerrantium siderum apparentiis* Astronomicas observationes incoeperat, Rhodum migravit, ibique plures & accuratas observationes alias instituit, ut Ptolemaeus ipse *Lib. V. Almag.* testatur; ut proinde *Bithynus* a *Rhodio* Hipparco immerito distinguatur. Egregia ipsius inventa librosque recenset Fabricius *Lib. III. c. 5. pag.* 94.

HIPPASVS *Metaponti*, sive *Crotone* in Calabria natus, adolescens Pythagoram iam senem, Empedoclis instar, audivisse fertur. Nihil scriptis edidisse ille dicitur a Laertio *Lib. VIII. seg.* 7. De Hippaso Fabricius *Lib. II. c. 13. pag.* 505. & Stanleius *Par. VIII. pag.* 124.

HIPPO *Rheginus*, quem alii *Samium*, alii *Metapontinum* dixere, inter Pythagoricos veteres enumeratur. Eius tamen aetas incerta est; nisi quod ille ante Ol. 100. floruisse videtur, quum ipsius Aristoteles meminerit. De illo Fabricius *Lib. II. c. 23. pag.* 819. Quandoquidem vero a Clemente Alexandrino, & Arnobio Hippon ipse ideo *Melius* vocatur quod, Diagorae Melii instar, Deos negaret, Diagora ipso aliquanto iunior, vel ipsi coaevus videtur; adeoque circa Ol. 90. floruerit.

HIPPOCRATES in Insula *Côo* 27. Agriani mensis die anno 1. Ol. 80. natus maximam vitae partem in Thessalia duxit. Athenienses peste perculsos anno 3. Ol. 87. liberavit; quumque aetatis anno 85. vel ut alii dicunt 90. aut 104. aut demum 109. exegisset, Larissae obiit. Videndus Fabricius *Lib. II. c. 24. pag.* 841.

HIPPONAX *Ephesius* a patria pulsus Clazomenem migravit, unde *Clazomenius* alicubi nominatur. Hic Ol. 60. floruisse dicitur a Plinio *Lib. XXXVI. c.* 5. Hipponax etiam alius Grammaticus longe iunior ab Athenaeo laudatur *Lib. XI. c.* 8. Vtriusque meminit Fabricius *Lib. II. c. 15. pag.* 582. Neutrius tamen Hipponactis mentionem a Plutarcho *Lib. V. c.* 7. factam esse putaverim; ibique *Hipponis* potius nomen legendum esse conieci.

LEOPHANES. Quamvis Fabricius *Lib. IV. c.* 11. inter Auctores a Plutarcho memoratos hunc etiam recensuerit, fortasse tamen *Leophanis* no-

nomen aut in Plutarchi textum temere irrepsit, aut vitiatum est, ut ad *Librum V. c.* 7. observavi. Si vulgatum Plutarchi textum sequamur, Leophanes ille Aristotele, adeoque Ol. 100. antiquior fuit, quum ab Aristole memoratus dicatur.

LEVCIPPVS aut *Melius*, aut potius *Abderita* Zenonis quidem Eleatis, ac Melissi discipulus, Democriti vero praeceptor fuit ex Laërt. *IX. seg.* 30. Itaque circa Ol. 85. floruisse debuit. De illo Stanleius *Par. X. pag.* 884. & Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 819.

MELISSVS *Samo* oriundus, Parmenidis auditor, & Zenonis Eleate magister floruit circa Ol. 84. ex Laërtio *IX. seg.* 24. Videndus Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 820. & Stanleius *Par. X. pag.* 880.

METRODORVS *Lampsaci* natus est ex Strabone *Lib. XIII.* quamvis a Laërtio *Atheniensis* dicatur. Ita Epicuri praeceptoris vestigiis institit, ut a Cicerone *de Fin. II. c.* 28. *alter prope Epicurus* vocetur. Annos agens 63. moriens Epicurum superstitem reliquit ex Laërtio *X. seg.* 18. *&* 23. Itaque circa Ol. 125. obierit. Vid. Fabricius *Lib. III. c.* 33. *pag.* 812.

OECETES a Cicerone *Acad. IV. c.* 39. *Nicetas*, a Laërtio *Lib. VIII. seg.* 85. *Hicetas* vocatus, *Syracusius* fuit, caeloque stante Tellurem moveri dixit.

OENIPODES *Chius* Astronomiae laude celebris in Graecia floruit circa Ol. 70. Cyclus ab illo inventus ante Metonis Enneadecaeteridem usurpatus fuit; idque proxime post Ol. 75. contigisse Dodvellus existimavit. Videndus eximius hic Auctor *Dissert. V. de Cyclis pag.* 262. & Fabricius *Lib. II. c.* 13. *pag.* 512.

PARMENIDES *Eleates* Xenophanis, atque ut alii putant, etiam Anaximandri auditor floruit Ol. 69. quamvis in depravato Laërtii textu legatur 59. Ad Olympiadem 80. pervenisse debuit, quum Socrates illum, Platone teste, adolescens audierit. Vid. Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 798. Stanleius *Par. X. pag.* 876.

PHILOLAVS Archytae auditor, *Crotone* quidem editus est, sed *Heracleae* tamen vitam duxit. Eius Libros Plato, qui ipsius videndi cupidus in Italiam advenerat, 400. aureis nummis ab heredibus redemit. Itaque, quum primum Platonis iter in Italiam anno 1. Ol 98. contigerit, ut in peculiari Dissertatione ostendi, Philolaus ad Olympiadem illam pervenit, ut optime proinde Laërtius *Lib. IX. seg.* 38. illum Democrito coaevum fuisse dixerit. De Philolao Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 513.

PLATO *Atheniensis* ex Colytto Atticae Populo, 7. Thargelionis die anno 3. Olymp. 87. natus est, ut peculiari Dissertatione in Gorianis Symbolis demonstravi. Anno 1. Ol. 98. Tarentum venit, ut

Ar-

que Pythagoricos ibi florentes inviſeret. Mox Syracuſas conceſſit, iterumque Ol. 103. & anno 4. Ol. 104. in Siciliam rediit. Anno 1. Ol. 105. ex Sicilia redux Athenas reverſus eſt, ibique ineunte anno 1. Ol. 108. e vivis exceſſit. Platonis vitam Stanleius *Par. IV. pag.* 179. & Fabricius *Lib. III. c.* 1. *pag.* 1. expoſuit; quos variis in locis corrigendos eſſe obſervavi.

Polybus, vel ut alii vocant, *Polypus*, ac *Polybius*, Hippocratis auditor, ac gener fuit. Ipſi liber ille tribuitur, qui inter Hippocratis Opera inſcribitur *de Natura hominis*, quemadmodum Ariſtoteles in *Hiſtor. Animal. Lib. III. c.* 3. quaedam ex Polybi Libro *de victus ratione* citavit. Itaque Polybus ille circa Ol. 90. floruiſſe debuit. Videndus Fabricius *Lib. VI. c. 9. pag.* 376. & *Lib. II. c.* 24. *pag.* 865. Fortaſſe Polybi Librum περὶ φύσιος παιδίυ Plutarchus deſignavit, ubi Polybi ipſius ſententiam exponit.

Posidonius *Apameae* quidem in Syria natus eſt, quum tamen Rhodi vixerit, ibique eum Cicero, & Pompeius etiam audiverit, *Rhodius* appellatus eſt. Romam conceſſit anno 4. Olymp. 181. hoc eſt V. C. 702. Vid. Stanleius *Par. VII. pag.* 656. & Fabricius *Lib. III. c.* 15. *pag.* 409.

Pythagoras in Inſula *Samo* natus eſt anno 4. Ol. 43. ut Bentleius exiſtimavit, ſive 3. Ol. 48. ut Loydius, ſive denique 4. Ol. 52. ut Dodvellus arbitratur. Itaque Fabricius inter extremas opiniones mediam eligendam eſſe opinatur, quum praeſertim Antilochus apud Clementem Alexandrinum *Strom. I.* ipſius *aetatem* anno 2. Ol. 49. adſcribat. Quum Thaletem, Pherecydem, Epimenidem audiſſet Pythagoras Ol. 58. Luciferi naturam inveſtigavit. Ol. 63. anno 3. in Perſiam abductus, anno 1. Ol. 67. in Italiam conceſſit, atque Crotone 20. annis degens Italicam ſectam inſtituit. Denique 117. vel, ut alii putant, 99. annos natus e vivis exceſſit. Fabricius *Lib. II. c.* 12. *pag.* 456. & Stanleius *Par. VIII. pag.* 658.

Pytheas *Maſſilienſis* Alexandrini Magni aetate vixiſſe creditur, hoc eſt Ol. 110. Certe Eratoſthene, quem Ol. 126. natum eſſe iam dixi, antiquior ille fuit, ut ex Strabone apparet *Lib. II.* De illo Voſſius in *Hiſtor. Graec. Lib. IV. c.* 11. & Fabricius *Lib. IV. c.* 2. *pag.* 37.

Seleucus. Aſtronomi huius neque patria, neque aetas ab Hiſtoricis memoratur; qui tamen illum, Pythagoraeorum inſtar, Telluri motum conceſſiſſe teſtantur. Quum tamen Plutarchus in *Quaeſtionibus Platonicis* Ariſtarchum, mox Seleucum eius ſententiae auctorem nominaverit, eamque ab Ariſtarcho quidem, ut hypotheſim ſolum explicandis ſiderum phaenomenis accommodatam, a Seleuco vero ve-

lut exploratam, certamque thesim propugnaram esse dixerit, non immerito suspicari quis poterit Seleucum post Aristarchum, adeoque Ol. 140. floruisse, siquidem Aristarchus ipse Archimedis aetate vixit, ut pluribus existimatum. Vid. Vossius *de Scientiis Mathemat. c.* 23.

SOCRATES *Atheniensis* Anaxagoram, moxque Archelaum audivit. Ipsius aetatem, ortus, ac mortis fere diem hactenus incompertum in *Fastis Atticis* demonstravi *Tom. II. pag.* 45. *&* 47. Ostendi nimirum quod ille exeunte Thargelione mense anni 1. Ol. 95. *septuagenario maior* hausta cicuta interiit; adeoque Apsephion, quo Archonte 6. Thargelionis die natus erat, ad annum 3. Ol. 77. referri debet. De Socrate plura Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 825. & Stanleius *Par. III. pag.* 110.

STRATO ex *Lampsaco* oriundus, Theophrasto in Peripatetica Schola successit anno 3. Ol. 123. & Ol. 127. e vivis excessit. De illo Fabricius *Lib. III. c.* 11. *pag.* 311. & Stanleius *Par. V. pag.* 498.

THALES e Phoenicia quidem oriundus, sed *Mileti* natus anno 1. Ol. 35. *Sapientis* nomen anno 3. Ol. 48. Archonte Athenis Damasia obtinuit, ut accuratius in *Agonisticis Dissertationibus* contra Meursium pag. 33. demonstravi. Obiisse dicitur anno 1. Ol. 58. adeoque non 87. aut 90. ut apud Laërtium legitur, sed 92. annos vixisse ille debuit. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 35. *pag.* 238. & Stanleius *Par. I. pag.* 1.

THEODORVS Cratetis Atheniensis, Anniceridis, Zenonisque Stoici auditor, quum aperte Deos negaret, *Atheus* vocatus est ex Laërtio *Lib. IV. seg.* 23. Ex praeceptorum aetate ipsius etiam aetas inferri potest, qua circa Ol. 130. floruisse videtur.

THEOPHRASTVS in *Ereso* Lesbi urbe natus Aristotelis auditor fuit, ipsique in Schola successit anno 3. Ol. 114. eamque moriens anno 3. Ol. 123. Stratoni reliquit. Quamvis Laërtius 85. vitae annos illi tribuat, alii verisimilius 107. concedunt, adeoque in lucem prodierit anno 4. Ol. 96. Vid. Fabr. *Lib. III. c.* 9. *pag.* 234. & Stanleius *Par. V. seg.* 491.

TIMAEVS *Locrus*, Ocelli Lucani vestigiis insistens, Librum *de Natura*, vel *de Universo* edidit, quem fere exscripsit Plato postquam Timaei ipsius, aliorumque Pythagoricorum desiderio incensus Italiam inviserat, ut ait Cicero *de Finib. V. c.* 29. Itaque Ol. 98. anno 1. Timaeus adhuc superstes erat.

XENOCRATES *Chalcedonius* Platonis auditor, cum Speusippo in Academica Schola successisset anno 2. Ol. 110. obiit anno 1. Ol. 116. annos agens 82. ex Laërtio *Lib. IV. seg.* 3. *&* 14. ex Luciano vero

in

in *Longaevis* 84. Itaque ipſius nativitas in Ol. 95. inciderat; quam prorſus immerito Meurſius larvati Scaligeri teſtimonio deceptus ad annum 1. Ol. 91. revocaverat, ipſique 102. aetatis annos conceſſerat. De illo Fabricius *Lib. III. c.* 3. *pag.* 68. In Plutarcho tamen *Lib. II. c.* 15. pro *Xenocrates* legendum eſſe *Zeno*, *Crates*, opportune iam obſervari.

XENOPHANES *Colophonius* Ol. 40. natus, ut Apollodorus apud Clementem Alexandr. *I. Strom.* teſtatur, ab Euſebio quidem Ol. 56. a Laërtio vero Ol. 60. floruiſſe dicitur. Lucianus 91. Cenſorinus ultra 100. aetatis annos illi concedit. Senior ex patria in Siciliam venit, ibique Parmenidem, alioſque Eleaticae Sectae alumnos inſtituit. De illo Fabricius *Lib. II. c.* 23. *pag.* 796. & Stanleius *Par. X. pag.* 872.

ZENO *Eleates* Parmenidis, ac Meliſſi Auditor Leucippum, ac Periclem erudivit. Itaque iam ante Ol. 87. floruiſſe debuit, qua Pericles Athenienſium in Bello Peloponneſiaco imperator obiit. Vid. Stanleius *Par. X. pag.* 881. & Fabricius *Lib. II. b.* 23. *pag.* 824.

ZENO *Cittii* in Cypro natus Cratetem primum, mox Stilponem, Xenocratem, alioſque audivit; tum Stoicam Sectam inſtituit, ipſique annis 58. praefuit. Antigoni *Gonatae* temporibus floruit, qui Macedoniae Regnum, ab Ol. 125. ad Ol. 135. obtinuit. Annos natus 98. e vivis exceſſit, quum 80. aetatis anno literas ad Antigonum ſcripſiſſet. De illo Fabricius *III. c.* 15. *pag.* 413. & Stanleius *Par. VII. pag.* 542.



INDEX ALTER

In quo singula Plutarchi loca exhibentur, in quibus ille Philosophi cuiusque Placita memoravit.

A

B

C

DE-

D

E

H

L

M

O

P

S

T

X

Z

Επι-

Ἐπισκοποῦντας δὲ περὶ Φύσεως, ἀναγκαῖον τὰς τῶν προτέρων δόξας συμπαραλαμβάνειν, ὅσοι τὶ περὶ αὐτῆς ἀπεφήναντο· ὅπως τὰ μὲν εἰρημένα καλῶς λάβωμεν, εἰ δὲ μήτι καλῶς, τῦτο εὐλαβηθῶμεν.

Confiderantes autem de Natura, necesse est ut fimul Antiquorum opiniones comprehendamus, quicumque aliquid de ea pronuntiarunt: ut ea, quae fcite dicta funt, fumamus; fiquid vero infcite, id vitemus.

Ariftot. de Anima Lib. I. c. 12.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ

ΒΙΒΛΙΑ Ε.

PLVTARCHI

DE PLACITIS PHILOSOPHORVM

LIBRI V.

EDVARDO CORSINO

INTERPRETE

Τοῦ Πρώτου Βιβλίȣ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις, τὰ κεφάλαια.		*Libri Primi* PLVTARCHI *De Placitis Philosophorum* CAPITA.	
	XXX.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

PLVTARCHI
DE PLACITIS PHILOSOPHORVM
LIBER I.

DE Physica (1), *vel naturalium rerum doctrina*, loquuturi necessarium ducimus *universam* Philosophiae tractationem in *ipso* statim initio distribuere; ut sciamus quid *Philosophia ipsa* sit; & quota ipsius pars enarratio naturae, *vel Physica, censeri debeat*. Itaque Stoici dixere sapientiam quidem esse divinarum, humanarumque rerum scientiam (2); Philosophiam vero *utilis vel* convenientis Artis exercitationem: *quod* autem conveniens *homini*, *vel utile sit*, unice maximeque virtutem esse; *suprema vero virtutum genera*, *sive* virtutes maxime generales *esse* tres, naturalem *nimirum*, moralem, & rationalem; ob eamque caussam tribus etiam ex partibus Philosophiam constare (3); quarum illa quidem physica, *vel naturalis*; alia vero ethica, *sive*

Μέλλοντες τὸν φυσικὸν παραδώσειν λόγον, ἀναγκαῖον ἡγούμεθα εὐθὺς ἐν ἀρχαῖς διελέσθαι τὴν τῆς φιλοσοφίας πραγματείαν· ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστι, καὶ πόσον μέρος αὐτῆς ἡ φυσικὴ διέξοδος. οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ ἔφασαν, τὴν μὲν σοφίαν, εἶναι θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην· τὴν δὲ φιλοσοφίαν ἄσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου. ἐπιτήδειον δὲ εἶναι μίαν καὶ ἀνωτάτω, τὴν ἀρετήν· ἀρετὰς δὲ τὰς γενικωτάτας, τρεῖς, φυσικὴν, ἠθικὴν, λογικήν. δι' ἣν αἰτίαν καὶ τριμερής ἐστιν ἡ φιλοσοφία, ἧς τὸ μὲν, φυσικὸν, τὸ δὲ, ἠθικὸν, τὸ δὲ, λογικόν.

(1) Quod optime accurateque Plutarchus τὸν φυσικὸν λόγον vocavit, Budaeus *naturae enarrationem*, Xylander *naturae cognitionis rationes*, Cruserius *naturalem historiam* interpretatur; quum tamen in Libris istis Plutarchus neque naturalis cognitionis rationes, neque naturalem historiam complecti voluerit; sed varia solum Philosophorum Placita exponere, quae de praecipuis Physicae, vel naturalis disciplinae, capitibus ferebantur. Itaque brevius, & accuratius, ut opinor, Plutarchi mentem, operisque finem expressi.

(2) Hoc ipsum, dissimulato Stoicorum nomine, expressit Cicero *Offic. II.* c. 2. *nec quidquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiae; Sapientia autem est, ut a veteribus Philosophis definitum est, rerum divinarum, & humanarum, caussarumque, quibus hae res continentur, scientia*.

(3) Quamvis hanc Philosophiae divisionem a Zenone inventam dixerit Laertius VII. seg 39. idque Plutarchus etiam hic innuere videatur; ea tamen ex Academicis, & Peripateticis in Stoicos profluxit, ut Cicero testatur *de Orat. I* & Libr. *de Finibus* IV. *c.* 2. Ceterum Stoicorum sententia fusius exponitur ab Empyr. *Pyrrh. Hypoth Lib. II. c.* 2. & Seneca *Epist* 89 atque de varia apud varios Philosophiae divisione partiumque numero, & ordine agit Empyricus *Lib. I. adv. Logicos segm.* 1.

κόν. καὶ φυσικὸν μὲν, ὅταν περὶ κόσμου ζητῶμεν, καὶ τῶν ἐν κόσμῳ. ἠθικὸν δὲ, τὸ κατησχολημένον περὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον· λογικὸν δὲ, τὸ περὶ τὸν λόγον, ὃ καὶ διαλεκτικὸν καλοῦσιν. Ἀριςοτέλης δὲ, καὶ Θεόφραςος, καὶ σχεδὸν πάντες οἱ Περιπατητικοὶ διεῖλον τὴν Φιλοσοφίαν οὕτως· ἀναγκαῖον τὸν τέλειον ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν εἶναι τῶν ὄντων, καὶ πρακτικὸν τῶν δεόντων, τοῦτο δὲ ἔξεςι καὶ ἐκ τούτων συνιδεῖν. οἷον, ζητεῖται εἰ ζῶον, ἢ μὴ ζῶον, ὁ ἥλιος, εἴπερ ὁρᾶται. ὁ τοῦτο δὲ ζητῶν, θεωρητικός ἐςιν. οὐδὲ γάρ τι πλέον θεωρεῖται ἢ τὸ ὂν ζητεῖται· ὁμοίως εἰ ἄπειρος ὁ κόσμος ἐςὶ, καὶ εἰ ἔξω τὶ τοῦ κόσμου ἐςι. ταῦτα γὰρ πάντα θεωρητικά. ζητεῖται πῶς πάλιν βιοτεύειν, καὶ πῶς προΐςασθαι τέκνων προσήκει, καὶ πῶς ἄρχειν, καὶ πῶς νομοθετεῖν. ταῦτα γὰρ πάντα ἕνεκα τοῦ πρᾶξαι ζητεῖται· καὶ ἔςιν ὁ τοιοῦτος πρακτικὸς ἀνήρ.

sive moralis; alia autem logica, *vel rationalis sit*. Ac physica quidem *pars est* quum de Mundo, ac de iis, quae in Mundo sunt, inquiramus; ethica vero, quae circa humanam vitam occupatur; logica autem, quam dialecticam quoque vocant, circa rationem. ARISTOTELES (1) vero, ac THEOPHRASTUS, omnesque fere PERIPATETICI Philosophiam ita diviserunt. Necessarium *est*, *inquiunt*, perfectum hominem & ea, quae sunt, speculari; & ea, quae convenientia fuerint, operari. Id vero licet & ex *exemplis* istis intelligere. Quaeritur ex. gr. an sol animal, vel non animal *sit*, siquidem *animal* videtur *esse*. Qui hoc inquirit, speculator est; neque enim quidquam amplius considerat, quam ut id, quod est, inquirat. Similiter an infinitus sit Mundus, & an extra Mundum aliquid sit: siquidem haec omnia speculabilia, *sive contemplationi solum subiecta sunt*. Rursus *autem*, *vel altera ex parte* inquiritur quomodo vitam instituere, quomodo filiis praeesse, & quomodo *imperium*, magistratumque gerere, & quomodo leges ferre deceat. Haec *enim* omnia operationis caussa inquiruntur; & homo, *qui* eiusmodi *sit*, practicus, *vel operator* erit.

ΚΕΦ. Α.

Τί ἐςι φύσις.

Ἐπεὶ δὲ πρόκειται ἡμῖν τὰ φυσικὰ θεωρῆσαι, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι δηλῶσαι τί ποτέ ἐςιν ἡ φύσις. ἄτοπον γὰρ πειρᾶσθαι μὲν φυσιολογεῖν, ἀγνοεῖν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν τῆς φύσεως δύναμιν, ἔςιν οὖν, κατὰ τὸν Ἀριςοτέλην, φύσις, ἀρχὴ κινήσεως καὶ

ἠρε-

CAPUT I.

Quid sit Natura.

QUandoquidem vero nobis propositum est res naturales contemplari, necessarium existimo *prius* ostendere quid Natura *ipsa* sit; absurdum enim *foret* eniti quidem de Natura differere, hoc ipsum vero ignorare, *quae sit* Natarae vis, *quidve Naturae nomine intelligatur*. Itaque Natura iuxta ARISTOTELEM est principium mo-

tus,

(1) Ita Laertius Lib. V. f. 28. ex Aristotele dixit διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον. τὸν μὲν πρακτικόν. τὸν δὲ θεωρητικόν· καὶ τοῦ πρακτικοῦ τόν τε ἠθικόν, καὶ πολιτικόν . . . . τοῦ δὲ θεωρητικοῦ τόν τε φυσικὸν, καὶ λογικόν. οὐ τὸ λογικὸν οὐχ ὁλομερῶς, ἀλλ' ὡς ὄργανον προσηκριβωμένον *duplicem esse Philosophiae rationem; alteram in agendo versari, quam practicam; in contemplando alteram, quam theoreticam appellavit. Ad actionem pertinere Ethicen, & Politicen . . . . Ad intelligentiam Physicen, & Logicen referri; quarum Logice non omnino Philosophiae pars sit; sed ut instrumentum exactissimum*. Hinc Aristoteles in V. *Metaph. Libro c.* 1. dixit quod τρεῖς φιλοσοφίαι θεωρητικαί· μαθηματική, φυσική, καὶ θεολογική *tres sunt Philosophiae theoreticae, Mathematica, Physica, Theologica*; quod ibi nimirum Logicen, veluti instrumentum, aliarumque praesidium, omiserit: unde etiam Cicero *Rhet. I.* dicit quod *plena Philosophia est, quae constat ex duabus, Physica, & Ethica*.

tus, & quietis in illo, cui primo inest, & non secundum accidens [1] Etenim omnia, quae conspiciuntur, quaecumque neque a Fortuna, neque a Necessitate *fiunt*, neque divina sunt, neque *divinam* eiusmodi caussam habent, naturalia dicuntur, suamque naturam habent: ut terra, ignis, aqua, aër, plantae, animalia. Adhuc autem & illa, quae fiunt, *ut* pluviae, grandines, fulmina, turbines, venti. Siquidem ista principium aliquod habent; quodlibet enim istorum non ab aeterno est, sed a principio quodam generatur. Atque ista certe, ut animalia, plantae, principium generationis [2] habent, primumque in illis principium est Natura; neque motus solum, sed etiam quietis. Quaecumque enim principium motus accepere, haec *ipsa* finem quoque sortiri, *vel interire* possunt; ideoque propterea Natura motus, & quietis principium est.

ἠρεμίας ἐν ᾧ πρώτως ἐςὶ, καὶ ὐ κατὰ συμβεβηκός. πάντα γὰρ τὰ ὁρώμενα ὅσα μήτε ὑπὸ τύχης, μήτε ὑπὸ ἀνάγκης, μήτε ἐςὶ θεῖα, μήτε τοιαύτην αἰτίαν ἔχει, φυσικὰ λέγεται, κὶ φύσιν ἰδίαν ἔχει. οἷον, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀὴρ, φυτὰ, ζῶα. ἔτι δὲ ταῦτα τὰ γινόμενα, ὄμβροι, χάλαζαι, κεραυνοὶ, πρηςῆρες, ἄνεμοι· ταῦτα γὰρ ἀρχὴν ἔχει τινά. ὐ γὰρ ἐξ αἰῶνος ἕκαςον τύτων ἐςὶν, ἀλλ' ἀπό τινος ἀρχῆς γίνεται. καὶ ταῦτα μέντοι οἷον ζῶα, φυτὰ, ἀρχὴν γενήσεως ἔχει· ἐν δὲ τύτοις ἡ φύσις ἀρχὴ τοπρῶτόν ἐςι, κὶ ὐ μόνον κινήσεως, ἀλλὰ καὶ ἠρεμίας. ὅσα γὰρ ἀρχὴν κινήσεως ἔλαβε, ταῦτα δύναται λαβεῖν κὶ τελευτήν. διὰ τοῦτο ὖν ἡ φύσις ἀρχὴ κινήσεώς ἐςι, καὶ ἠρεμίας.

CAPUT II.

Quo differant Principium, ac Elementum

ARISTOTELES quidem, ac PLATO Principium, atque Elementa differre existimant. THALES vero Milesius idem arbitratur *esse* Principium, ac Elementa. Quammaxime tamen inter se differunt. Siquidem Elementa composita sunt; Principia vero dicimus esse neque composita, neque effecta: ut Elementa quidem vocamus Terram, Aquam, Aerem, Ignem; Principia vero propterea dicimus quod non habeant aliquid prius, ex quo generentur; quoniam *alioquin* non hoc, *quod genitum est*, Princi-

ΚΕΦ. Β.

Τίνι διαφέρει ἀρχὴ, καὶ ςοιχεῖον.

ΟΙ' μὲν ὖν περὶ Α'ριςοτέλην, καὶ Πλάτωνα διαφέρειν ἡγῦνται ἀρχὴν, καὶ ςοιχεῖα. Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος ταυτὸν νομίζει ἀρχὴν, κὶ ςοιχεῖα. πλεῖςον δὲ ὅσον διαφέρει ἀλλήλων. τὰ μὲν γὰρ ςοιχεῖα, ἐςὶ σύνθετα· τὰς δὲ ἀρχὰς φαμὲν εἶναι ὔτε συνθέτους, ὔτε ἀποτελέσματα. οἷον, ςοιχεῖα μὲν καλοῦμεν, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ· ἀρχὰς δὲ λέγομεν διὰ τῦτο ὅτι ὐκ ἔχει τὶ πρότερον ἐξ ὖ γεννᾶται, ἐπεὶ ὐκ ἔςαι

C. I.

Galenus c. VI §. 2. Stobaeus pag. 28.

(1) Celebris haec *Naturae* definitio ab Aristotele traditur *Lib II. Phys* c. 1. *tex* 4.

(2) Quamvis in graeco textu voces illae ἀρχὴν γενέσεως *principium generationis* retineri facile possint; libentius tamen legerem ἀρχὴν κινήσεως *principium motus*; sic enim optime appositeque mox subderetur Naturam non modo κινήσεως *motus*, sed etiam ἠρεμίας *quietis*, principium esse. Ceterum Plutarchus ambigue, obscureque, ut Xylander ipse iam viderat, Aristotelis opinionem expressit: perinde quasi Natura iuxta Aristotelem extrinsecum quoddam principium foret, a quo res producerentur, ac destruerentur; quum tamen principium illud, sive Natura ab Aristotele, ceterisque admissa rebus ipsis intrinseca sit; adeoque *motus*, & *quietis* nomine non *ortus* ac *interitus*, ut Plutarchus existimavit; sed affectiones omnes intelligantur, quae productis rebus conveniunt. Vide Arist. II *Phys.* c. 1.

C. II

Gal. c. VI. §. 1. Stob. p. 28.

ἔςαι ἀρχὴ τῦτο, ἀλλὰ ἐκεῖ.ο ἐξ ὖ γεγένηται. τῆς δὲ γῆς καὶ τῦ ὕδατος ἐςί τινα πρότερα, ἐξ ὧν γέγονεν ἡ ὕλη, ἄμορφος ὖσα καὶ ἀειδής. κ̔ τὸ εἶδος, ὃ καλοῦμεν ἐντελέχειαν· κ̔ ἡ ςέρησις. ἁμαρτάνει ὖν ὁ Θαλῆς, ςοιχεῖον καὶ ἀρχὴν λέγων τὸ ὕδωρ.

Κ Ε Φ. Γ.

Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσίν.

Θ'Αλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ· δοκεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ ὖτος ἄρξαι τῆς Φιλοσοφίας, κ̔ ἀπ' αὐτῦ ἡ Ἰωνικὴ αἵρεσις προσηγορεύθη. ἐγένοντο γὰρ πλεῖςαι διαδοχαὶ Φιλοσοφίας. φιλοσοφήσας δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ἦλθεν εἰς Μίλητον πρεσβύτερος· ὃς ἐξ ὕδατος φησὶ πάντα εἶναι, κ̔ εἰς ὕδωρ πάντα ἀναλύεσθαι. ςοχάζεται δὲ ἐκ τύτυ πρῶτον, ὅτι πάντων τῶν ζώων ἡ γονὴ, ἀρχή ἐςιν, ὑγρὰ οὖσα· ὖτως εἰκὸς καὶ τὰ πάντα ἐξ ὑγρῦ τὴν ἀρχὴν ἔχειν. δεύτερον, ὅτι πάντα τὰ φυτὰ ὑγρῷ τρέφεται καὶ καρποφορεῖ, ἀμοιροῦντα δὲ, ξηραίνεται. τρίτον, ὅτι κ̔ αὐτὸ τὸ πῦρ τῦ ἡλίυ καὶ τὸ τῶν ἄςρων ταῖς τῶν ὑδάτων ἀναθυμιάσεσι τρέφεται, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος. διὰ τῦτο καὶ Ὅμηρος ταύτην τὴν γένεσιν ὑποτίθεται, περὶ τῦ ὕδατος,

Ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι
τέτυκται.

Ἀνα-

cipium erit; sed illud *potius*, ex quo genitum sit. Terra vero, & Aqua quaedam priora sunt, ex quibus *illarum utraque* genita, *sive producta* fuit; Materia *nempe* sine forma, ac sine specie existens; & Forma, quam Entelechiam vocamus, & Privatio. Itaque fallitur Thales Aquam Principium, atque Elementum *simul* appellans.

CAPVT III. (1)

De Principiis quid sint.

THALES Milesius rerum principium *esse* dixit Aquam. Videtur autem vir ille Philosophiam inchoasse (2), atque ab ipso Ionica Secta denominata est. Etenim plures fuerunt Philosophiae successiones. *Thales* vero, quum in Aegypto philosophatus esset, aetate *iam* grandior Miletum venit; idemque dixit ex Aqua omnia fieri, atque *vicissim* in Aquam omnia resolvi. Exinde vero primum *id* coniicit quia animalium omnium semen, quum humidum sit (3), principium est; *atque* ita *proinde* verisimile *sit* omnia quoque ex humido principium habere. Secundo *vero* quia Plantae singulae humore nutriuntur, fructusque ferunt; *humore* vero destitutae exarescunt. Tertio *denique* quia ipse solis, ac stellarum ignis, & Mundus ipse aquarum halitibus nutriuntur. Quamobrem & HOMERVS eiusmodi generationem supponit de Aqua *dicens*

Oceanus, qui omnibus origo est. (4)

ANA-

C. III.

Gal. c. V. Stob. p. 26. 27. Eus. XIV. c. 14.

(1) *Xylander*, Bona pars huius Capitis refertur „ ab Eusebio Lib. XIV. Προπαρασκ. Εὐαγγελικῆς. „ qui volet, comparabit; mihi enim omnem lectio„ nis diversitatem adnotare non libet, itemque or„ dinis.

(2) Quod Plutarchus hic asserit Thaletem ἄρξαι τῆς φιλοσοφίας, sic etiam intelligi fortasse potest ut ille inter Philosophos excelluerit, principemque locum occupaverit: unde Budaeus, Cruserius, Xylander ambigue reddiderunt illum *Philosophiae principem* fuisse. Mihi vero libuit Thaletem ipsum veluti Philosophiae auctorem primumque ducem hic intelligere: quod ille nimirum, ut Laertius ait Libr. I. s. 24 πρῶτος περὶ φύσεως διελέχθη *primus de Natura disseruit*: quemadmodum Cicero *de Nat. I c.* 10. testatur quod Thales ipse *primus de talibus rebus quaesivit*. Vid. Euseb. *in Chron.* Cyril. *contra Iulian. Lib. I.* Simplic. *in I. Phys. tex.* 6. Themist. *Orat.* 15. & Stanl. c 6.

(3) Stobaeus, qui Plutarchum totidem verbis exscripsit, habet ὑγρὰ οὐσία *humida substantia*; quod quamvis ferri possit, minus tamen accurate expressum videtur. Eadem Thaletis opinio, eiusque argumenta ab Aristotele proferuntur *Metaph I. c.* 3. Vide Laert. l. s. 27.

(4) Iliad Ξ. v. 246.

Anaximander vero Milesius rerum principium dixit esse Infinitum; siquidem ex illo omnia fieri, atque in illud omnia interire. Propterea infinitos quoque Mundos generari, atque iterum in illud ipsum, ex quo facti fuerant, corrumpi. Itaque dicit cur Infinitum sit (1), ut *nempe* generatio *singula reparans*, *atque* producens nulla ratione deficiat. Is vero fallitur non dicens quid sit Infinitum *illud*; an sit Aër, vel aqua, vel terra, vel alia quaedam corpora. Itaque aberrat materiam quidem exponens, effectricem vero caussam auferens. Infinitum enim nihil aliud est, quam materia; materia vero *activa*, *vel* efficiendi vis (2) esse non potest, *aut quidpiam producere*, nisi efficiens *caussa* supponatur.

Anaximenes vero Milesius rerum principium Aërem (3) *esse* dixit. Ex isto siquidem omnia fieri, rursumque in illum resolvi: ut nostra, inquit, Anima, quum sit Aër, nos tuetur *atque conservat*, universumque Mundum spiritus, atque Aër continet (synonima quippe sunt Spiritus, & Aër. Fallitur autem & iste ex simplici, uniformique Aëre, & spiritu animalia constare existimans. Impossibile *est* enim materiam solam *veluti* rerum principium subiici, ex qua omnia *fiant*; sed efficientem quoque caussam supponere oportet: ut ad efficiendum poculum non *solum* argentum sufficit, nisi efficiens quoque *caussa* fuerit, hoc est argentarius. Similiter & de aere, & ligno, & alia materia *qualibet*.

Anaxagoras Clazomenius principia rerum *Homoeomerias*, *vel* similares partes *esse* dixit. Ipsi nimirum inexplicatum maxime

Α᾽ναξίμανδρος δὲ ὁ Μιλησιὸς φησὶ τῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν εἶναι τὸ ἄπειρον· ἐκ γὰρ τούτου πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτο πάντα φθείρεσθαι. διὸ καὶ γεννᾶσθαι ἀπείρους κόσμους καὶ πάλιν φθείρεσθαι εἰς τὸ ἐξ οὗ γίνεται. λέγει οὖν, διὰ τί ἄπειρόν ἐστιν; ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ ἡ γένεσις ἡ ὑφισταμένη. αμαρτάνει δὲ οὗτος, μὴ λέγων τί ἐστι τὸ ἄπειρον, πότερον ἀήρ ἐστιν, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆ, ἢ ἄλλα τινὰ σώματα. ἁμαρτάνει οὖν, τὴν μὲν ὕλην ἀποφαινόμενος, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον ἀναιρῶν. τὸ γὰρ ἄπειρον, οὐδὲν ἄλλο᾽. ἢ ὕλη, ἐστίν· οὐ δύναται δὲ ἡ ὕλη εἶναι ἐνέργεια, ἂν μὴ τὸ ποιοῦν ὑποκέηται.

Α᾽ναξιμένης δὲ ὁ Μιλήσιος, ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀπεφήνατο· ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἀναλύεσθαι, οἷον ἡ ψυχὴ (φησὶν) ἡ ἡμε„τέρα, ἀὴρ οὖσα, συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅ„λον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει. λέγεται δὲ συνωνύμως ἀὴρ καὶ πνεῦμα. ἁμαρτάνει δὲ καὶ οὗτος, ἐξ ἁπλοῦ καὶ μονοειδοῦς ἀέρος καὶ πνεύματος δοκῶν συνεστάναι τὰ ζῶα. ἀδύνατον γὰρ ἀρχὴν μίαν τὴν ὕλην τῶν ὄντων, ἐξ ἧς τὰ πάντα, ὑποστῆναι· ἀλλὰ καὶ τὸ ποιοῦν αἴτιον χρὴ ὑποτιθέναι. οἷον, οὐκ ἄργυρος ἀρκεῖ πρὸς τὸ ἔκπωμα γενέσθαι, ἂν μὴ καὶ τὸ ποιοῦν ᾖ, τουτέστιν ὁ ἀργυροκόπος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ξύλου καὶ τῆς ἄλλης ὕλης.

Α᾽ναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, ἀρχὰς τῶν ὄντων τὰς ὁμοιομερείας ἀπεφήνατο. ἐδόκει γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι, πῶς ἐκ

(1) Stobaeus hic legit λέγει οὖν ὅτι ἀπείρατον ἐστὶν *itaque dicit quod infinitum est*: sicuti mox habet τὸ ποιοῦν ὑπόκειται *caussa efficiens subiiciatur*. At in Eusebio legitur ὑπόθηται *supponatur*. Ita Eusebius ipse legerat ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ, καὶ γένεσις ὑφισταμένη *ut ne quid deficiat, & generatio, quae reparet*. Sed Plutarchi lectio retinenda; nisi potius legatur καὶ γένεσις ᾖ ὑφισταμένη *ut nihil deficiat, & rerum productio subsistens*, & perennis *sit*

(2) Xyl. „ Ad verbum *actu esse non potest*; recte „ enim pro ἐνέργεια, ἐνεργείᾳ. Eusebius, & pro „ ὑποκέηται, ὑπόθηται. quod significantius videtur, „ ut mox pro περιέχει, ἐμπεριέχει, quod malo.

(3) Non Aërem solum, sed & Infinitum, illi tribuit Laertius II seg. 3. οὗτος ἀρχὴν ἀέρα εἶπε, καὶ τὸ ἄπειρον *hic Aërem, & Infinitum principium esse dixit*; quod nimirum Aërem illum, ex quo cuncta fierent, infinitum esse censeret; ut Cicero *Acad. IV. c.* 37. dicit Anaximenem posuisse *infinitum Aëra; sed ea, quae ex eo orirentur, definita. Ex Aere vero gigni Terram, Aquam, & Ignem, tum ex his omnia*.

ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναταί τι γίνεσθαι, ἢ φθείρεσθαι εἰς τὸ μὴ ὄν. τροφὴν γοῦν προσφερόμεθα ἁπλῆν, καὶ μονοειδῆ. οἷον τὸν Δημήτρειον ἄρτον, τὸ ὕδωρ πίνοντες, καὶ ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς τρέφεται θρὶξ, φλὲψ, ἀρτηρία, νεῦρα, ὀστᾶ, καὶ τὰ λοιπὰ μόρια. τούτων οὖν γινομένων ὁμολογητέον ἐστὶν ὅτι ἐν τῇ τροφῇ τῇ προσφερομένῃ πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα, καὶ ἐκ τῶν ὄντων πάντα αὔξεται, καὶ ἐν ἐκείνῃ ἐστὶ τῇ τροφῇ μόρια αἵματος γεννητικὰ, καὶ νεύρων, καὶ ὀστέων, καὶ ἄλλων τῶν δ' ἦν λόγῳ θεωρητὰ μόρια. οὐ γὰρ δεῖ πάντα ἐπὶ τὴν αἴσθησιν ἀνάγειν, ὅτι ἄρτος, καὶ τὸ ὕδωρ· ταῦτα κατασκευάζει, ἀλλ' ἐν τούτοις ἐστὶ λόγῳ θεωρητὰ μόρια. ἀπὸ τοῦ οὖν ὅμοια τὰ μέρη εἶναι ἐν τῇ τροφῇ τοῖς γεννωμένοις, ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσε, καὶ ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀπεφήνατο· καὶ τὰς μὲν ὁμοιομερείας, ὕλην, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον, τὸν νοῦν τὸν τὰ πάντα διαταξάμενον. ἄρχεται δὲ οὕτως,

> Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε, καὶ διεκόσμησε.

χρήματα λέγων τὰ πράγματα. ἀποδεκτέος οὖν ἐστιν ὅτι τῇ ὕλῃ τὸν τεχνίτην προσέζευξεν.

Ἀρχέλαος Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος ἀέρα ἄπειρον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πυκνότητα, καὶ μάνωσιν, τούτων δὲ τὸ μὲν, εἶναι πῦρ, τὸ δὲ ὕδωρ. οὗτοι μὲν οὖν ἐφεξῆς ἀλλήλοις

me videtur esse quomodo ex eo, quod non est, fieri quidpiam possit; vel corrumpi in id, quod non est. Itaque, *dicebat ille*, simplicem, atque uniformem cibum sumimus, ut triticeum panem bibentes aquam; atque ex hoc cibo capillus, vena, arteria, nervi, ossa, ceteraeque *corporis* partes nutriuntur; quumque haec fiant, *neque tamen ex nihilo produci possint*, fatendum est quod in sumpto cibo res omnes reperiuntur, atque ex iis, quae insunt, omnia augentur; atque *proinde* in eiusmodi cibo sunt partes sanguinis procreatrices, *sive gignendo sanguini accommodatae*, nervorumque *similiter*, & ossium, aliorumque partes, quae menti conspicuae *sint*. Neque enim omnia ad sensum revocare oportet, quod *nimirum* panis, & aqua ista efformet; sed in istis *potius* partes sunt, quae mente *percipi*, comprehendique possint. Ex eo quod igitur in cibo sint partes similes illis, quae *in corpore* genetantur, partes illas similares vocavit, rerumque principia *esse* dixit. Ac similates quidem partes Materiam; Mentem vero, quae omnia disposuit, efficientem caussam *esse putavit*. Sic enim exorditur

> *Simul Res omnes erant. Mens vero ipsas diremit, atque disposuit* (1)

ea, quae facta sunt, Res appellans. *Anaxagoras* igitur probandus est quod Materiae Artificem adiunxerit.

ARCHELAVS Apollodori *filius* Atheniensis infinitum Aërem, eiusque densitatem, ac raritatem *veluti rerum Principia posuit*; atque ex illis quidem hanc Ignem, illam vero Aquam esse *putavit* (2). Atque isti quidem

(1) Certe Aristoteles *Metaph. I. c. 3.* dicit quod Anaxagoras οἷος νήφων ἐφάνη παρ' εἰκῆ λέγοντας τοὺς προτέρους *quasi sobrius comparatus ad antiquiores vana dicentes apparuit* Sed Aristoteles ipse apud Empyricum. *I. adv. Phys. se. 7.* καὶ Ἑρμότιμον μὲν φασι τὸν Κλαζομένιον, καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην, καὶ πολὺ πρότερον τὸν Ἡσίοδον ταῦτα φρονεῖν. κατασκευάζοντας γὰρ τὴν τῶν ὅλων γένεσιν, Ἔρωτα συμπαραλαβεῖν. τιθέντα τὴν κινητικὴν καὶ συναγωγὸν τῶν ὄντων αἰτίαν *ait & Hermotimum Clazomenium, & Parmenidem Eleatem, & diu ante, Hesiodum ea sensisse: Vniversorum enim ortum quum vellent constituere, Amorem adsumpserunt, tanquam caussam moventem, & res componentem*. Ita propemodum Thales Cicerone teste *de Nat. I. c. 10 Aquam dixit esse initium rerum; Deum autem eam Mentem, quae ex Aqua cuncta fingeret*. De hac Anaxagorae opinione vid. Plato *in Phaedone* Cic. *Acad IV. c. 37. de Vniversf. & Nat. I. c. 11.* Themist *Orat. XV* Xenoph *Memor. IV.* Plutarch. *in Pericle* Clem: *Strom II.* Tertull. *de Anima*: Cyril *contra Iulian. 6* Tatian. *Orat. contra Graecos*. Ioseph *II contra Appion* Proclus *in Timaeum*.

(2) Itaque, si Plutarchum audias, nullam Archelaus Terrae caussam & originem expressit. Laertius tamen *II. s. 61.* licet obscurius, quatuor elementorum originem aut formationem ita ex Archelai senten-

dem post Thaletem sibi ordine succedentes Philosophiam, quae Ionica dicitur, perfecerunt [1].

Ab alio vero *Philosophicae sectae*, *vel successionis* principio Pythagoras Samius Mnesarchi *filius*, qui primus Philosophiam hoc nomine appellavit, numeros, illorumque proportiones [2], quas & harmonias appellat, Principia *esse dixit*; quae vero ex utrisque composita *sunt*, *haec* Elementa *vocavit*, quae geometrica nuncupantur. Vnitatem quoque, infinitumque binarium in Principiis *enumerat*. *Eiusmodi* vero Principiorum hoc quidem iuxta Pythagoram ad effectricem, ac formalem caussam dirigitur, quae Mens [3], nimirum Deus, [4] est; alterum vero ad passivam, ac materialem, quae est Mundus adspectabilis. Porro numeri naturam *dicebat* esse denarium.

λοις ταῖς διαδοχαῖς γενόμενοι, τὴν λεχθεῖσαν Ἰωνικὴν συμπληροῦσι φιλοσοφίαν ἀπὸ Θάλητος.

Πάλιν δὲ ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς Πυθαγόρας Μνησάρχου Σάμιος, ὁ πρῶτος φιλοσοφίαν τούτῳ τῷ ῥήματι προσαγορεύσας, ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἐν τούτοις; ἃς καὶ ἁρμονίας καλεῖ· τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετα, στοιχεῖα, καλούμενα δὲ γεωμετρικά. πάλιν δὲ τὴν μονάδα, καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς. σπεύδει δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον, καὶ εἰδικὸν, (ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ Θεὸς) ἡ δὲ ἐπὶ τὸ παθητικόν τε, καὶ ὑλικὸν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος· εἶναι δὲ τὴν φύσιν τοῦ ἀριθμοῦ δεκάδα.

B μό-

tentia describit: ἔλεγε δὲ δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν, καὶ ψυχρὸν *dixitque duas esse generationis caussas, calidum & frigidum*. Meibomius, ipsique inhaerens Menagius ὑγρὸν *humidum* rescribendum afferunt. Sed immerito. Siquidem Veteres simplici uniformique materiae qualitates sibi invicem contrarias adiunxere, ut Parmenides ex Aristotele θερμὸν, καὶ ψυχρὸν *calidum & frigidum* posuisse dicitur; & Strato, qui ex Empyrico *Hypoth. III. c 4. f. 32.* τὰς ποιότητας *qualitates* admisisse dicitur, ex Stobaeo στοιχεῖα καὶ ψυχρὸν *elementa ac frigidum* posuit; hoc est, ut legendum arbitror, στοιχεῖα, θερμὸν καὶ ψυχρὸν *calidum & frigidum*. Deinde vero Laertius Archelai rationem exponens ait ὁ δὲ λόγος αὐτῷ οὕτως ἔχει. τηκόμενον φησὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, καθὸ μὲν εἰς τὸ πυρῶδες συνίσταται, ποιεῖν γῆν. καθὸ δὲ περιῤῥεῖ ἀέρα γεννᾷν, ὅθεν ἡ μὲν ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς περιφορᾶς κρατεῖται: *liquentem calore aquam, qua in igneam naturam consistit, terram efficere; qua vero circumfluit, aerem gignere, atque adeo illam quidem ab aere; hanc autem ab ignis motu contineri*. Menagius hic Laertii textum sollicitat, atque legit pro ὕδωρ *aquam* ὑγρὸν *humidum*. Sed vulgata lectio retinenda videtur; quum Plutarchus ipse elementum Aquae iuxta Archelaum ex Aëre densato concretoque productum expresserit; sicuti vicissim ex liquente rarefactoque Aquae elemento Aër ipse producitur, ut Archelaus apud Laertium docet. Longe difficilius est intelligere qui ex Aqua in Ignem concreta produci potuerit Terra. Vt commodus sensus aliquis ex Laertii verbis exsculpatur, ita voces illas καθὸ μὲν εἰς τὸ πυρῶδες συνίσταται, ποιεῖν γῆν reddiderim *qua in igneam naturam* Aqua *secernitur*; hoc est ubi partes aliquae ex Aqua secretae Ignem constituerint *Terram relinquere*. Postremis autem verbis exprimitur elementis illis locum ipsorum gravitati convenientem contigisse; ut proinde Terra ab Aëris, Aër ab Ignis ambitu contineatur. Itaque, quum Archelaus ex Aere vel densato, vel rarefacto elementa cetera expressa, secreta, vel formata dixerit, optime Simplicius *in I. Phys.* & Augustinus *Civit. Dei VIII. c. 2* hunc Anaxagorae consentire dixerunt; quod iste nimirum dissimilares omnium elementorum partes in Aeris substantia delitescere existimaverit, quae deinde raritatis, ac densitatis ope secernerentur, ac elementa formarent.

(1) Non ita intelligi profecto debet ut in Archelao Ionica Secta defierit, quippe quae ad Clitomachum usque a Laërtio producitur; sed quod Physicae, sive naturalis doctrinae, studium a Thalete institutum in Archelao defecerit; quum Socrates Archelai successor morum potius, quam naturae, doctrinam tradiderit. Hinc optime Laërtius ait *II f. 16.* de Archelao quod καὶ ἐκλήθη φυσικὸς παρὸ καὶ ἔληξεν ἐν αὐτῷ ἡ φυσικὴ φιλοσοφία Σωκράτους τὴν ἠθικὴν εἰσαγαγόντος *appellatus est Physicus, & in eo desiit Physica Philosophia, Socrate Moralem introducente*. Vid. Cic. *Tusc V. c 4.*

(2) Hinc apud Empyricum *adv. Arithm. IV. f. 2.* & *adv. Log. 2. f. 94*

. . . ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν
. . . *numero autem omnia assimilantur*.

(3) Itaque corrigendus Stobaeus, in quo legitur ὅπερ ἐστὶν οὐρανὸς, ὁ θεὸς *quae Caelum*, nimirum *Deus est*.

(4) Hinc Deus a Pythagoricis ἀριθμὸς ἀριθμῶν *numerus numerorum* dicebatur ex Hierocle p. 166.

μέχρι γὰρ τῶν δέκα πάντες Ἕλληνες, πάντες βάρβαροι ἀριθμοῦσιν, ἐφ' ἃ ἐλθόντες, πάλιν ἀναποδοῦσιν ἐπὶ τὴν μονάδα. κ. τῶν δέκα πάλιν φησὶν, ἡ δύναμίς ἐστιν ἐν τοῖς τέσσαρσι, κ. τῇ τετράδι· τὸ δὲ αἴτιον, εἴ τις ἀπὸ τῆς μονάδος ἀναποδῶν, κατὰ πρόσθεσιν τιθείη τοὺς ἀριθμοὺς, ἄχρι τῶν τεσσάρων προελθὼν ἐκπληρώσει τὸν δέκα ἀριθμόν· ἐὰν δὲ ὑπερβάληται τὸν τῆς τετράδος, καὶ τῶν δέκα ὑπερεκπεσεῖται. οἷον, εἴ τις θείη ἓν, καὶ δύο προσθείη, κ. τρία, κ. τούτοις τέσσαρα, τὸν τῶν δέκα πληρώσει ἀριθμόν. ὥστε ὁ ἀριθμὸς κατὰ μὲν μονάδα ἐν τοῖς δέκα, κατὰ δὲ δύναμιν ἐν τοῖς τέσσαρσι. διὰ κ. ἐφθέγγοντο οἱ Πυθαγορικοὶ, ὡς μεγίστου ὅρκου ὄντος τῆς τετράδος,

> *Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν*
> *Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.*

κ. ἡ ἡμετέρα ψυχὴ (φησὶν) ἐκ τετράδος σύγκειται· εἶναι γὰρ νοῦν, ἐπιστήμην, δόξαν, αἴσθησιν, ἐξ ὧν πᾶσα τέχνη, κ. ἐπιστήμη, κ. αὐτοὶ λογικοὶ ἐσμέν. νοῦς μὲν οὖν ἡ μονάς ἐστιν· ὁ γὰρ νοῦς κατὰ μονάδα θεωρεῖται. οἷον, πολλῶν ὄντων ἀνθρώπων, οἱ μὲν ἐπὶ μέρους εἰσὶν ἀναίσθη-

rium. Siquidem ad denarium usque, *vel decem*, Graeci omnes, omnesque Barbari numerant, ad quem quum pervenerint, ad unitatem iterum revertuntur. Rursumque dicit denarii vim, *ac potestatem* in quatuor, & quaternario contineri: propterea quod siquis ab unitate progrediens numeros adiungendo (1) componat, ad quatuor usque progressus, denarium numerum complebit; sin vero quaternarium excesserit, denarium quoque superabit. Vt, si quis ponat unum, adiungatque duo, & tria, & istis quatuor, denarium numerum complebit. Itaque numerus *omnis*, quoad unitates quidem, in denario; at iuxta vim, in quaternario *continetur*, Quamobrem Pythagorici, ac si iusiurandum (2) Tetrade *seu quaternario conceptum* maximum, *sanctissimumque* foret, dicebant

> *Non per illum, qui nostrae animae dedit quaternarium,*
> *Fontem, qui habet originem perennis naturae.*

Nostra etiam anima, inquit, ex quaternario constituitur; ex mente nimirum, scientia, opinione, sensu; ex quibus ars omnis, & scientia *constituitur*, nosque ipsi rationis compotes sumus. Itaque mens unitas est; siquidem mens secundum unitatem speculatur; ut, quum multi sint homines, singuli quidem *omnes* sensu percipi, (3) compre-

(1) *Xylander* „ *πρόθεσιν* est in manuscripto: ad „ rem perinde est: sed quae postea sequuntur, „ *πρόσθεσιν* probant.

(2) Apud Stobaeum *ὡς μεγίστου ὄντος τῆς τετράδος* *ut si tetras maxima foret*. Itaque vox *ὅρκου* in Stobaei textu, ex quo exciderat, adiungenda. Pro *ψυχᾷ* *animae* in Stobaeo legitur *κεφαλᾷ capiti*. Quamvis autem in Empyrico *adver. Arithm. IV.* § 2 versus isti eadem prorsus ratione legantur ac in Plutarcho; alibi tamen, hoc est *adver. Logicos I v.* 94. habetur *κεφαλᾷ*; sicuti apud Porphyrium, & Iamblichum *Vita Pythagorae c.* 29. legitur *γενεᾷ generi*. In aliis Scriptoribus aliter iusiurandum illud effertur; sed vera lectio est *ψυχᾷ* ut ex Hierocle, & Theone apparet; unde Macrobius *Somn. I. c. 6.* ait *Per qui nostrae animae numerum dedit esse quaternum.* Vid. Meursius in *Denario Pythagorico*. Quod vero Pythagorici quidam non *ψυχᾷ*, sed *κεφαλᾷ* dixerint, inde opinor natum quod Pythagoras animum ac mentem *ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ in cerebro* collocaverit, ut ait Laertius *VIII seg.* 30

(3) *Xylander* „ Vox *ἀναίσθητοι*, si Auctor voluit „ proprie loqui, hic stare non potest; si proprietatem neglexit, falsam sententiam gignit. Sola enim „ individua sentiuntur, nedum *ἀναίσθητα* illo modo „ dici possint. Enimvero philosophicae, & analyticae rationes docent *αἰσθητοὶ* esse legendum, ut „ pro *ὁ ἐθνὶς*, lego *ὁ ἀτός*. *Τὸ τινὰ* vocat Aristoteles individuum speciei; hunc hominem, verbi gratia, Plutarchum, Xylandrum. Scriptus hic „ mendositate impressis non celit; Interpretem salvo honore hic non moror, Denique mutilum esse „ lo-

prehendi, vel definiri non possunt, *quum infiniti illi sint;* sed hominem unum solum concipimus, cui nemo *unquam* similis fuit. Equum etiam unum solum concipimus; *individui vero vel* singulares *equi* sunt infiniti. Omnes siquidem species istae, ac genera unitatum instar sunt; ideoque *Pythagorici* unicuique illorum definitionem eamdem tribuentes asserunt esse dicendum animal rationale, animal hinniens: itaque hac de caussa mens, qua *species, vel genera* ista concipimus, unitas *est*. Indefinitum vero binarium merito scientia *dicitur*; quaelibet enim demonstratio, omnisque scientiae persuasio, adhuc autem & syllogismus quilibet ex quibusdam concessis, *id* quod *ambiguum & controversum* erat, concludit, aliudque facile ostendit: quorum *omnium* comprehensio scientia est, quae proinde binarium fuerit. Opinio vero merito *propter comprehensionem, vel* ex comprehensione ternarius est; quod opinio multorum sit, ternarius autem *sit* multitudo: ut „ *Ter beati Danai*. Propterea ternarium non admittit (1).

Heraclitus, & Hippasus Metapontinus principium universorum Ignem *existimarunt*. Ex Igne enim omnia fieri, atque in Ignem omnia interire dicunt; illoque extincto universa in Mundo esse facta. Etenim primum quidem crassissimam (2) ipsius partem in se ipsam compres-

σθητοι, ἀπερίληπτοι, καὶ ἄπειροι, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἄνθρωπον ἕνα μόνον νοοῦμεν, ᾧ οὐδεὶς ἔτυχεν ὅμοιος· καὶ ἵππον ἕνα μόνον νοῦμεν, οἱ δὲ ἐπὶ μέρους, εἰσὶν ἄπειροι. τὰ γὰρ εἴδη ταῦτα πάντα, καὶ γένη κατὰ μονάδας εἰσί. διὸ καὶ ἐπὶ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν τοῦτον ὅρον ἀποδιδόντες, λέγουσι ζῶον λογικὸν, ἢ ζῶον χρεμετιστικὸν ῥητέον. διὰ τοῦτο ἂν νοῦς ἡ μονὰς, ᾧ ταῦτα νοοῦμεν. καὶ ἡ δυὰς δὲ ἡ ἀόριστος ἡ ἐπιστήμη εἰκότως. πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις, καὶ πᾶσα πίστις ἐπιστήμης, πρὸς δὲ καὶ πᾶς συλλογισμὸς ἔκ τινων ὁμολογουμένων τὸ ἀμφισβητούμενον συνάγει, καὶ ῥᾳδίως ἀποδείκνυται ἕτερον, ὧν ἡ ἐπιστήμη κατάληψίς ἐστι, διὸ εἴη ἂν δυάς. ἡ δὲ δόξα τριὰς ἐκ καταλήψεώς ἐστιν εὐλόγως, ὅτι πολλῶν ἐστιν ἡ δόξα· ἡ δὲ τριὰς, πλῆθος, ὡς, τρισμάκαρες Δαναοί· διὰ τοῦτο οὐκ ἐγκρίνει τὴν τριάδα.

Ἡράκλειτος, καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ πῦρ. ἐκ πυρὸς γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾶν λέγουσι· τούτου δὲ κατασβεννυμένου, κοσμοποιεῖσθαι τὰ πάντα. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ παχυ-

„ locum de Pythagorica Philosophia satis liquet. Pythagorae tamen sententiam, eiusque vim assequutus non est Xylander. Ea nimirum Pythagorae mens fuerat quod singuli quidem homines sensu percipi cognoscique possunt; sed individua tamen omnia, hoc est homines omnes *infiniti, incomprehensibiles* sunt; adeoque sensu percipi non possunt; ut exinde inferret hominis ideam vel cognitionem non ex individuis omnibus, quae infinita, adeoque incomprehensibilia sunt; sed ex unica communique hominis idea, hauriendam esse. Itaque nihil in Plutarchi textu refingi debet. Quumque communis illa & abstracta hominis idea a singulari cuiuslibet hominis idea distincta sit, adeoque nullum individuum communi illi notioni simile sit, optime dixit Plutarchus quod universali hominis ideae, sive naturae a nobis abstractae οὐδεὶς ἔτυχεν ὅμοιος *nemo similis fuit*.

(1) Locus manifeste depravatus, quum certe Pythagoras & *opinionem*, & *ternarium* admiserit. Itaque facili levique mutatione ego legerim διὰ τοῦτο ἐγκρίνει τὴν τριάδα *propterea igitur ternarium admittit*: quod nempe ex Pythagorae sententia detur opinio; opinio autem ipsa ternarius sit, hoc est ex tribus, sive multis, ab intellectu nostro comprehensis oriatur; adeoque trias ipsa, sive ternarius admitti debeat. Fortasse quoque rescribi posset διὰ τοῦτο ἡ δόξα ἐγκρίνει τὴν τριάδα *propterea opinio ternarium admittit*: quod illa nempe ex pluribus antea perceptis oriatur. Verum Plutarchi textus non corruptus solum, sed mutilus etiam est; excidisse nempe videtur quidquid de sensu dicendum erat.

(2) Ita Laertius IX. *f.* 8. ex Heraclito docet πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει, καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα *ignem esse elementum, ignisque vicissitudine tum raritate, tum densitate constare, quae fiunt omnia*. Atque inde

χυμερέςατον αὐτῶ εἰς αὐτὸ συςελλόμενον γῆν γίνεσθαι, ἔπειτα ἀναχαλωμένην τὴν γῆν, ὑπὸ τῶ πυρὸς φύσει, ὕδωρ ἀποτελεῖσθαι, ἀναθυμιώμενον δὲ ἀέρα γίνεσθαι. πάλιν δὲ τὸν κόσμον, ϗ πάντα τὰ σώματα ὑπὸ πυρὸς ἀναλοῦσθαι ἐν τῇ ἐκπυρώσει. ἀρχὴν οὖν τὸ πῦρ, ὅτι ἐκ τούτου τὰ πάντα· τέλος δὲ, ὅτι ϗ εἰς τῶτο ἀναλύεται τὰ πάντα.

Ε'πίκουρος Νεοκλέους Α'θηναῖος κατὰ Δημόκριτον φιλοσοφήσας, ἔφη τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων σώματα λόγῳ θεωρητὰ, ἀμέτοχα κενοῦ, ἀγέννητα, ἀΐδια, ἄφθαρτα, οὔτε θραυσθῆναι δυνάμενα, οὔτε διαπλασμὸν ἐκ τῶν μερῶν λαβεῖν, ὔτε ἀλλοιωθῆναι· εἶναι δὲ αὐτὰ λόγῳ θεωρητά. ταῦτα μέντοι κινεῖσθαι ἐν τῷ κενῷ ϗ διὰ τῶ κενῶ· εἶναι δὲ ϗ αὐτὸ τὸ κενὸν ἄπειρον, καὶ τὰ σώματα ἄπειρα. συμβεβηκέναι δὲ τοῖς σώμασι τρία ταῦτα, σχῆμα, μέγεθος, βάρος. Δημόκριτος μὲν γὰρ ἔλεγε δύο, μέγεθός τε, ϗ σχῆμα· ὁ δ' Ε'πίκουρος τύτοις ϗ τρίτον τὸ βάρος ἐπέθηκεν. ἀνάγκη γὰρ (φησὶ) κινεῖσθαι τὰ σώματα τῇ τῶ βάρους πληγῇ· ἐπεὶ οὐ κινηθήσεται. εἶναι δὲ τὰ σχήματα τῶν ἀτόμων περιληπτὰ, ὐκ ἄπειρα. μὴ γὰρ εἶναι μήτε ἀγκιςροειδῆ, μήτε τριαινοειδῆ, μήτε κρικοειδῆ· ταῦτα γὰρ τὰ σχήματα εὔθραυςά ἐςιν, αἱ δὲ ἄτομοι ἀπαθεῖς, ἄθραυςοι. ἴδια δὲ ἔχειν σχήματα λόγῳ θεωρητά. καὶ εἰρη-

pressam *sive compactam*, Terram effecisse; deinde vero Terram ab Ignis vi disgregatam Aquam produxisse; *Aquam* vero exhalatam (1) fecisse Aërem, iterumque Mundum, atque omnia corpora ab Igne in conflagratione dissolvi *debere* (2). Itaque principium *dicit* Ignem, quod ex illo omnia *fiunt*; finem vero quod & in ipsum omnia resolvuntur.

EPICVRVS Neoclis *filius* Atheniensis ex DEMOCRITI sententia philosophatus principia rerum dixit *esse* corpora, quae ratione conspicua, *sive percepta* sint, inanis expertia, ingenita, perennia, incorruptibilia, quae neque frangi, neque ex partibus formari (4), *sive compingi*, neque alterari possint. Ea vero mente cognosci posse; eademque in vacuo, atque per vacuum moveri. Esse vero & vacuum ipsum infinitum, & corpora *quoque* infinita. Haec autem tria corporibus *ipsis* accidere, figuram, magnitudinem, *&* gravitatem. Etenim Democritus quidem duo *solum* dixit, magnitudinem *nempe*, & figuram; Epicurus autem tertium istis adiecit gravitatem. Siquidem necessarium *est*, inquit *ille*, corpora gravitatis impulsu moveri; quoniam *alioquin* minime movebuntur. Atomorum vero figuras comprehensibiles, *vel definitas* esse *putavit*, non infinitas; neque enim hamatas, *aut uncinatas*, neque tricuspides, neque armillares (3) *illas* esse; eiusmodi quippe figurae facile frangi possunt, Atomi vero perpessionis expertes, atque infrangibiles sunt, propriasque figuras habent mente conspicuas; Atomusque dicitur non quia mini-

de intelligi exponique debet quod Heraclitus ipse apud Laertium *IX* *f.* 8. dixerit γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα *fieri universa secundum contrarietatem*; quemadmodum πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι *omnia contentione fieri*, ut Aristoteles refert *Ethic. Nicom.* 8. *c.* 2. & Proclus *in Tim. I.*

(1) Duo ἀναθυμιάσεων *exhalationum* genera ab Heraclito distinguebantur, teste Laertio *IX.* *f.* 9. ἃς μὲν λαμπρὰς, καὶ καθαρὰς· ἃς δὲ σκοτεινὰς *has quidem splendidas, ac puras, has vero obscuras*: quemadmodum Aristoteles *Meteor. I. c.* 3. ἀτμίδα & ἀναθυμίασιν distinguit ἔςι γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἀναθυμιάσεως δὲ θερμὸν, καὶ ξηρὸν *est enim halitus quidem natura humida & calida, exhalationis vero calida & sicca.*

(2) Quamvis ita quoque Eusebius expresserit, fortasse tamen legendum ἀναλῦσθαι. Ceterum de hac Vniversi exustione videndus Empyricus *Hypoth. I. c.* 29. & M. Antoninus *III. sect.* 3. & Laert. *IX. f.* 8.

(3) Iustinus *in Paraenesi* legit διάπλασιν *coagmentationem*.

(4) Xylander hic habet κρικοειδῆ *armillaria*, quum tamen κρινοειδῆ *liliata* legeretur. Ceterum hac in parte minus accurate Plutarchum Epicuri sententiam expressisse observavit Gassend. Lib. III. c. 6. quum ex Cicerone *Nat. Deor. I. c.* 24. & *Acad. IV. c.* 38. & Lactant. *Instit. II. c.* 17. Epicurus *hamatas, uncinatas, aduncas* atomos admiserit.

ρηται ἄτομος, οὐχ ὅτι ἐςὶν ἐλαχίςη, ἀλλ᾽ ὅτι ὐ δύναται τμηθῆναι, ἀπαθὴς οὖσα, ϗ ἀμέτοχος κενοῦ. ὥςε ἐὰν εἴπῃ ἄτομον, ἄθραυςον λέγει, καὶ ἀπαθῆ, ἀμέτοχον κενοῦ. ὅτι δέ ἐςιν ἄτομος, σαφές· καὶ γὰρ ἐςὶ ςοιχεῖα ἀεὶ ὄντα, ϗ ζῶα κενὰ, ϗ ἡ μονάς.

Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος Ἀκραγαντῖνος τέτταρα μὲν λέγει ςοιχεῖα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε, ϗ νεῖκος· ὧν ἡ μέν ἐςιν ἑνωτικὴ, τὸ δὲ, διαιρετικόν· φησὶ δὲ οὕτως,

> Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε.
> Ζεὺς αἰθὴρ, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ᾽ Ἀΐδωνεὺς,
> Νῆςις θ᾽, ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Δία μὲν γὰρ λέγει τὴν ζέσιν, ϗ τὸν αἰθέρα· Ἥρην τε φερέσβιον, τὸν ἀέρα· τὴν δὲ γῆν, τόν Ἀΐδωνέα· Νῆςιν δὲ ϗ κρούνωμα βρότειον οἱονεὶ τὸ σπέρμα, ϗ τὸ ὕδωρ.

Σω-

minima fit, fed quia dividi non poteſt; quum perpeſſionis incapax, atque inanis expers fit. Itaque, fi *quis* dixerit Atomum, *is corpus* indiviſibile dicit, & perpeſſionis incapax, & inanis expers. Quod vero fit, *vel detur* Atomus, manifeſtum *eſt*: ſiquidem elementa ſunt, quae perenniter perſeveraut, & animalia vacua, atque unitas (1).

Empedocles Metonis *filius* Agrigentinus Elementa quidem quatuor *eſſe* dicit, Ignem, Aerem, Aquam, Terram; duas vero praecipuas, *vel principiorum* vires; Amicitiam, & Contentionem; quarum illa quidem uniens, haec vero dirimens fit. Sic autem ait (2).

> *Quatuor omnium radices primum audi:*
> *Iupiter Aether, & Iuno vivifica, & Pluto,*
> *Neſtiſque, quae lacrimis irrigat alveum humanum.*

Fervorem enim, atque Aethera Iovem vocat; Aërem Iunonem vivificam; Terram vero Plutonem; Neſtimque, & humanum alveum exiſtimat *eſſe* ſemen, & Aquam.

So-

(1) Poſtrema haec verba in Euſebio deſiderantur; nullique dubium quin mirifice vitiata illa ſint. Gaſſendus Lib. III. c. 5. legendum conicit ςοιχεῖα ἐν τῷ κενῷ κινούμενα *elementa in vacuo agitata*; ſive ἀπὸ τοῦ κενοῦ κεχωρισμένα, ſive διοριζόμενα *a vacuo ſecreta*; aut καὶ τὸ κενὸν, καὶ ἡ μονὰς *inane, & unitas*: perinde quaſi dicatur ideo Atomos exiſtere quod perpetua rerum omnium elementa nihil ſint aliud, quam *inane, & unitas*. Sed in hac hypotheſi oſtenderetur ideo Atomum exiſtere quod unitas, hoc eſt Atomus ipſa, exiſtat: quod vitioſum diſſerendi genus Plutarcho, vel Epicuro affingi ſane non poterit. Budaeus integram quidem periodum ipſam omiſit. Xylander *animalia inania, & unitatem* exprimit. Amiotus *corpora inania, & unitatem* interpretatur; perinde quaſi non ζῶα, ſed σώματα, ſcriptum foret. Mihi vero locus iſte ita coniectura reſtitui poſſe videtur: ὅτι δὲ, ſive τί δὲ ἐςιν ἄτομος, ſive ἄτομοι, σαφές. καὶ γὰρ ἐςι ςοιχεῖα ἀεὶ ὄντα, καὶ σώματα ἄκενα, καὶ ἀμερῆ *quid vero ſint atomi manifeſtum eſt: ſunt enim elementa perpetuo durantia, & corpora inanis expertia, & indiviſibilia*: niſi cui libeat poſtremam vocem μονὰς retinere, quum Atomus ipſa μονάδος *unitatis* nomine aliquando deſignata fuerit; ut Ariſtoteles ipſe *de Anima* II. c. 6. obſervavit quod δόξειεν δ᾽ ἂν οὐδὲν διαφέρειν μονάδας λέγειν, ἢ σωμάτια σμικρὰ *videtur nihil differre unitates dicere, vel exigua corpuſcula*; & XI. *Metaphyſ.* c. 6. teſtatur *Pythagoricas unitates magnitudinem habere*. At fieri etiam poteſt, ut Plutarchus ibi non explicet quid *Atomi* nomine intelligatur; ſed ſolum, ut Gaſſendus exiſtimat, rationem afferat cur Atomus exiſtere, vel admitti debeat. Itaque in hac hypotheſi legerem καὶ γὰρ ἐςι ςοιχεῖα ἀεὶ ὄντα, καὶ χωρία κενὰ, καὶ ἡ μονὰς *etenim dantur elementa, quae perennia ſint; dantur ſpatia vacua, & unitas*: ut ſenſus nimirum ſit quod ſi non exiſterent Atomi, ſed corpora quaecumque in infinitum diviſibilia forent, prima corpora, vel elementa, conciſis ipſorum partibus, deſtrui, perire, variarique poſſent. & ſpatia quaelibet conciſis particulis repleri; adeoque, niſi darentur Atomi, neque elementa perenniter conſervari, neque ſpatia ulla vacua ſupereſſe poſſent.

(2) Verſus illi ita prorſus a Laertio *VIII. ſ.* 76. Heraclito, Athenagora, & Empyr. I. *adv. Phyſ ſec.* 362. proferuntur; niſi quod ibi Empyricus legit Ζεὺς ἀργὴς, quod in Plutarcho quoque olim ſcriptum videtur; quum Plutarchus ipſe mox dicat Iovis nomine τὸν αἰθέρα *aetherem* intelligi: quod inutile profecto foret, ſi in verſibus ipſis Ζεὺς αἰθὴρ *Iupiter aether* haberetur. Sed a Clemente *Strom. VI.* ita proferuntur

Τέ-

Σωκράτης Σωφρονίσκȣ Α'θηναῖος, ϗ Πλάτων Α'ρίςωνος Α'θηναῖος, αἱ γὰρ αὐταὶ περὶ παντὸς ἑκατέρȣ δόξαι, τρεῖς ἀρχὰς, τὸν θεὸν, τὴν ὕλην, τὴν ἰδέαν. ἔςι δὲ ὁ θεὸς ὁ νοῦς, ὕλη δὲ τὸ ὑποκείμενον πρῶτον γενέσει, ϗ φθορᾷ, ἰδέα δὲ οὐσία ἀσώματος ἐν τοῖς νοήμασι, ϗ ταῖς φαντασίαις τȣ̃ θεοῦ· ὁ δὲ θεὸς νοῦς ἐςὶ τȣ̃ κόσμου.

Α'ριςοτέλης δὲ Νικομάχου Σταγειρίτης, ἀρχὰς μὲν ἐντελέχειαν, ἤτοι εἶδος, ὕλην, ςέρησιν· ςοιχεῖα δὲ τέτταρα, πέμπτον δέ τι σῶμα αἰθέριον ἀμετάβλητον.

Ζήνων Μνασέȣ Κιτιεὺς ἀρχὰς μὲν τὸν θεὸν, ϗ τὴν ὕλην, ὧν ὁ μέν ἐςὶ τοῦ ποιεῖν αἴτιος, ἡ δὲ τȣ̃ πάσχειν, ςοιχεῖα δὲ τέτταρα. Η'δὲ τούτων αἵρεσις Ι'ταλικὴ προσηγορεύθη, διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν ἐν Ι'ταλίᾳ σχολάσαι. μετέςη γὰρ ἀπὸ Σάμȣ τῆς πατρίδος, τῇ Πολυκράτους τυραννίδι δυσαρεςήσας.

ΚΕΦ.

SOCRATES Sophronisci *filius* Atheniensis, ac PLATO Aristonis *filius & ipse* Atheniensis (eaedem quippe utriusque de Vniverso opiniones) tria Principia (1) *statuunt*, Deum, Materiam, Ideam. Deus autem est Mens; Materia primum generationis, corruptionisque subiectum; Idea vero incorporea natura in cogitationibus, & imaginationibus Dei *existens*: Deusque Mundi mens est.

ARISTOTELES Nicomachi *filius* Stagirita Principia quidem *esse dicit* Entelechiam, sive Formam, Materiam, Privationem; Elementa vero *esse* quatuor; quintumque *praeterea* corpus quoddam aethereum, immutabile.

ZENO Mnaseae *filius* Cittiensis Principia quidem *existimat esse* Deum, & Materiam; quorum ille quidem effectrix caussa, ista vero patiens fit: Elementa vero quatuor.

Istorum autem Secta Italica vocata fuit, quod Pythagoras in Italia docuerit. Siquidem e patria Samo Polycratis tyrannide offensus migravit.

CA-

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκυε
Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖαν ἰδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος
Ε'κ γὰρ τῶν, ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσσεται, ὅσσα τ' ἔασιν.

Quatuor omnium radices primum audi:
Ignem, & Aquam, & Terram, atque Aetheris immensam altitudinem.
Ex his enim componuntur *quaecumque erant, quaecumque erunt, & quaecumque sunt.*

Quamvis autem Nestis nomine non *ieiunium*, ut inepte apud Stobaeum interpretatur Canterus, sed *Aqua* intelligatur sic a νῶ *natare*, vel a νάειν *fluere* vocata; & Iovis voce *Ignis* exprimatur; in ceteris ita differunt Interpretes, ut Iunonis *nomine* Stoici, aliique *Aerem*, alii *Terram* intelligant; sicuti vicissim Αἰδωνεὺς aliis Terra, aliis *Aer* vocatur. Quin etiam Stobaeus ipse Plutarchum excribens hic legit Η'ρας δὲ φερέσβιον τὸν γῆν Α'έρα δὲ τὸν Α'ιδωνέα perinde quasi in Plutarchi codicibus varietas aliqua invecta foret. Vid. Fabricius ad *Empyr. loco cit.* Laertius quidem pro τέγγει κρούνωμα *irrigat alveum* habet ἐπικαρεῖ ὄμμα; sed Plutarchi lectio retinenda, quam Empyricus etiam, Athenagoras, Heraclitus, & Stobaeus expressere.

(1) Laertius tamen *III. s. 69.* sit quod Plato δύο τῶν πάντων ἀπέφηνε ἀρχὰς, Θεὸν, καὶ ὕλην, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει, καὶ αἴτιον *duo* rerum *omnium Principia posuit, Deum, & Materiam, Deumque* ipsum *& mentem & caussam vocavit*; quod nimirum Idea in Deo, velut opifice, reperiatur: adeoque ad Deum referatur. Sed Apuleius *I. de Doctr. Plat.* Chalcidius *in Timae.* Origenes *in Philosoph.* Cyrill *adv. Iulian. II.* Alcinous, Stobaeus, Empyricus, Clem. Alexandrinus, Theodoretus tria Platonis Principia tribuunt. Materiam vero ex Platonis hypothesi σύγχρονον τῷ Θεῷ *coaevam Deo* fuisse ex Origene, aliisque erudimur.

CAPUT IV.

Quomodo coaluerit Mundus.

Mundus circumflexa *sphaeritaque* figura praeditus hac ratione compactus est (1). Quum indivisibilia corpora temerario, fortuitoque motu praedita forent, atque assidue, celerrimeque circa *punctum* idem *inter se* agitarentur, multa corpora in *locum* unum glomerata, *sive collecta* sunt, varietatem proinde figurarum, & magnitudinum habentia. Eiusmodi vero *corporibus* in locum unum *ita* contractis, quaecumque quidem erant maiora, & gravissima, omnino subsedere; quaecumque vero & exigua, & rotunda, & laevia, & lubrica *erant*, haec in *ipsa* corporum concursione elisa, *expressa*, atque in sublime sublata sunt. Vbi vero vis illa impellens, *ac* in sublime ferens defecit, impetusque *corpora* non amplius in sublime adduxit, ac prohibita sunt illa deorsum ferri, impulsa sunt ad loca, quae recipere poterant; eiusmodi vero erant *loca* circumposita; atque ad illa multitudo corporum circumflexa fuit; invicem vero circumflexa *corpora* iuxta circumflexionem *hanc* Caelum effecerunt; quumque atomi eadem natura praeditae variae, *plurimaeque sint*, ut dictum est, in sublime trusae siderum substantiam effecerunt; multitudo vero corporum, quae exhalata fuerunt, percussit Aerem, ipsumque elisit; ille vero iuxta motum *hunc spirans*, *ac fere* in spiritum conversus, simulque sidera complexus, ea circumduxit, sublimemque illorum vertiginem, quae modo *conspicitur*, conservavit. Deinde vero ex subsidentibus quidem *corpo-*

ΚΕΦ. Δ.

Πῶς συνέςηκεν ὁ Κόσμος.

Ὁ Τοίνυν κόσμος συνέςη περικεκλασμένῳ σχήματι ἐσχηματισμένος τὸν τρόπον τῦτον. τῶν ἀτόμων σωμάτων ἀπρονόητον, κ̣ τυχαίαν ἐχόντων τὴν κίνησιν, συνεχῶς τε, κ̣ τάχιςα κινυμένων εἰς τὸ αὐτὸ, πολλὰ σώματα συνηθροίσθη, κ̣ διὰ τοῦτο ποικιλίαν ἔχοντα κ̣ σχημάτων, κ̣ μεγεθῶν. ἀθροιζομένων δ' ἐν ταυτῷ τύτων, τὰ μὲν ὅσα μείζονα ἦν, κ̣ βαρύτατα, πάντως ὑπεκάθιζεν· ὅσα δὲ μικρὰ, κ̣ περιφερῆ, κ̣ λεῖα, κ̣ εὐόλισθα, ταῦτα κ̣ ἐξεθλίβετο κατὰ τὴν τῶν σωμάτων σύνοδον, εἴς τε τὸ μετέωρον ἀνεφέρετο· ὡς δ' ὖν ἐξέλιπε μὲν ἡ πληκτικὴ δύναμις μετεωρίζουσα, ὐκέτι δὲ ἦγεν ἡ πληγὴ πρὸς τὸ μετέωρον, ἐκωλύετο δὲ ταῦτα κάτω φέρεσθαι, ἐπιέζετο πρὸς τὺς τόπους τοὺς δυναμένους δέξασθαι. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ πέριξ, κ̣ πρὸς τούτους τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων περιεκλᾶτο· περιπλεκόμενα δὲ ἀλλήλοις κατὰ τὴν περίκλασιν τὸν οὐρανὸν ἐγέννησαν, τῆς δ' αὐτῆς ἐχόμεναι φύσεως αἱ ἄτομοι ποικίλαι οὖσαι (καθὼς εἴρηται) πρὸς τὸ μετέωρον ἐξωθούμεναι, τὴν τῶν ἀςέρων φύσιν ἀπετέλουν. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀναθυμιωμένων σωμάτων ἔπληττε τὸν ἀέρα, κ̣ τῦτον ἐξέθλιβε, πνευματούμενος δὲ ὗτος κατὰ τὴν κίνησιν, κ̣ συμπεριλαμβάνων τὰ ἄςρα, συμπεριῆγε ταῦτα, κ̣ τὴν νῦν περιφορὰν αὐτῶν μετέω-

Gal. c. VII. §. 2. Stob. p. 52. Euf. XIV. c. 32.

(1) *Xylander* „ συνέςηκε, non συνέςη: sane no„strum etiam cum Indice melius congruit. Apud Eusebium *Lib. Praeparat. XV.* pro συνέςηκε i„ σχηματισμένος legitur ἐσχημάτισται. Capite eodem „ βαρύτατα πάντως. Eusebius βαρύτατα πάντων.

Quamvis haec Vniversi formatio nulli Philosopho nitide distincteque a Plutarcho tribuatur, Epicuro tamen, ceterisque Atomorum fautoribus adscribi debet.

τέωρον ἐφύλαττε. κἄπειτα ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθιζόντων ἐγεννήθη ἡ γῆ· ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων οὐρανὸς, πῦρ, ἀήρ. πολλῆς δὲ ὕλης ἔτι περιειλημμένης ἐν τῇ γῇ, πυκνουμένης τε ταυτης κατὰ τὰς ἀπὸ τῶν πνευμάτων πληγὰς, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἀστέρων αὔρας, προσεθλίβετο πᾶς ὁ μικρομερὴς σχηματισμὸς ταύτης, καὶ τὴν ὑγρὰν φύσιν ἐγέννα, ῥευστικῶς δὲ αὕτη διακειμένη κατεφέρετο πρὸς τοὺς κοίλους τόπους, καὶ δυναμένους χωρῆσαί τε καὶ στέξαι, ἢ καθ' αὑτὸ τὸ ὕδωρ ὑποστὰν, ἐκοίλανε τοὺς ὑποκειμένους τόπους· τὰ μὲν οὖν κυριώτατα μέρη τοῦ κόσμου τὸν τρόπον τοῦτον ἐγεννήθη.

poribus genita est Terra; ex elatis vero in sublime Caelum, Ignis, Aër. Quum vero materia multa adhuc in Terra coerceretur, atque illa a ventorum impulsibus, atque *emissis etiam* a sideribus auris condensata foret, exigua quaelibet ipsius figura *sive pars* elisa, vel *expressa* fuit, humidamque substantiam, *vel Aquam*, genuit; ista vero, quum fluida foret, ad excavata loca, quae recipere, & continere poterant, delata est; vel eadem Aqua per se subsistens subiecta loca excavavit. Itaque praecipuae Mundi partes hac ratione productae sunt.

ΚΕΦ. Ε.

Εἰ ἓν τὸ Πᾶν.

ΟἹ μὲν ἀπὸ τῆς στοᾶς ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι, καὶ τὸ σωματικόν.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, λοιπὸν ἀρχὴν εἶναι.

Πλά-

CAPVT V.

An Mundus unicus sit.

STOICI quidem Mundum unicum *esse* pronunciarunt, ipsumque & Vniversum, & corporeum (1), *quidquid nempe corpore constaret*, esse dixerunt.

EMPEDOCLES autem Mundum quidem unicum *esse dixit*; non tamen Mundum esse Vniversum, sed exiguam quamdam *ipsius* Vniversi partem; reliquam vero Principium (2), *informemque materiam* esse.

PLA-

Gal. c. VII. §. 1. Stob. p. 52. Eus. XIV. c. 33.

(1) Stobaeus ἓν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι τὸ σωματικόν: perinde quasi dixissent Mundum esse Vniversum corporeum, compagem nempe ex corporeis rebus omnibus compositam; idemque sensus in Eusebio, qui legit καὶ τὰ σωματικὰ *& ea, quae corporea sint*. Empyricus tamen Mundum, ac Vniversum in Stoicorum sententia distinguendum esse testatur *I. adv. Phys. f.* 332. Illi nimirum dicebant διαφέρειν τὸ ὅλον, καὶ τὸ πᾶν. ὅλον μὲν γὰρ εἶναι λέγουσι τὸν κόσμον· πᾶν δὲ τὸ σὺν τῷ κόσμῳ ἔξωθεν κενόν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὲν ὅλον πεπερασμένον εἶναι, πεπέρασται γὰρ ὁ κόσμος· τὸ δὲ πᾶν ἄπειρον· τοιοῦτον γὰρ τὸ ἐκτὸς τοῦ κόσμου κενόν. *differre Totum, & Vniversum. Nam Totum quidem dicunt esse Mundum: Universum autem, quod est cum Mundo extrinsecus inane; & propterea Totum quidem esse finitum, est enim finitus Mundus: Vniversum autem esse infinitum; tale enim est inane, quod est extra Mundum.*

(2) *Xylander* „ Ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην. pro his „ verbis est, etiam in Aldino, vox una ἀρχήν. „ quod mendum animadvertere non ignaro veteris „ Philosophiae erat facile, neque fefellerat Budaeum „ Interpretem. Mea lectio est manuscripti Codi- „ cis, & Eusebiana. Paullo ante τὸ σωματικόν. „ Eusebius τὰ σωματικά. πρὸς δὲ τὸν Πλάτωνα) „ Idem πρὸς δέ.

Galenus, & Stobaeus habet ὕλην *materiem*. Eusebius tamen ad veram lectionem propius accedit: τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην *reliquum vero inertem*, ac otiosam *materiam esse*. Atque ita certe Budaeus, Cruserius, & Xylander reddidere.

Plato vero quod unicus Mundus, atque Vniverſum unicum *ſit* (ut illi videbatur) ex tribus coniicit; quod *nimirum* perfectus *ille* non foret, niſi omnia contineret; quod ſimilis exemplari (1) non eſſet, niſi unigenitus foret; quod incorruptibilis (2) ipſe non eſſet, ſi quid extra ipſum reperiretur. Ad Platonem tamen dicendum (3) quod perfectus *eſſe poteſt* Mundus, quamvis omnia non contineat; ſiquidem etiam homo perfectus eſt, ſed non omnia *tamen* continet; & exemplaria (4), *quae ad unius, eiuſdemque formae ſimilitudinem effecta fuerint*, plurima ſunt, ut in ſtatuis, & domibus, & picturis. Quomodo vero perfectus (5), ſi quid extra illum *exiſtere ſive* circumrotari poſſit? Incorruptibilis vero non eſt, neque eſſe poteſt, quum genitus ſit.

Metrodorus vero dicit abſurdum eſſe ſpicam unam in praedio magno, unumque Mundum in infinito *ſpatio* productum eſſe. Quod vero infinitus *numero*, *vel* multitudine ſit *Mundus* ex eo manifeſtum eſt quod infinitae ſunt cauſſae. Si enim Mundus quidem finitus *eſt*, cauſſae vero omnes, ex quibus Mundus iſte genitus eſt, infinitae, *Mundos etiam alios* infinitos eſſe neceſſe *eſt*. Siquidem ubi cauſſae omnes *fuerint*, ibi & effectus etiam *omnes*, *aut infiniti eſſe debent*. *Einſmodi* vero *Mundi* cauſſae *ſunt* vel Atomi, vel Elementa.

CA-

Πλάτων δὲ τεκμαίρεται τὸ δοκῦν, ὅτι εἷς κόσμος, ϗ ἓν τὸ πᾶν ἐκ τριῶν· ἐκ τῦ μὴ εἶναι τέλειον, ἐὰν μὴ πάντα περιέχῃ· ἐκ τῦ μὴ ἔσεσθαι ὅμοιον τῷ παραδείγματι, ἐὰν μὴ μονογενὴς ᾖ· ἐκ τῦ μὴ ἔσεσθαι αὐτὸν ἄφθαρτον, ἐὰν ᾖ τι ἐξωτέρω αὐτῦ. Πρὸς δὴ τὸν Πλάτωνα ῥητέον, ὅτι ὐ τέλειος ὁ κόσμος· ὐδὲ γὰρ πάντα περιέχει, ϗ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐςι τέλειος, ἀλλ' ὐ πάντα περιέχει, ϗ πολλὰ παραδείγματά ἐςιν, ὥσπερ ἐπ' ἀνδριάντων, ϗ οἰκιῶν, ϗ ζωγραφιῶν. πῶς δὲ τέλειος, ἔιπερ ἔξωθέν τι αὐτῦ περιδινεῖσθαι δύναται; ἄφθαρτος δὲ ὐκ ἔςιν, ὐδὲ δύναται εἶναι, γενητὸς ὤν. Μητρόδωρος δέ φησιν ἄτοπον εἶναι ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα ςάχυν γεννηθῆναι, ϗ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ. ὅτι δὲ ἄπειρος κατὰ τὸ πλῆθος, δῆλον ἐκ τῦ ἄπειρα τὰ αἴτια εἶναι. εἰ γὰρ ὁ μὲν κόσμος πεπερασμένος, τὰ δὲ αἴτια πάντα ἄπειρα, ἐξ ὧν ὅδε ὁ κόσμος γέγονεν, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι. ὅπου γὰρ τὰ πάντα αἴτια, ἐκεῖ ϗ τὰ ἀποτελέσματα. αἴτια δὲ, ἤτοι αἱ ἄτομοι, ἢ τὰ ςοιχεῖα.

ΚΕΦ.

C

(1) Galenus hic interſerit τυτέςι τῷ ἀϑνητῷ κόσμῳ *ideſt incorruptibili Mundo*.

(2) Galenus hic habet μὴ ἔσεσθαι αὐτὸν ἄφθαρτον, εἴ τι ἐλλιπὲς τι ἔχει *non incorruptibilem ipſum futurum*, *ſiquid* imperfectum, vel *deficiens habeat*, ſive aliquid in ipſo deſit.

(3) Licet haec in Euſebio quoque totidem verbis occurrant, locus tamen manifeſte depravatus. Itaque ex contextu ſic facile reſtitui debet: ὅτι ὐ τέλειος ὁ κόσμος ἐπεὶ πάντα περιέχει *quod non* ideo *perfectus* eſt *Mundus quod omnia contineat*; ſive potius ὅτι τέλειος ὁ κόσμος, εἰ καὶ μὴ πάντα περιέχει *quod perfectus eſt Mundus*, *etſi non omnia contineat*.

(4) Xylander huius argumenti vim minime aſſequutus interpretatur *& multa eius rei exempla ſuppeditant ſtatuae*, *domus*, *picturae*; quod nempe res aliqua perfecta eſſe poteſt, quamvis illa non omnia complectatur. Perſpicue tamen apparet; quod Plutarchus hic ſecundae Platonis rationi ita occurrit, ut aſſerat Mundum exemplari quidem ſuo, hoc eſt archetypo Mundo, ſimilem eſſe poſſe, quamvis etiam multiplex ipſe ſit; quum exempla ad unius, eiuſdemque archetypi ſimilitudinem efformata multa eſſe poſſint, ut multae ſtatuae &c.

(5) Niſi plurimum fallor, haec verba alieno prorſus in loco poſita ſunt, atque ad ſuperiores verſus transferri, hoc eſt repente poſt illa reſtitui debent: ἐὰν μὴ πάντα περιέχῃ; *ſi non omnia complectatur?* Sic enim optime Plato clarius aſſereret Mundum perfectum eſſe non poſſe, niſi omnia contineret; *quomodo enim perfectus ille ſit*, *ſi quid extra ipſum moveatur?* moxque tertia Platonis ratio perſpicue ſubiiceretur, incorruptibilem nempe Mundum eſſe non poſſe, niſi unicus admittatur.

ΚΕΦ ϛʹ.

Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον Θεοῦ ἄνθρωποι.

Ὁρίζονται δὲ τὴν τῦ θείυ οὐσίαν οἱ Στωϊκοὶ οὕτω· πνεῦμα νοερὸν, κ̀ πυρῶδες, ὐκ ἔχον μὲν μορφὴν, μεταβάλλον δὲ εἰς ἃ βούλεται, κ̀ συνεξομοιούμενον πᾶσιν. ἔσχον δὲ ἔννοιαν τύτυ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῦ κάλλους τῶν ἐμφαινομένων προσλαμβάνοντες· ὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν εἰκῆ, κ̀ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ μετά τινος τέχνης δημιουργύσης· καλὸς δὲ ὁ κόσμος· δῆλον δὲ ἐκ τῦ σχήματος, κ̀ τοῦ χρώματος, κ̀ τῦ μεγέθους, κ̀ τῆς περὶ τὸν κόσμον τῶν ἀςέρων ποικιλίας· σφαιροειδὴς δὲ ὁ κόσμος, ὃ πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύει. μόνον γὰρ τῦτο τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ὁμοιοῦται. περιφερὴς δὲ ὢν ἔχει τὰ μέρη περιφερῆ· διὰ τῦτο γὰρ, κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ ἱερώτατον συνέςηκε νοῦς· κ̀ τὸ χρῶμα δὲ καλόν· κυανώσει γὰρ κέχρωςαι, ὃ πορφύρας μὲν ἐςι μελάντερον, ςίλβυσαν δὲ ἔχει τὴν ποιότητα. κ̀ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῷ τῆς χροιᾶς συντόνῳ διακόπτων τηλικαύτην τῦ ἀέρος ἀπόςασιν, ἐκ τοσύτων διαςημάτων θεωρεῖται. κ̀ ἐκ τῦ μεγέθους καλὸς· πάντων γὰρ τῶν ὁμογενῶν τὸ περιέχον, καλὸν, ὡς ζῶον, κ̀ δένδρον. ἐπιτελεῖ τὸ κάλλος τοῦ κόσμου καὶ τὰ φαινόμενα. Ὁ μὲν γὰρ λοξὸς κύκλος ἐν ὐρανῷ διαφόροις εἰδώλοις πεποίκιλται.

Τῷ

CAPUT VI.

Vnde notionem Dei habuerint homines.

STοici Dei naturam ita definiunt: Spiritus *est* intelligentia praeditus, *igneus*, formam quidem non habens, transmutans autem *se* in quaecumque vult; seque omnibus assimilans. Huius vero notionem habuerunt primum quidem accipientes *illam* a pulchritudine rerum, quae conspiciuntur: nihil enim pulchrum frustra, ac fortuito; sed cum arte quadam *opifice vel* effectrice, producitur; pulcher autem *est* Mundus; *idque* perspicuum *est* ex figura, & colore, & magnitudine, atque ex varietate siderum, *quae* circa Mundum, *vel in extremo Mundi ipsius ambitu, reperiuntur. Atque ex figura quidem pulcher est Mundus.* Sphaericus enim, *rotundaque figura praeditus* est Mundus, quae *figura* figuris omnibus excellit; haec una siquidem suis partibus assimilatur; quumque rotundus *ille* sit, rotundas *etiam* partes habet; *&* propter hoc *etiam, quod figura sphaerica ceteris omnibus nobilior sit*, iuxta Platonem, meus, *res* sacratissima, in *rotundo* capite constituta est. Color etiam *Mundi* pulcher *est*; caeruleo siquidem *Caelum* colore tingitur, qui purpura quidem, *sive purpureo colore* obscurior est, splendidam vero qualitatem habet, & propter hanc caussam coloris intensione tantum aeris spatium pervadens ex tanto intervallo conspicitur. Ex magnitudine quoque pulcher *est Mundus*. Ex omnibus enim homogeneis, *sive in quolibet rerum genere*, id quod continet *alia*, pulchrum *est*, ut animal, & arbor. *Denique* & ea, quae apparent, Mundi pulchritudinem perficiunt. Obliquus enim circulus diversis imaginibus in Caelo variegatur (1).

Vni

C VI.

Gal. c. VIII.

(1) *Xylander*. Αἳ δ' ἐπὶ οἱ χῆλαι. Sic emendas-

„ sem etiam si non extarent apud Aratum hi versus
„ 545. In Arato autem pro μετὰ δ' αὐτὸν legitur
„ καὶ ὑπ' αὐτοῦ. Sed quid attinet ea adnotare, quum
„ Φαινόμενα Arati sint in manibus omnium? Manu-
„ scriptus pro ἀιγοκερῆι habet ἀιγοκέρωτι. Sed illud

ma-

Vni parti Cancer inest, post illum vero Leo,
Post ipsum Virgo. Post illam Chelae, & Scorpius ipse
Et Sagittarius, & Capricornus, post Capricornum vero
Aquarius, postque illum siderei Pisces duo,
Post hos Aries, Taurusque, post quem Gemelli.

Τῷ ἐνὶ καρκίνος ἐςι, λέων δ' ἐπὶ τῷ, μετὰ δ' αὐτὸν
Παρθένος. Ἠ'δ' ἐπί οἱ χηλαὶ, καὶ σκορπίος αὐτὸς·
Τοξευτής τε, καὶ αἰγόκερως· ἐπὶ δ' αἰγοκέρηϊ,
Ὑ'δροχόος. Δύο δ' αὐτὸν ἐπ' ἰχθύες ἀςερόωντες.
Τοὺς δὲ μέτα κριός· ταῦρος δ' ἐπὶ τῷ διδυμοί τε.

Alia quoque innumera in similibus aliis Mundi convexitatibus fecit *Deus*; unde & Euripides ait (1),

Caeli splendor varium Tempus
Pulchrum variegatum opus Artificis sapientis.

μυρία δ' ἄλλα καθ' ὁμοίας τῦ κόσμυ περικλάσεις πεποίηκεν. ὅθεν ϗ Εὐριπίδης φησὶ,

Τὸν ἀςερωπὸν ὐρανῦ σέλας Χρόνον,
Καλὸν ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ.

Exinde quoque notionem Dei accepimus. Semper enim & Sol, & Luna, & reliqua sidera sub Terram labentia, *vel revoluta, iterum* similia quidem coloribus (2), aequalia vero magnitudinibus, iisdemque locis, atque temporibus oriuntur. Quamobrem ii, qui Deorum cultum tradiderunt, per tres formas nobis *illum* exposuerunt; primam quidem naturalem; secundam vero fabulosam; tertiam vero sumentem testimonium ex eo, quod *omnia* legibus administrentur. Ac Physica quidem, *vel naturalis ratio* a Philosophis docetur; fabulosa vero a Poetis; ex legibus vero *desumpta, vel leges ipsae*, semper ab unaquaque Civitate constituuntur. Omnis vero *de Diis* doctrina septem in species distribuitur. Ac prima quidem *est illa*, quae ex apparentibus, atque sublimibus *deducitur*

Ε'λάβομεν δὲ ἐκ τύτου ἔννοιαν θεοῦ· ἀεί τε γὰρ ἥλιος, ϗ σελήνη, ϗ τὰ λοιπὰ τῶν ἄςρων τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντα, ὅμοια μὲν ἀνατέλλει τοῖς χρώμασιν, ἴσα δὲ τοῖς μεγέθεσι, ϗ κατὰ τόπους, ϗ κατὰ χρόνους τοὺς αὐτοὺς. διόπερ οἱ περὶ τῶν θεῶν παραδόντες σεβασμὸν, διὰ τριῶν ἡμῖν ἐξέθηκαν εἰδῶν, πρῶτον μὲν τῦ φυσικοῦ, δεύτερον δὲ τῦ μυθικοῦ, τρίτον δὲ τοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐκ τῶν νόμων εἰληφότος διοικεῖσθαι. διδάσκεται δὲ τὸ μὲν φυσικὸν ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, τὸ δὲ μυθικὸν ὑπὸ τῶν ποιητῶν, τὸ δὲ νομικὸν ἐφ' ἑκάςης ἀεὶ πόλεως συνίςαται. διαιρεῖται μὲν δὴ πᾶσα διδαχὴ εἰς εἴδη ἑπτά· ϗ πρῶτον μὲν, τὸ ἐκ τῶν φαινομένων, ϗ μετεώρων. θεῦ γὰρ

„ magis Poeticum. In fine huius Capitis legendum „ *superiora & recte habere censuerunt*. Scribendum enim fuerat non κακῶς, sed καλῶς ἔχειν, ut „ est persp.cuum in manuscripto; neque ullo modo „ quadrat κακῶς. In Hesiodi versu non video cur „ κρείων quod Principem significat (unde Homero „ Iup.ter ὕπατος κρειόντων.) Creumque fecerit Budaeus. Est enim epitheton, non proprium.

( ) Ita Empyricus l. *adv. Phys. s.* 54. versus istos expressit

δεινὰ δὲ κτυπήματα
Βροντῆς, τό, τ' ἀςερωπὸν οὐρανοῦ δέμας
Χρόνου καλὸν ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ.
gravesque sonitus
Tonitru, & stellatum Caeli corpus
Temporis pulchrum variegatum opus artificis sapientis.

(2) In Basileensi Galeni editione legitur σώμασι *corporibus*; sed perspicua rerum series ostendit χρώμασι *coloribus* retinendum esse.

ἔννοιαν ἔσχον ἀπὸ τῶν φαινομένων ἀστέρων, ὁρῶντες τούτους μεγάλης συμφωνίας ὄντας αἰτίους, καὶ τεταγμένας ἡμέραν τε καὶ νύκτα, χειμῶνά τε καὶ θέρος, ἀνατολάς τε καὶ δυσμάς· καὶ τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ζωογονούμενα, καὶ καρπογονούμενα. διὸ πατὴρ μὲν ἔδοξεν αὐτοῖς ὁ οὐρανὸς ὑπάρχειν, μήτηρ δὲ ἡ γῆ. τούτων δὲ ὁ μὲν οὐρανὸς, πατὴρ, διὰ τὸ τὰς τῶν ὑδάτων ἐκχύσεις, σπέρματος ἔχειν τάξιν· ἡ δὲ γῆ μήτηρ, διὰ τὸ δέχεσθαι ταῦτα, καὶ τίκτειν. βλέποντες δὲ ἀεὶ τοὺς ἀστέρας θέοντας, αἰτίους τε τοῦ θεωρεῖν ἡμᾶς ἥλιον τε καὶ σελήνην, θεοὺς προσηγόρευσαν. εἰς δεύτερον δὲ, καὶ τρίτον τόπον τοὺς θεοὺς διεῖλον, εἴς τε τὸ βλάπτον, καὶ τὸ ὠφελοῦν· καὶ τοὺς μὲν ὠφελοῦντας, Δία, Ἥραν, Ἑρμῆν, Δήμητραν· τοὺς δὲ βλάπτοντας, Ποινὰς, Ἐριννύας, Ἄρην, τούτους ἀφοσιούμενοι χαλεποὺς ὄντας, καὶ βιαίους. τέταρτον καὶ πέμπτον προστεθείκασι τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς πάθεσι, καθάπερ Ἔρωτα, Ἀφροδίτην, Πόθον. πραγμάτων δὲ, Ἐλπίδα, Δίκην, Εὐνομίαν. ἕκτον δὲ τόπον προσέλαβε τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεπλασμένον· Ἡσίοδος γὰρ βουλόμενος τοῖς γεννητοῖς θεοῖς πατέρα συστῆσαι, εἰσήγαγε τοιούτους αὐτοὺς γεννήτορας,

Κοῖόν τε, Κρεῖόν θ', Ὑπερίονα τ', Ἰαπετόν τε·

διὸ

tur; siquidem Dei notionem ex apparentibus astris habuerunt *homines* videntes illa magnae symphoniae caussas esse, *illorumque motibus* diem, noctemque, hyemem, & aestatem, ortum, occasumque *certis* ordinibus peragi, & animalia *quoque*, fructusque a Terra produci. Quare Caelum quidem videbatur illis esse Pater, Terra vero Mater; atque ex illis Caelum quidem Pater quod aquarum, *pluviarumque* effluxus, seminis ordinem, *vicemque* habeant; Terra vero mater, quod haec illa recipiat, ac pariat; videntesque sidera semper θέοντα, *sive* currentia (1), Solemque, ac Lunam causfas *esse*, quod nos θεωρῶμεν videamus (2), θεοὺς Deos *illa* vocaverunt. In secundum vero, tertiumque locum Deos diviserunt in noxios, atque iuvantes. Ac iuvantes quidem *esse putarunt* Iovem, Iunonem, Mercurium, Cererem. Noxios vero Diras, Furias, Martem, quos *proinde veluti* saevos, violentosque placant. Quartum vero, quintumque *locum* actionibus, atque affectibus constituerunt: *atque affectibus quidem*, veluti Amori, Veneri, Cupidini; actionibus vero *ut* Spei, Iustitiae, Aequitati. Sextum vero locum accepit *id*, *quod* a Poetis confictum *est*. Hesiodus (3) enim volens genitis, *cognatisque* Diis Patrem constituere ille genitores istos adduxit

Coeumque, Creiumque, & Hyperionem, & Iapetum:

qua-

(1) Clemens *in Protrept.* Θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας *Stellas, ex eo quod illae moverentur, Deos vocarunt*; sicuti Simplicius *in Epict. Enchir. c.* 38 παρὰ τὸ θεῖν, τουτέστι τρέχειν, ἢ ὀξέως κινεῖσθαι οὕτως ὠνόμασαν *ex eo quod moveantur, hoc est currant, vel celeriter torqueantur, ita appellarunt*.

(2) Menander apud Clement *in Proptreptico*

Ἥλιε, σὲ γὰρ δεῖ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν
Δι' ὃν θεωρεῖν ἔστι τοὺς ἄλλους θεούς

Sol, te enim oportet adorare primum Deorum,
Per quem videre est alios Deos.

Itaque Plutarchi, aliorumque sententiam minus accurate expressit Xylander ubi Latine reddidit: *cumque viderent stellas perpetuo moveri, & in caussa nobis esse, ut Solem, & Lunam contemplaremur, Deorum iis nomen fecerunt*, perinde quasi *Dei* nomen non Soli, ac Lunae, sed *astris* unice concessum foret; aut ipse Sol ac Luna solo astrorum lumine, sive praesidio conspiceretur. Ceterum Solem, Lunam, itidemque stellas omnes esse Deos docuit etiam Pythagoras apud *Laert.* VIII. *f.* 27. Ἥλιόν τε, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς; Deorumque notitiam, veluti perspicuo certoque argumento, ex siderum ordine, motu, constantia primis hominibus affulsisse praeclare ostendit Cicero *Nat. Deor. II. c.* 37. & Democritus apud Empyr. I. *adv. Physicos seg.* 24.

(3) Theogon. vers. 134.

quapropter *hoc Deorum genus a Poetis effictum* fabulosum vocatur. Septimum vero extremumque *locum illis concesserunt*, qui humano quidem more geniti, *sed* propter beneficentiam erga communem vitam honorati, *atque in Deos relati* sunt, ut Hercules, Dioscuri, Bacchus. Humana vero forma praeditos *Deos* illos esse dixerunt, quia *id*, *quod* divinum *est*, omnium quidem est praestantissimum; animalium vero pulcherrimum & exornatum, & multifariam virtute, iuxta mentis constitutionem, optimum *est* homo. Illis igitur, qui *ceteris omnibus* excellunt, optimum similiter atque pulcherrimum (1) *formae genus*, *ideoque humanam formam*, convenire existimarunt.

CAPVT VII.

Quid sit Deus.

PHilosophorum aliqui, ut Diagoras Melius (2), Theodorus Cyrenaeus, & Evhemerus Tegeates Deos omnino non esse dixerunt. Evhemerum vero Callimachus etiam Cyrenaeus perstringit in Iambis, scribens (3)

In

διὰ τῦτα κ̀ μυθικὸν κέκληται. ἕβδομον δὲ, καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸ διὰ τὰς εἰς τὸν κοινὸν βίον εὐεργεσίας ἐκτετιμημένον, ἀνθρωπίνως δὲ γεννηθέντας, ὡς Ἡ'ρακλέα, ὡς Διοσκούρους, ὡς Διόνυσον. ἀνθρωποειδεῖς δ' αὐτοὺς ἔφασαν εἶναι, διότι τῶν μὲν ἁπάντων τὸ θεῖον κυριώτατον, τῶν δὲ ζώων ἄνθρωπος κάλλιςον κεκοσμημένον ἀρετῇ διαφόρως, κατὰ τὴν τῦ νοῦ σύςασιν, τὸ κράτιςον. τοῖς ὖν ἀριςεύουσι τὸ κράτιςον ὁμοίως, κ̀ καλῶς ἔχειν διενοήθησαν.

ΚΕΦ. Ζ'.

Τίς ἐςιν ὁ Θεός.

ΕʹΝΙΟΙ τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος, κ̀ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος, κ̀ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης, καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. τὸν δὲ Εὐήμερον κ̀ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς ἰάμβοις, γράφων,

Εἰς

(1) Hic καλῶς rescribendam esse Xylander optime admonuit. Mihi vero potius κάλλιςον πρέπειν *pulcherrimum convenire* legendum esse videtur: ut quemadmodum nempe dixerat Plutarchus hominem κάλλιςον *pulcherrimum*, & κράτιςον *optimum*; adeoque humanam formam Diis tribuendam, ita quoque haec ipsa humana forma κράτιςον, καὶ κάλλιςον hic appelletur. Quamvis autem Interpretes omnes haec obscuriora Plutarchi verba ita reddiderint, ut ambiguum videatur an humana forma Diis omnibus, sive solum Heroibus, septimoque Deorum generi, concessa sit; atque Budaeus praefert in id Heroibus solum tribuens interpretetur, *Hac de causa eos, qui inter homines optime vitam egerunt, praestabilissima eodem modo parte honestatos esse animadverterunt*; perspicuum est tamen id ibi Plutarchum non de solis Heroibus, sed de Diis omnibus, intellexisse.

C. VII.

Gal. c. VIII. Stob. p. 22. Eus. XIV. c. 19.

(2) *Xylander*. Ο' Μήλιος. hoc recte Corrector
„ reposuit; quum Aldinus & scriptus Codex legant Μι-
„ λήσιος, quomodo etiam apud Suidam priore lo-
„ co legitur. Citat & haec Eusebius, & Μήλιος ha-
„ bet. De Evhemero vide annotata in Isidem Plu-
„ tarchi a nobis.

(3) *Xylander*. Callimachi versus sunt scazontes;
„ & constant, si pro χάλκεον legas χάλκειον, aut potius
„ sequare manuscriptum Codicem, ubi pro πάλαι est
„ παλαιὸν (tametsi τὸν πάλαι χάλκειον elegantius sit,
„ quam τὸν παλαιὸν χάλκειον. Ex eodem pro ἀλέης,
„ legi ἀλέες atque ita etiam Budaeum video legisse;
„ vertit enim *conferti*.

De Evhemero fuse Gyraldus in *Historia Poetarum Dial. III.* Is Librum edidit ἱερᾶς ἀναγραφῆς *sacrae Recensionis*, in quo titulos, & inscriptiones omnes collegit, quae in antiquissimis Graecorum templis habebantur, ut ostenderet illos, qui tanquam Dii a Graecis colebantur, vere Deos non esse. Meminit eius Libri etiam Cicero *Nat.* I. *c.* 42. ubi ait quod in illo *& mortes*, *& sepulturae demonstrantur Deorum*; additque Librum ipsum Latinis versibus ab Ennio redditum fuisse, Vid. Lact.

Inst.

Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χάλκεον ὁ πλάσας Ζᾶνα,
Γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει.

In Templum suburbanum conferti venite;
Ubi, qui antiquum aereum finxit Iovem,
Senex superbus impios libros spirat (2).

Ταῦτ' ἔστι τὰ περὶ τοῦ μὴ εἶναι θεούς· καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον· ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, καὶ συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ,, Ἦν γὰρ χρόνος (φησὶν) ὅτ' ,, ἄτακτος ἦν ἀνθρώπων βίος, καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης ,, ἔπειτα φησὶ τὴν ἀνομίαν λυθῆναι νόμων

Eiusmodi *vero Libri* sunt ii, *quos ille conscripsit*, ut Deos non esse *probaret*. EVRIPIDES (4) etiam Tragoedus aperte quidem loqui, *opinionemque suam prodere* noluit Areopagum veritus; hac vero ratione declaravit. Sisyphum enim *veluti* opinionis illius auctorem induxit, atque *una* cum illo hac sententia loquutus est (5). „ Erat „ enim tempus, inquit, quando hominum „ vita inordinata, & ferinae similis, & „ violentiae administra erat „ Deinde dicit iniustitiam legibus inductis repressam fuisse, Quandoquidem vero Lex manifestas

Inst. Lib. I. C. 11. August. *Civit. Dei VII. c. 9.* Empyric. *I. adv. Phys. s. 17.* Obscuris autem Callimachi verbis hoc innui videtur Evhemerum ipsum *Iovem aereum finxisse*; non, ut opinor quod artificis instar illud effinxerit; sed quod Iovem ipsum a Graecis cultum non aliud esse dixerit, quam aeream statuam illam, quae *Iovis* nomine vocabatur.

(2) *Xylander*. Pro ψύχει in Manuscripto est ψύχει. Equidem quid sit βίβλια ψύχειν, non satis vi„ deo; fortassis eo sensu est dictum, quo Teren„ tius homines *frigere* dixit: ut intelligas Evhe„ meri Libros ad suburbanum fanum prostitisse, „ ac friguisse.

Versus hi apud Eusebium sunt omissi. Bentleius ibi legendum existimat ψύττει, *radit*, *exarat*, *scribit*; & Petitus *in Miscellaneis Observat. Lib. I. cap. 2.* ψύττει, *expuit*, *vomit*. Quum tamen Empyricus etiam *advers. Phys. I. sect. 51.* legerit ψύχει. Fabricius id retinendum existimat; atque de *frigido* improbatoque Scriptore explicandum. Mihi vero libuit interpretari *spirat*, *loquitur*, *effutit*; quod Evhemerus nempe impios libros, impiasque doctrinas in Iovis templo proferret; hoc est, ut Theophilus Antiochenus ait Lib III. τὸ μηδόλως μὴ εἶναι θεοὺς, ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι *nullos omnino Deos esse; sed omnia casu administrari*.

(4) Euripidem ab impietatis nota, quam illi Plutarchus inurit, egregie defendit Barnesius Vid Bael. *in Lex. Crit.* & Fabricium *ad Empyr. adv. Phys. I. s. 54.*

(5) Versus istos Empyricus non Euripidi, sed Critiae adscribit, cui quaedam Euripidis Dramata ex Athenaeo Libr. XI. tribuebantur. Desumpti vero sunt ex Euripidis *Sisypho*, qui in scenam prodiit Olymp. XCI. Quandoquidem vero plurima lux Plutarchi verbis oriri inde poterit, lubet integros Euripidis versus subiicere.

Ἦν χρόνος ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος
Καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης·
Ὅτ' οὐδὲν ἆθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν,
Οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίνετο.
Κἄπειτά μοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι νόμους
Θέσθαι κολαστάς, ἵνα δίκη τύραννος ᾖ
Γένους βροτείου, τὴν δ' ὕβριν δούλην ἔχῃ.
Ἐζημιοῦτο δ' εἴ τις ἐξαμαρτάνοι.
Ἔπειτ' ἐπειδὴ τἀμφανῆ μὲν οἱ νόμοι
Ἀπεῖργον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ,
Λάθρα δ' ἔπρασσον, τηνικαῦτά μοι δοκεῖ
Πυκνός τις ἄλλος καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ
Γεγονέναι, ὃς θνητοῖσιν ἐξευρεῖν ὅπως
Εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι, κἂν λάθρα
Πράσσωσιν, ἢ λέγωσιν, ἢ φρονῶσί τι,
Ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο,
Ὡς ἔστι Δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
Νόῳ τ' ἀκούων, καὶ βλέπων, φρονῶν τε, καὶ
Προσέχων τε ταῦτα, καὶ φύσιν θείαν φορῶν.
(Ὑφ' οὗ) πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται
Τὸ δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται
Ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ τι βουλεύῃς κακὸν,
Τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεούς· τὸ γὰρ φρονοῦν
Ἔνεστι. τούσδε τοὺς λόγους αὐτοῖς λέγων
Διδαγμάτων ἥδιστον εἰσηγήσατο,
Ψευδεῖ καλύψας τὴν ἀλήθειαν λόγῳ.
Ἀεὶ δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς &c.

Erat tempus, quando erat inordinata hominum vita,
Et ferina, ac violentiae administra;
Quando neque ullum praemium bonis erat,
Neque vicissim poena ulla *malis constituta fuerat:*

Et

ſtas *quidem* iniuſtitias coercere potuit, occultaſque *tamen* perpetrabant multi, tunc callidus quidam vir adſtitit *docens quod, quamvis revera Deus non exiſtat*, ſemper *tamen* oportet mendaci ſermone veritatem *hanc* excaecare, hominibuſque ſuadere

Quod eſt Genius perenni vigens vita
Qui iſta audit, & videt, ſapitque valde

Tollantur enim, inquit(1), *valeantque* Poeticae *hae* nugae, ſimulque Callimachus dicens (2)

Si Deum noſti,
Scito etiam quod divino *huic Genio poſſibile eſt quodcumque facere.*

neque enim Deus poteſt omnia facere; quoniam, ſi Deus eſt, faciat nivem nigram

Et poſtea mihi videntur homines leges
Poſuiſſe ultrices, ut Iuſtitia Tyrannus vel domina *eſſet*
Generis mortalium, & iniuſtitiam ſervam haberet.
Puniebatur autem ſiquis peccaret.
Deinde poſtquam a publicis ac *manifeſtis quidem leges*
Abduxerunt eos operibus faciendis vi cohibitos,
Occulteque tamen *perpetrabant, tunc mihi videtur*
Callidus quidam alius, & ſapiens conſilio vir
Fuiſſe, qui mortalibus inveniens quomodo
Incuteretur aliquis metus malis, etiam ſi occulte
Facerent, vel dicerent, vel cogitarent aliquid.
Hinc propterea Numen introduxit dicens
Quod eſt Genius incorruptibili florens vita,
Menteque audiens, & videns, cogitanſque, &
Curans iſta, & naturam divinam ferens
A quo quidquid dictum fuerit *inter homines auditur,*
Qui factum omne videre poterit.
Etiam ſi autem eum ſilentio aliquid cogites malum
Hoc ipſum non latebit Deos; Mens enim omnia videns
Diis *ineſt. Atque ſermones hos ipſis* hominibus *dicens*
Doctrinarum omnium ſuaviſſimam introduxit
Falſo occultans veritatem ſermone.

μων εἰσαγωγῇ· ἐπεὶ γὰρ ὁ νόμος τὰ φανερὰ τῶν ἀδικημάτων εἴργειν ἐδύνατο, κρύφα τε ἠδίκουν πολλοὶ, τότε τὶς σοφὸς ἀνὴρ ἐπέστησεν ὡς δεῖ ἀεὶ ψευδεῖ λόγῳ τυφλῶσαι τὴν ἀλήθειαν, κ̀ πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους

Ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ,
Ὃς ταῦτ' ἀκύει, κ̀ βλέπει, φρονεῖ τ' ἄγαν.

ἀνηρήσθω γὰρ (φησὶν) ὁ ποιητικὸς λῆρος σὺν Καλλιμάχῳ τῷ λέγοντι,

Εἰ θεὸν οἶσθα,
Ἴσθι ὅτι κ̀ δαίμονι ῥέξαι πᾶν δυνατόν

Οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς δύναται πᾶν ποιεῖν, ἐπεί τοι γε, εἰ θεός ἐστι, ποιείτω τὴν χιό-

(1) *Xylander*. Sequentia de Siſypho confuſa ſunt. „ Quis enim eſt ille, qui ἀνηρήσθω φησίν? In Cal„ limachi verſu ſcriptus ῥέξαι ante δαίμονι ponit, ut „ ſit Pentameter

εἰ θεὸν οἶσθα
Ἴσθ' ὅτι καὶ ῥέξαι πάντα θεῷ δυνατόν.

Iſta cum ſuperioribus cohaerere certe non poſſunt, ne Euripides Callimachum, qui longe poſt ipſum floruit, citare, ipſumque, & Platonem refellere videatur. Itaque certiſſime eius Philoſophi nomen hic excidit, quem Plutarchus loquentem inducit. Ille vero vel Epicurus, vel Epicureus aliquis eſſe debet; quum Epicurei his omnino rationibus atque dicteriis contra Deum. & Platonem Deorum aſſertorem uterentur. Ita Velleius Epicureus apud Ciceronem *Nat. Deor. I. c.* 8. ait: *Audite non commentitias. futileſque ſententias; non opificem, aedificatoremque Mundi Platonis de Timaeo &c.* eademque fere argumenta producit ut oſtendat Mundum neque a Deo creatum, neque hominum cauſſa productum eſſe, quae in Plutarcho leguntur. Ita quoque ad Epicurum ipſum referri debet quidquid inferius contra Anaxagoram, & Platonem obiicitur; quum certe Plutarchus aliter omnino de Deo ſenſerit.

(2) *Xylander* quidem ex Callimachi verbis paullum inverſis pentametrum fieri poſſe obſervavit. Sed concinnior Gaſſendi lectio, qui ſingula Callimachi verba retinens ita diſtinxit

Εἰ θεὸν οἶσθα, ἴσθι ὅτι καὶ δαίμονι ῥέξαι
Πᾶν δυνατόν

Si Deum noſti, ſcito quod etiam felici huic Deo *facere*
Omne poſſibile eſt.

χιόνα μέλαιναν, τὸ δὲ πῦρ ψυχρὸν, τὸ δὲ καθήμενον ὀρθὸν, καὶ τὸ ἐναντίον. ϗ γὰρ Πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰπὼν „ Ο „ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα, ὄζει λήρȣ βεκκεσελήνου, κατά γε τοὺς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητάς.(1) πῶς γὰρ αὐτῷ ἀτενίζων ἔπλασεν, ἢ πῶς σφαιροειδῆ τὸν θεὸν ὄντα ταπεινότερον ἀνθρώπȣ;

Ο῾ δὲ Ἀναξαγόρας φησὶν ὡς εἱστήκει κατ᾽ ἀρχὰς τὰ σώματα, νοῦς δὲ αὐτὰ διεκόσμησε θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις τῶν ὅλων ἐποίησεν. ὁ δὲ Πλάτων ὐχ ἑστηκότα ὑπέθετο τὰ πρῶτα σώματα, ἀτάκτως δὲ κινούμενα. διὸ ϗ θεὸς (φησὶν) ἐπιστήσας ὡς τάξις ἀταξίας ἐστὶ βελτίων, διεκόσμησε ταῦτα. κοινῶς ὖν ἁμαρτάνουσιν ἀμφότεροι, ὅτι τὸν θεὸν ἐποίησαν ἐπιστρεφόμενον τῶν ἀνθρωπίνων, ἢ ϗ τȣ́του χάριν τὸν κόσμον κατασκευάζοντα. τὸ γὰρ μακάριον, ϗ ἄφθαρτον ζῶον, συμπεπληρωμένον τε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, ϗ κακȣ̃ παντὸς ἄδεκτον, ὅλον ὂν περὶ τὴν συνοχὴν τῆς ἰδίας εὐδαιμονίας, ϗ ἀφθαρσίας, ἀνεπιστρεφές ἐστὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. κακοδαίμον δ᾽ ἂν εἴη, ἐργάτου δίκην, ϗ τέκτονος, ἀχθοφορῶν ϗ μεριμνῶν εἰς τῆς τȣ̃ κόσμου κατασκευήν. ϗ πάλιν ὁ θεὸς, ὃν λέγουσιν, ἤτοι τὸν ἔμπροσθεν αἰῶνα ὐκ ἦν, ὅτε ἦν ἀκίνητα τὰ σώματα, ἢ ἀτάκτως ἐκινεῖτο, ἢ ἐκοιμᾶτο, ἢ ἐγρηγόρει, ἢ οὐδέτερον τούτων. ϗ ὔτε τὸ πρῶτόν ἐστι δέξασθαι (ὁ γὰρ θεὸς, αἰώνιος) οὔτε τὸ δεύτερον. εἰ γὰρ ἐκοιμᾶτο ἐξ αἰῶνος ὁ θεὸς, ἐτεθνήκει· αἰώνιος γὰρ ὕπνος ὁ θάνατος ἐστιν· ἀλλ᾽ οὔτε δεκτικὸς ὕπνου θεὸς· τὸ γὰρ ἀθάνατον τοῦ θεοῦ

gram, ignemque frigidum, & id, quod sedet, rectum; ac vicissim. Nam *etiam* Plato grandiloquus dicens „ Deus effinxit Mundum ad sui exemplum „ iuxta veteris Comoediae Poetas beccefelenas, *hoc est obsoletas*, nugas redolet. Quomodo enim se ipsum respiciens *Mundum* effinxit; vel quomodo Deus, *si quidem Mundo similis*, & sphaericus sit, homine vilior (1), *atque miserior*, existat?

ANAXAGORAS autem ait, quod initio immota erant corpora; divina vero mens illa disposuit, omniumque generationes fecit. Plato vero prima corpora non quiescentia, sed inordinate mota, supposuit; unde, inquit, Deus cognoscens ordinem confusione meliorem esse, illa disposuit. Itaque pariter uterque aberrat quod *ipsi* Deum ad humanas res conversum, vel hominis gratia Mundum fabricantem, fecerunt. Siquidem beatum, & incorruptibile animal, omnibusque bonis repletum, omnisque mali incapax, totum existens circa solicitudinem, *complexumque* propriae felicitatis, atque incorruptibilitatis, ad humanas res converti non potest: infelix enim esset, *si* operarii, vel artificis instar laborans, atque anxius in Mundi molitionem *incumberet*. Deinde Deus *ille*, quem *Anaxagoras*, *&* *Plato* dicunt, vel ante secula non erat quando corpora sive immota erant, sive inordinate movebantur; vel dormiebat, vel vigilabat, vel nullum ex istis. Ac neque primum admittere licet, Deus enim aeternus; neque secundum; si enim dormiebat ab aeterno Deus, mortuus erat; aeternus enim somnus mors est. Sed neque capax somni Deus; immortale enim Dei, & *id*, *quod* morti finitimum *sit*, multum *inter se* dissident. Si vero vigilans erat Deus, vel *aberat seu* deficiebat a felicitate, vel beatitudinem compleverat (2). At neque iuxta primum beatus est Deus; *ille* nimirum, cui quidpiam ad bea-

(1) Vt commodus sensus aliquis habeatur, necessario vox aliqua intelligi suppleríque debet, ut alias *dixit*: ut sensus nimirum sit: *aut qua ratione* dixit Plato *Deum*, *siquidem sphaericus sit*, *homine deteriorem* esse? Certe Budaeus a Plutarchi sensu maxime aberrat ubi reddit *aut quomodo globosum*, *quum sit etiam ipse brevior homine?*

(2) Melius in Eusebio πεπλήρωτο ἐν τῇ μακαριότητι

θεοῦ, καὶ τὸ ἐγγὺς θανάτου, πολὺ κεχώρισται. εἰ δὲ ἦν ὁ θεὸς ἐγρηγορὼς, ἤτοι ἐνέλειπεν εἰς εὐδαιμονίαν, ἢ πεπληρώκει μακαριότητα. καὶ οὔτε κατὰ τὸ πρῶτον μακάριός ἐστιν ὁ θεὸς (τὸ γὰρ ἐλλεῖπον εἰς εὐδαιμονίαν οὐ μακάριον) οὔτε κατὰ τὸ δεύτερον. μηδὲν δὲ ἐλλείπων, κεναῖς ἔμελλεν ἐπιχειρεῖν πράξεσι. πῶς δὲ, εἴπερ ὁ Θεὸς ἐστὶ, καὶ τῇ τούτου φροντίδι τὰ κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομεῖται, τὸ μὲν κίβδηλον εὐτυχεῖ, τὸ δὲ ἀστεῖον τἀναντία πάσχει; Ἀγαμέμνων τε γὰρ,

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητὴς,

ὑπὸ μοιχοῦ, καὶ μοιχαλίδος ἡττηθεὶς ἐδολοφονήθη, καὶ ὁ τούτου δὲ συγγενὴς Ἡρακλῆς πολλὰ τῶν ἐπιλυμαινομένων τὸν ἀνθρώπινον βίον καθάρας, ὑπὸ Δηϊανείρας φαρμακευθεὶς ἐδολοφονήθη.

Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου θεόν. Ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς. Δημόκριτος νοῦν τὸν θεὸν ἐμπυροειδῆ, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεὸν, καὶ τἀγαθὸν, ἥ τις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς· τὴν δ' ἀόριστον δυάδα, δαίμονα καὶ τὸ κακὸν, περὶ ἣν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος· ἔστι δὲ καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος.

Σωκράτης, καὶ Πλάτων τὸ ἓν τὸ μονοφυὲς, καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τὸ ὄντως ἀγαθόν. πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει. νοῦς οὖν ὁ θεὸς, χωρι-

beatitudinem desit, felix non est; neque iuxta secundum; namque ille, cui nihil deest, inanes *omnino inutilesque* operationes, *si quidpiam efficiet*, aggredietur. Deinde vero, quo pacto, si quidem Deus est, eiusque cura humanae res administrantur, improbus quidem felix est, honestus vero contraria patitur? Siquidem Agamemnon, *qui erat*

Vtrumque & Rex bonus, & fortis bellator (1),

ab adultero *tamen*, atque adultera superatus dolo periit; eiusque gentilis Hercules, qui humanam vitam a multis corruptelis purgavit, a Deianira veneno infectus dolo peremptus est.

Thales (2) Deum Mundi mentem *esse dixit*. Anaximander (3) caelestia sidera Deos *esse*. Democritus (4) Deum *esse* mentem igneam, animamque Mundi. Pythagoras ex Principiis Vnitatem quidem *esse* Deum, & bonum, quae est unius (5) natura, mens ipsa. Infinitum vero binarium esse Daemonem, & malum, circa quod *binarium* est multitudo materialis: est etiam Mundus visibilis.

Socrates, & Plato *Deum esse dixerunt aliquid* unum, unigenitum, a se ipso genitum, singulare, vere bonum: singula vero haec nomina ad mentem diriguntur. Itaque Deus *est* mens, separata for-

D

aut perfectus erat in beatitate; ita prorsus ubi Plutarchus habet μηδὲν δὲ, concinnius in Eusebio legitur μηδὲν γὰρ.

(1) Homer Iliad Lib. III. ver 179

(2) Paullo uberius, & accuratius in Stobaeo νοῦν τοῦ κόσμου τὸν Θεόν . . . . διήκειν δὲ καὶ διὰ τοῦ στοιχειώδους ὑγροῦ δύναμιν θείαν κινητικὴν αὐτοῦ *mentem Mundi esse Deum . . . divinamque vim elementare humidum pervadere, ipsumque movere*.

(3) Stobaeus τοὺς ἀπείρους οὐρανοὺς θεοὺς *caelos infinitos Deos*; sicuti Galenus de Anaximandro ait: τοὺς ἀπείρους νοῦς θεοὺς εἶναι νομίζει *infinitas mentes esse Deos existimat*. Vterque tamen ex Plutarcho corrigendus.

(4) *Xylander* „ Apud Eusebium: Δημόκριτος θεὸν „ ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν, quae le„ ctio est haud dubie genuina. Ceterum non exprimitur, cuius sit haec de Deo disputatio. Plutar„ chi quidem non est haec sententia.

In Stobaeo autem legitur: Δημόκριτος νοῦν τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ *Democritus Deum* esse dicit *mentem in igne sphaerae simili*, in Galeno vero νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν *Mentem in igne sphaerica forma praedito*, eamque *Mundi animam* esse.

(5) Pythagorae Placitum iisdem omnino verbis expressit Stobaeus; nisi quod in Plutarcho ἑνὸς φύσις *unius*, vel unitatis *natura* in hoc autem νοὸς φύσις *mentis natura* scriptum conspicitur; atque postrema verba ἐστὶ δὲ &c. in Stobaeo desiderantur. Sic Stobaeus infra legit καὶ θειότητος *& divinitate*. Nihil tamen in Plutarcho mutari debet; quum etiam inferius ille dicat ἡ ψυχὴ δὲ *anima vero &c.*

ma, hoc est ab omni materia secreta, nullique patibili *rei* permixta.

ARISTOTELES supremum quidem Deum separatam formam *esse*, Universi sphaerae superimminentem, quae *sphaera* est aethereum corpus quintum ab illo vocatum. Quum vero *corpus* eiusmodi in sphaeras natura quidem contiguas, ratione vero, *vel mente* separatas *atque distinctas* dividatur, quamlibet sphaerarum animal esse arbitratur ex anima, & corpore compositum: quorum corpus quidem aethereum est, ac circulari motu revolutum; anima vero mens immobilis, *atque* ob energiam, motus caussa.

STOICI [1] communius Deum pronunciant *esse* Ignem artificem *vel arte praeditum*, *ordine ac* via procedentem ad Mundi generationem: qui *Mundus* seminales rationes omnes complectitur [2], iuxta quas singula secundum Fatum fiunt. Spiritus etiam *est Deus* universum quidem Mundum pervadens, *ex* varietate vero materiae [3], quam universam penetrat, *subinde* nomina immutans. Deum insuper *esse dicunt* & Mundum, & Stellas, & Terram, supremumque *Deorum* omnium *esse* mentem, *quae* in aethere *reperitur*.

EPICVRVS humana quidem forma Deos omnes praeditos *esse*; omnesque illos ratione *solum* percipi [4], *cognoscique* posse propter tenuitatem partium, quae in simulacris *aut imaginibus divinae* substantiae *reperiuntur*. Ipse quoque his quatuor naturas alias secundum genus incorruptibiles *ponit*, Atomos, Vacuum, Infinitum, & Similitudines. *Similitudines* autem illae similares *etiam* partes, atque Elementa *quoque ab Epicuro* dicuntur.

CA-

ριστὸν εἶδος, τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον.

Ἀριστοτέλης τὸν μὲν ἀνωτάτω θεὸν, εἶδος χωριστὸν ἐπιβεβηκότα τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντὸς, ἥτις ἐστὶν αἰθέριος σῶμα, τὸ πέμπτον ὑπ' αὐτοῦ καλούμενον. διῃρημένου δὲ τούτου κατὰ σφαίρας, τῇ μὲν φύσει συναφεῖς, τῷ λόγῳ δὲ κεχωρισμένας, ἑκάστην οἴεται τῶν σφαιρῶν ζῶον εἶναι σύνθετον ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς. ὧν τὸ μὲν σῶμα, ἐστὶν αἰθέριον, κινούμενον κυκλοφορικῶς· ἡ ψυχὴ δὲ, λόγος ἀκίνητος, αἴτιος τῆς κινήσεως κατ' ἐνέργειαν.

Οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται· καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον δι' ὅλης τῆς ὕλης, δι' ἧς κεχωρήκει παραλλάξει. θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν, ἐν αἰθέρι.

Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεοὺς, λόγῳ δὲ πάντας τούτους θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως· ὁ δ' αὐτὸς ἄλλας τέσσαρας φύσεις κατὰ γένος ἀφθάρτους τάσδε, τὰ ἄτομα, τὸ κενὸν, τὸ ἄπειρον, τὰς ὁμοιότητας· αὗται δὲ λέγονται ὁμοιομέρειαι, καὶ στοιχεῖα.

ΚΕΦ.

(1) Stobaeus hic habet οἱ Στωϊκοὶ νοερὸν θεὸν, *Stoici Deum mente perceptum*.

(2) Longe accuratior Stobaei lectio ἐμπεριειληφὼς *continens*: quod nimirum non Mundus ipse a divino spiritu, vel igne penetratus; sed ignis ipse divinusque spiritus Mundum pervadens rerum omnium veluti semina in se complectatur.

(3) *Xylander* „ Διὰ τῆς ὕλης, rectius Eusebius. „ Idem & Manuscriptus. Παραλλάξεις, quod pro „ dativo singulari restituendum est.

Haec Stoicorum opinio eadem prorsus ratione a Laertio exprimitur *VII. §. 147.* quod nempe τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάντων ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεται κατὰ τὰς δυνάμεις *partem ipsius Dei penetrantem omnia, quae multis nominibus appellatur, secundum varias vires*. Vid. Cic. Nat. II. c. 40.

(4) Perperam in Stobaeo legitur διαιρετοὺς *divisibiles*; siquidem sensus concinnitas postulat, ut θεωρητοὺς *conspicuos* legatur; atque ita prorsus Laertius X. §. 139. ait ex Epicuri sententia τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητοὺς εἶναι . . . ἀποτετελεσμένους ἀνθρωποειδῶς *Deos ratione conspici posse . . . . perfectos humana specie*.

ΚΕΦ Η'.

Περὶ Δαιμόνων, ϗ Ἡρώων.

ΠΑρακειμένως δὲ τῷ περὶ θεῶν λόγῳ τὸν περὶ δαιμόνων, καὶ ἡρώων ἱστορητέον. Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων, οἱ Στωϊκοὶ, δαίμονας ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικάς. εἶναι δὲ ϗ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων· ϗ ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθὰς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας. Ἐπίκουρος δὲ οὐδὲν τούτων ἐγκρίνει.

CAPVT VIII.

De Geniis, ac Heroibus.

APposite *convenienterque* sermoni de Diis, de Geniis, atque Heroibus *est* differendum. Thales, Pythagoras, Plato, Stoici Genios animatas substantias (1) esse *dixerunt*. Heroas etiam esse animas ab *humanis* corporibus, *quibus antea coniunctae fuerant*, separatas; ac bonos quidem bonas; malos vero malas. Epicurus vero nihil istorum, *nimirum*, *neque Genios*, *neque Heroas*, admittit. (2)

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ Ὕλης.

ΥΛΗ ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον πρῶτον γενέσει, ϗ φθορᾷ, ϗ ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς. οἱ ἀπὸ Θάλεω καὶ Πυθαγόρου, ϗ οἱ Στωϊκοὶ τρεπτὴν, ϗ ἀλλοιωτὴν ϗ μεταβλητὴν, ϗ ῥευστὴν ὅλην δι' ὅλου τὴν ὕλην· οἱ ἀπὸ Δημοκρίτου ἀπαθῆ τὰ πρῶτα, τὴν ἄτομον. ϗ τὸ κενὸν, ϗ τὸ ἀσώματον. Ἀριστοτέλης, ϗ Πλάτων, τὴν

CAPVT IX.

De Materia.

MAteria est primum (3) generationis, & corruptionis, aliarumque mutationum subiectum. Thaletis, atque Pythagorae sectatores, & Stoici versatilem, alterabilem, mutabilem, fluxamque (4) omnino (5) materiam omnem *ponunt*. Democriti sectatores prima *rerum principia*, Atomum *nempe* & vacuum, & incorporeum, perpessionis, *mutationisque* expertia *esse dicunt*. Aristoteles, & Plato materiam *esse* cor-

C. VIII.

Gal. c. VIII. §. Euſ. XIV. c. 43.

(1) Itaque corrigendus Galeni textus, in quo legitur οὐσίας φυσικὰς *substantias physicas*; quum certe Pythagoras Daemonas, atque Heroas *animas* esse putaverit. Hinc ille, ut ait Laertius *VIII. ſ.* 32. εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεον, ϗ τούτους Δαίμονάς τε, ϗ Ἥρωας νομίζεσθαι *universum aerem animabus refertum esse, & has Daemonas, ac Heroas esse putavit*. Sic Heraclitus etiam apud Laertium *IX. ſ.* 7. dixit πάντα ψυχῶν εἶναι, ϗ δαιμόνων πλήρη *omnia animarum esse, ac Daemonum plena*. Vt Thales apud Laertium ipsum *Lib. I ſ.* 27. ait τὸν κόσμον ἔμψυχον, καὶ δαιμόνων πλήρη *Mundum animatum, ac Daemonibus plenum*. Vid. Aristoteles *De An. I. c.* 8. & Cic. *de Leg. II. c.* 11.

(2) Haec Epicuri sententia clarius a Galeno exprimitur οὐδετέρους τούτων εἶναι συγκατάθεται *neutros istorum*, hoc est aut Daemonom, aut Heroum, *esse concessit*.

C. IX.

Stobaeus p. 29. Euſ. XIV. c. 44.

(3) „ *Xylan.* Πρῶτον γενέσει, non πρώτη. Sic Ma-
„ nuscriptus, & ipsa ratio. Eusebius Lib. XV. hanc
„ vocem omisit.

(4) Protagoras etiam apud Empyr. *Pyrrh. Hipoth. I. c.* 32. docuit ὕλην ῥευστὴν *Materiam fluxam*, sive variabilem esse. Atque ita certe vox illa intelligi, exponique debet: quamvis minus accurate Cruserius interpretetur *fluitantem totam ex toto*; perinde quasi Philosophi illi de locali solum materiae motu, non vero potius de sola ipsius alteratione, loquerentur.

(5) Budaeus interpretatur *omnino*; nec video cur Xylander voces illas δι' ὅλου reddiderit *per universum*. Stobaeus autem hic habet ὅλην δι' ὅλης τὴν ὕλην *universam in sese materiam*; quod nimirum quaelibet Materiae pars in quamlibet aliam Materiae partem converti, mutarique possit. Stoicorum vero nomen apud Stobaeum ipsum omittitur.

corpoream, sine forma (1), sine specie, sine figura; ac sua quidem natura qualitatis *omnis* expertem, formarum vero susceptricem, ac si nutrix *illa*, mater, & effigiatum (2) foret, *sive subiectum, ex quo formae exprimantur*. Qui vero *vel* Aquam, vel Terram, vel Ignem, vel Aerem, materiam esse dicunt, *isti* non amplius illam informem, sed corpus (3) *esse* dicunt. Qui vero *corpuscula* partibus destituta, atque atomos *veluti materiam ponunt*, informem *illam admittunt*.

τὴν ὕλην σωματοειδῆ, ϰ̣ ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει, δεξαμενὴν δὲ τῶν εἰδῶν, οἷον τιθήνην, ϰ̣ ἐκμαγεῖον, ϰ̣ μητέρα γενέσθαι. οἱ δὲ ὕδωρ λέγοντες, ἢ γῆν, ἢ πῦρ, ἢ ἀέρα τὴν ὕλην, οὐκέτι ἄμορφον αὐτὴν λέγουσιν, ἀλλὰ σῶμα· οἱ δὲ τὰ ἀμερῆ, καὶ τὰς ἀτόμους, ἄμορφον.

CAPVT X.

De Idea.

IDea est incorporea (4) natura, ipsa quidem minime (5) per se subsistens, materias vero formae expertes informans, *effigians*, efficiensque ut illae *nobis* appareant (6). SOCRATES, & PLATO Ideas natu-

ΚΕΦ. Ι.

Περὶ Ἰδέας.

ἸΔέα ἐστὶν οὐσία ἀσώματος· αὐτὴ μὲν μὴ ὑφεστῶσα καθ' αὑτήν, εἰκονίζουσα δὲ τὰς ἀμόρφους ὕλας, ϰ̣ αἰτία γινομένη τῆς τούτων δείξεως. Σωκράτης, ϰ̣ Πλάτων

(1) Itaque corrigendus Eusebius, in quo legitur εὔμορφον *bene figuratam*. Ita Posidonius etiam apud Stobaeum asserit Materiam esse ἄποιον, καὶ ἄμορφον *qualitatis, & formae expertem*.

(2) Vocem hanc Plato ex Timaeo mutuatus videtur. Ille nimirum ait τὴν ὕλην ἐκμαγεῖον, καὶ μητέρα, τιθήνην τε, καὶ γεννητικὴν *Materiam esse subiectum, & matrem, nutricemque, & genitricem*; sicuti Ocelus etiam Materiam ipsam vocavit πανδεχὲς, καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως *subiectum recipiens generationis ipsius*. Itaque tum ex Plutarcho, tum ex Ocelo apparet ἐκμαγεῖον voce proprie accurateque non *subiectum recipiens* intelligi, exponique posse; quum vox alia δεξαμενὴν, & πανδεχὲς praecesserit; sed potius subiectum, in quo formae veluti delitescant; adeoque ex illo educantur; ut nempe Materia ipsa formas illas, quas *in potentia* continebat, *actu* recipiat; ac ens illud *actu* evadat, quod antea *potentia* solum erat: ut clarius adhue ait Aristoteles ἡ αὐτὴ ὕλη ὃ ἦν δυνάμει, ἐνεργείᾳ ἐγένετο *Materia ipsa, quod erat potentia, actu fit*. Eiusmodi vero Materia a Platonicis constituta ita a Cicerone describitur *Acad. IV. c. 37. Plato ex Materia in se omnia recipiente Mundum esse factum censet a Deo sempiternum*. Itaque Plato in Timaeo perspicue docet universa non ex nihilo, sed eo, quod non erat tale, talia fieri: ἐξ ἐκ ὄντως ἐχόντων τὸν Θεὸν αὐτὰ ξυνίστασθαι *ex iis, quae talia non erant, haec Deum constituere*; sicuti Xeniades apud Empyricum *adv. Logicos l. s. 53.* ait ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πᾶν τὸ γινόμενον γίνεσθαι *ex eo, quod non erat, omne quod fit, fieri*.

(3) Eadem prorsus in Stobaeo reperiuntur; nisi quod ille ita definit . . . ἀλλὰ σῶμα· οἱ δὲ τὰ μέρη, καὶ τὰς ἀτόμους, ἄμορφον: quod Canterus interpretatur . . . *sed corpus, ut nec atomorum auctores sine forma*: quod ab Atomistarum sententiis perspicue abhorret. Itaque rescribendum ἀλλὰ σῶμα· οἱ δὲ τὰ ἀμερῆ, καὶ τὰς ἀτόμους *qui vero corpora partium expertia, & atomos admittunt &c.*

C. X.

Gal. c. VI. §. 6. Stob. p 30. Eus. XIV. c. 45.

(4) *Xyl.* „ Legendum οὐσία ἀσώματος. Aldus, & noster σώματος, quod correctu erat facile, etiam si scriptus Liber nos non monuisset; sed & Eusebius recte habet. Ex quo & re ipsa didici μὴ expungendum, & καὶ ante καθ' inserendum in hac finitione.

Itaque fallitur Cruserius, qui σώματος retinuit, adeoque *corporis* interpretatur, quamvis in Stobaeo quoque σώματος habeatur.

(5) Xylander existimavit particulam μὴ expungendam esse; adeoque legendum οὐσία ἀσώματος, αὐτὴ μὲν ὑφεστῶσα, καὶ καθ' ἑαυτήν: *substantia incorporea; ipsa subsistens, & natura sua*. Certe Stobaeus etiam, & Eusebius habent αὐτὴ μὲν ὑφεστῶσα καθ' ἑαυτὴν *ipsa quidem subsistens secundum se ipsam*; quamvis in Galeno legatur αὐτὴ μὲν οὐχ ὑφεστῶσα *ipsa quidem non subsistens*. Perspicuus tamen verborum sensus requirit, ut Xylandri emendatio praeferatur; adeoque in Plutarchi sententia Ideae veluti incorporeae substantiae quaedam concipiantur; quod Platoni, aliisque pluribus arrisisse conspicimus.

(6) Pro δείξεως *apparentiae* in Stobaei, simulque etiam Galeni, textu longe concinnius scriptum conspicitur διατάξεως *ordinis, dispositionis*: perinde quasi Ideae caussae sint eius ordinis, formae, vel dispo-

των χοριςὰς τῆς ὕλης οὐσίας τὰς ἰδέας ὑπολαμβάνει ἐν τοῖς νοήμασι, καὶ ἐν ταῖς φαντασίαις τοῦ Θεοῦ, τουτέςι τοῦ νοῦ, ὑφεςώσας. Ἀριςοτέλης δὲ εἴδη μὲν ἀπέλιπε, καὶ ἰδέας, οὐ μὲν κεχωρισμένας τῆς ὕλης, ὃ ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. οἱ ἀπὸ Ζήνωνος Στωϊκοὶ ἐννοήματα ἡμέτερα τὰς ἰδέας ἔφασαν.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Περὶ Αἰτίων.

Αἴτιόν ἐςι τὸ ἀποτέλεσμα, ἢ δι' ὃ συμβαίνει τι. Πλάτων τριχῶς τὸ αἴ-

dispositionis, quae in materia reperitur. Hanc vero lectionem facile praetulerim, quod accuratius io illa Idearum vis, adeoque Platonis sententia, exprimatur, qui materiam Idearum ope non *apparere* solum, sed etiam exornari, *formari*, disponique voluit. Hinc ille apud Laertium *III. §. 77.* τὰς δὲ ἰδέας ὑφίςαται αἰτίας τινὰς, καὶ ἀρχὰς τοῦ τοιαῦτ' εἶναι τὰ φύσει συνεςῶτα ὅπερ ἐςὶν αὐτά *Ideas caussas quasdam, ac principia ponit; ut ea, quae natura consistunt, talia sint, qualia ipsa sunt.*

(1) Galenus κεχωρισμένας τῆς ὕλης; sequentesque voces omisit.

(2) *Xyl.* „ Ἔξω γεγονὸς τοῦ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ lego cum „ Eusebio pro ὃ ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, quae „ verba nullum sensum gignunt; ideoque ea Budaeus „ dissimulavit. Illa autem sic intelligo, Aristotelem a- „ lienum fuisse a sententia, quae Mundum a Deo „ creatum dicit.

Budaeus integras voces istas omisit, Cruserius interpretatur: *quod ex aliquibus factum est a Deo*; sed ambiguo, nulloque sensu: quod nimirum Graeca verba mirifice implexa, ac vitiata sint Nullus autem hic nobis ex Stobaeo, vel Galeno splendor affulgere potest; quum Stobaeus quidem integram periodum, sive Aristotelis sententiam, omiserit; Galenus autem in verbis illi deficit κεχωρισμένας τῆς ὕλης Itaque locus iste coniectura solum tentari, corrigique debet. Ac Xylandri quidem interpretatio ferri vix potest. Quamvis enim sententia illa Aristoteli temere affingeretur, quod ipse Mundum a Deo creatum esse negaverit, quid illa Mundi creatio cum quaestione an rerum Ideae a corporibus separatae, vel corporibus ipsis impressae sint? ut proinde Aristoteles illa a corporibus ideo separatas negasse dicatur, quod Mundus non a Deo, sed ab alia caussa, creatus sit? Itaque partim Eusebii, partim Plutarchi vestigiis insistens levi, facilique mutatione pro ὁ ἔξω γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ legerem ἢ ἔξω τοῦ γεγονότος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ *vel extra id, quod fa-*

turas *esse* supponunt a materia separatas, in cogitationibus, & imaginationibus Dei, nimirum mentis, subsistentes. Aristoteles vero Formas quidem, atque Ideas, non a Materia tamen separatas (1), admisit (2), vel extra id, quod a Deo factum est. Stoici a Zenone *instituti* notiones (3) nostras, *mentisque nostrae conceptus* Ideas *esse* dixerunt.

CAPUT XI.

De Caussis.

Caussa est id, quod efficit (4) *aliquid*, vel propter quod aliquid contingit. Pla-

ctum est a Deo: ut nempe exprimatur Aristotelem Ideas, ac Formas quidem admisisse, sed non tamen *a materia separatas, vel extra id, quod factum est a Deo*, collocatas; sed potius Ideas, ac Formas ipsas rebus a Deo productis intrinsecas esse dixisse. Id autem optime cum celeberrima Aristotelis opinione consentit, qui rerum formas rebus ipsis intrinsecas, ac inhaerentes esse putavit. Fortasse quoque rescribi etiam posset: ἐξ ὧν τὸ γεγονὸς τετύπωται *ex quibus id, quod productum est, est efformatum*: quod nimirum Idearum, ac Formarum vi, & ope Materia perficitur, illarumque veluti impressione quadam figuratur, atque distinguitur; ut una Materiae pars ab alia, compositum, & effectus unus ab alio secernatur. Ceterum Formas istas, atque Ideas, quae productis rebus intrinsecae, impressaeque forent, agnovit etiam Pythagoras Etenim ille, ut Stobaeus memorat, τὰ λεγόμενα εἴδη, καὶ τὰς ἰδέας ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, καὶ ταῖς ἁρμονίαις αὐτῶν, καὶ τοῖς καλουμένοις γεωμετρικοῖς ἐτίθετο ἀχώριςα τῶν σωμάτων *ea, quae Formae, & Ideae vocantur, in numeris, & harmoniis ipsorum, & iis, quae geometrica dicuntur, posuit a corporibus separata.*

(1) Haec paullo uberius & clarius apud Stobaeum: φασὶ ἀνυπάρκτους εἶναι, ἀλλὰ ἐννοήματα, καὶ φαντάσματα τῆς ψυχῆς *Ideas non existentes esse; sed notiones, & phantasmata animae* existimavit.

C. XI.

Gal c. VI. §. 1. Stob. p. 31.

(4) „ *Xylander* „ Τὸ ἀποτέλεσμα: lego οὗ ἀποτέλεσ- „ μα, rationem, & usum Linguae Graecae respi- „ ciens.

Longe tamen clarior, & accuratior Stobaei lectio: αἴτιον ἐςὶ δι' ὃ τὸ ἀποτέλεσμα *Caussa est id, per quod effectus* producitur.

PLATO trifariam caussam *dividit*. Dicit enim *aliam esse caussam*, a qua; *aliam*, ex qua; *aliam* ad quam: praestantissimam vero existimat eam, a qua; haec autem erat efficiens, quae est Mens. PYTHAGORAS, & ARISTOTELES (1) primas quidem Caussas incorporeas *esse dicunt*; eas vero, *quae* per participationem, vel secundum accidens *caussae sint*, corporea substantia *praeditas*; ideoque (2) Mundum esse corpus. STOICI Caussas omnes corporeas esse *dixerunt*, quippe quum spiritus (3) *sint*.

αἴτιον. Φησὶ γὰρ ὑφ' οὗ, ἐξ οὗ, πρὸς ὅ. κυριώτερον δὲ ἡγεῖται τὸ ὑφ' οὗ. τὸ δὲ ἦν τὸ ποιοῦν, ὅ ἐςι νοῦς. Πυθαγόρας, ϗ Ἀριςοτέλης τὰ μὲν πρῶτα αἴτια, ἀσώματα· τὰ δὲ κατὰ μετοχὴν, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς, τῆς σωματικῆς ὑποςάσεως· ὥστε εἶναι τὸν κόσμον σῶμα. οἱ Στωϊκοὶ πάντα τά αἴτια, σωματικά· πνεύματα γάρ.

CAPVT XII.

De Corporibus.

CORPUS est (4) id, quod triplici extensione praeditum est; latitudine *nimirum*, altitudine, longitudine; sive *est extensio*, *aut* moles natura sua renitens, *tactui nimirum*, *vel corporibus aliis resistens*; sive *moles* locum occupans. (5) PLATO *existimat Corpus id esse*, quod ubi fuerit in proprio loco, natura *sua* neque grave, neque leve est: in alieno vero *loco* positum, tunc nisum, atque ex *ipso* nisu momentum vel ad gravitatem, vel *ad* levitatem habet. ARISTOTELES gravissimum quidem *corpus ait* esse constanter (6) *& ubique* Terram, levissimum vero, Ignem; Aerem vero

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ Σωμάτων.

ΣΩμά ἐςι τὸ τριχῆ διαςατὸν, πλάτει, βάθει, μήκει. ἢ ὄγκος ἀντίτυπος ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ τὸ κατέχον τόπον. Πλάτων ὃ μήτε βαρὺ, μήτε κοῦφον ἐςὶ τῇ φύσει, ἐν γε τῷ οἰκείῳ τόπῳ ὑπάρχον. ἐν δέ γε τῷ ἀλλοτρίῳ γενόμενον, τότε νεῦσιν ἴσχειν· ἐκ δὲ τῆς νεύσεως ῥοπὴν ἤτοι πρὸς βαρύτητα, ἢ κουφότητα. Ἀριςοτέλης βαρύτατον μὲν εἶναι τὴν γῆν ἁπλῶς. κουφότατον δὲ, τὸ πῦρ· ἀέρα δὲ, ϗ ὕδωρ, ἄλλοτ' ἄλλως. οἱ Στωϊκοὶ δύο μὲν ἐκ τῶν τεσ-

(1) „ *Xylan.* Post Pythagorae nomen intercidit relatio eius sententiae, quam eamdem Aristotelis fuisse non arbitror.

At in Stobaeo *Pythagorae* hic solum, non *Aristotelis*, nomen habetur; adeoque sententia illa, sive Caussarum divisio, non Aristoteli, sed Pythagorae tribuenda foret. Atque ipsum quoque *Aristotelis* nomen Stobaeus quidem expresserat; sed ut triplicem Caussarum divisionem Platoni probatam, ab Aristotele quoque receptam esse diceret; adeoque in Plutarcho non *Pythagoras*, *& Aristoteles*, sed *Plato*, *& Aristoteles* legendum esset.

(2) Postrema haec verba in Stobaeo desiderantur.

(3) Perspicue hinc etiam apparet Stoicos πνεύματος *spiritus* nomine non incorpoream substantiam quandam; sed tenuissimum solum, atque insensibile corpus intellexisse: quod facile pluribus testimoniis aliis ostendi posset.

C. XII.

Gal. c. VI. § 4. Stob. p. 32.

(4) Quamvis haec Corporis definitio nulli Philosopho tribuatur, sed ab ipso Plutarcho tradita videatur; Stobaeus tamen illam *Chrysippo*, & *Posidonio* adscribit. Epicurus etiam apud Empyricum *adv. Mathem. I. seg.* 21. dixit corpus esse τριχῆ διαςατὸν μετὰ ἀντιτυπίας *trina extensione praeditum, cum resistentia*. Ita Mathematici apud Empyricum ipsum ibi definiunt τριχῆ διαςατὸν *trifariam extensum*. Physici vero ὄγκον ἀντίτυπον *molem resistentem*.

(5) Duae voces istae in Stobaeo desiderantur.

(6) Vox ἁπλῶς in Stobaeo, qui Plutarchum totidem verbis exscripserat, omittitur.

(7) Itaque corrigendus Stobaei textus, ubi de Zenone Stoico loquens ait: οὐ πάντως δὲ σῶμα βάρος ἔχειν. ἀλλὰ βαρῆ εἶναι ἀέρα καὶ πῦρ *non omnino autem corpus* quodlibet *gravitatem habere; sed gravia esse aerem, & ignem* Ibi perspicue certoque pro βαρῆ rescribendum κοῦφα *levia*; nisi potius integra Stoicorum sententia sic exprimatur: ἀλλὰ βαρῆ εἶναι γῆν καὶ ὕδωρ, κοῦφα δὲ εἶναι ἀέρα ϗ πῦρ *sed gravia esse terram, & aquam; levia autem esse aerem, & ignem*: adeoque exscriptor a primo εἶναι ad secundum temere transilierit.

ἀέρων ϛοιχείων κοῦφα, πῦρ, καὶ ἀέρα· δύο δὲ βαρέα, ὕδωρ, καὶ γῆν. κοῦφον γὰρ ὑπάρχει ὃ φύσει οὐ νεύει ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέσου· βαρὺ δὲ τὸ εἰς μέσον. βαρὺ δὲ οὐκ ἔϛι τὸ μέσον. Ἐπίκουρος δὲ, ἀπερίληπτα εἶναι τὰ σώματα· καὶ τὰ πρῶτα δὲ, ἁπλᾶ· τὰ δὲ ἐξ ἐκείνων συγκρίματα πάντα βάρος ἔχειν. κινεῖσθαι δὲ τὰ ἄτομα, τὸ μὲν κατὰ ϛάθμην, τὸ δὲ κατὰ παρέγκλισιν, τὰ δὲ ἄνω κινούμενα, κατὰ πληγὴν, κατὰ παλμόν.

vero, & Aquam aliter alibi *se habere*. STOICI (7) duo quidem ex quatuor Elementis levia *esse dixerunt* Ignem, atque Aërem; duo vero gravia Aquam, & Terram: leve enim est *id*, quod natura *sua, non alieno nutu, vel impulsu* (1), a medio proprio *recedit*; grave vero, quod ad medium *fertur*; medium autem *ipsum* grave non est. EPICURUS autem *existimavit* incomprehensa, *vel infinita* esse corpora; ac prima quidem simplicia *esse*, concretiones vero ex *corporibus* ipsis *formatas* omnes gravitatem habere. Moveri autem Atomos, illas quidem ad perpendiculum, alias vero *oblique, vel* ad declinationem: atque *ex Atomis illis*, quae in sublime feruntur, *alias* ex pulsu; *alias* ex trepidatione, *vel concussione moveri*.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ Ἐλαχίϛων.

ΕΜπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων ϛοιχείων θραύσματα ἐλάχιϛα οἱονεὶ ϛοιχεῖα, πρὶν ϛοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐϛὶ ϛρογγύλα· Ἡράκλειτος ψηγμάτιά τινα ἐλάχιϛα, καὶ ἀμερῆ εἰσάγει.

ΚΕΦ.

CAPUT XIII.

De Minimis.

EMPEDOCLES (2) ante quatuor Elementa fragmenta *quaedam* minima similibus partibus praedita, hoc est rotunda, *fuisse dicit*: *quae* veluti elementa *fuerint* ante Elementa. HERACLITUS *etiam* ramenta quaedam minima (3), *partiumque* expertia introducit.

CA-

(1) Quamvis in editis Plutarchi codicibus hic habeatur οὐ νεύει *non movetur*, perspicuum est tamen particulam οὐ *non* delendam esse. Siquidem ratio, verborumque contextus omnino postulat ut *leve* dicatur illud *quod natura sua a proprio medio movetur*, ac recedit; *grave*, vicissim quod natura sua *ad medium ipsum* vergit, ac impellitur. Particulam quidem ipsam agnovisse videtur Budaeus, adeoque non νεύει, sed νεύσει *nutu* legisse: quippe qui periodum hanc ita reddidit, *Levia enim sunt natura, non nutu a proprio ipsorum medio*. Exinde quoque corrigendus Stobaei textus, in quo legitur κοῦφα γὰρ ὑπάρχει φύσει, ὃ ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέσου.

C XIII.

Gal. c. X. §. 1. Stob. p. 33.

(2) In Stobaeo quoque opinionis huius auctor Empedocles appellatur; sed in Galeno legitur Τινὲς *Quidam*.

(3) Heracliti sententiam Stobaeus totidem omnino verbis expressit; Galenus tamen legit βραχύτατα *brevissima*; atque post vocem εἰσάγει *introducit* voces istas adiungit νοήσει μόνῃ ληπτὰ *cogitatione solum comprehensa*. Ceterum plurima, quae ad hoc Plutarchi Caput, seu *Minima*, spectare possunt, ex III. Plutarchi ipsius Capite desumi debent; ubi de Atomis, ipsorumque assertoribus ille disserit. Id unum opportune monuisse libet quod in Stobaeo *de Minimis* differente Anaxagorae quoque, & Leucippi sententia ita profertur. Ἀναξαγόρας τὰς ἀτόμους πολυσχήμονας· οἱ Λευκίππου τὰς ὁμοιομερεῖς πολυσχήμονας; ubi voces temere transpositae suis in locis reponi debent, ut Anaxagorae quidem ὁμοιομερῆ, Leucippo vero ἄτομα tribuantur; adeoque reddendum est: *Anaxagoras similares partes multiplicis figurae* esse putat; sicuti *& Leucippus atomos* multiplicem variamque figuram habere dixit.

CAPVT XIV.

De Figuris.

FIgura est superficies, & circumscriptio, & extremitas corporis [1]. PYTHAGORICI corpora quatuor Elementorum sphaerica [2] *existimarunt*, solumque Ignem *omnium* supremum conicae, *vel turbinatae* figurae *esse dicunt*.

ΚΕΦ. ΙΔ΄.

Περὶ Σχημάτων.

ΣΧῆμα ἐςὶν ἐπιφάνεια, καὶ περιγραφὴ, ϗ πέρας σώματος. οἱ ἀπὸ Πυθαγόρυ, σφαιρικὰ τὰ σώματα τῶν τεττάρων ςοιχείων, μόνον δὲ τὸ ἀνώτατον πῦρ κωνοειδές.

CAPVT XV.

De Coloribus.

COlor est visibilis qualitas corporis. PYTHAGORICI colorem vocarunt superficiem corporis. EMPEDOCLES id, quod poris visus congruit. PLATO flammam a corporibus *exeuntem* partes visui commensuratas habentem. ZENO Stoicus primas materiae figuras *sive texturas & ordines* colores esse *putavit*. PYTHAGORICI colorum genera album, & nigrum, rubrum, pallidum *esse dicunt*, illorumqne discrimina ex variis Elementorum mixturis *oriri*; atque animalium *colores* ex *ipsa* quoque locorum [3], atque aeris varietate pendere.

ΚΕΦ. ΙΕ΄.

Περὶ Χρωμάτων.

ΧΡῶμα ἐςὶ ποιότης σώματος ὁρατή, οἱ Πυθαγορικοὶ χροιὰν ἀνεκάλουν τὴν ἐπιφάνειαν τῦ σώματος· Ἐμπεδοκλῆς τὸ τοῖς πόροις τῆς ὄψεως ἐναρμόττον· Πλάτων φλόγα ἀπὸ τῶν σωμάτων, σύμμετρα μόρια ἔχουσαν πρὸς τὴν ὄψιν. Ζήνων ὁ Στωϊκὸς τὰ χρώματα πρώτυς εἶναι σχηματισμοὺς τῆς ὕλης. οἱ ἀπὸ Πυθαγόρυ τὰ γένη τῶν χρωμάτων, λευκόν τε ϗ μέλαν, ἐρυθρὸν, ὠχρὸν· τὰς δὲ διαφόρας τῶν χρωμάτων παρὰ τὰς ποιὰς μίξεις τῶν ςοιχείων· τὰς δὲ τῶν ζώων ϗ παρὰ τὰς ποικιλίας τῶν τροπῶν, ϗ τῶν ἀέρων.

C. XIV.

Gal. c. VI. §. 5.

(1) Figurae definitio, quae nulli certe Philosopho hic adscribitur, in Stobaei textu prorsus omittitur.

(2) Quamvis haec ipsa Pythagoricorum opinio eadem prorsus ratione in Stobaeo quoque exprimatur; perspicuum est tamen Plutarchum ipsum hic decipi, sibique non constare. Etenim Lib II c 6 describens figuras, quas singulis Elementorum partibus Pythagorici tribuebant, nitide, diserteque docet *cubicam* ab illis figuram *Terrae*, *pyramidalem* Igni, *octaedricam* Aeri, *dodecaedricam* Vniversi sphaerae concessam esse: ut fac le proinde intelligi componique non possit qui *conoidalem* igni, sphaericam vero figuram Elementis aliis adscripserit Sic etiam Plato, quem Plutarchus Lib. II c. 6 dicit Pythagoram imitari, apud Laertium docet Lib. III. §. 80. Πυρὸς μὲν εἶναι ςοιχεῖον πυραμίδα, ἀέρος τὸ ὀκτάεδρον, ὕδατος τὸ εἰκοσάεδρον, γῆς δὲ κύβον· ὅθεν μήτε γῆν εἰς ταῦτα μεταβάλλειν, μήτε ταῦτα εἰς γῆν: *Ignis elementum esse pyramidem, Aeris corpus octo laterum; Aquae, corpus viginti laterum; Terrae autem cubum: adeoque neque Terram in ista mutari, neque in Terram ista converti.* Vide Apuleium *De Dogmat Platon.* Denique Cleanthes Stoicus Pythagoram imitatus apud Stobaeum τὸ πῦρ ἀπεφήνατο κωνοειδὲς *Ignem dixit conica figura praeditum esse*; sed nihil tamen de Elementis aliis adiecit.

C. XV.

Gal. c. X. §. 2. Stob. p. 35.

(3) *Xylander*„ Pro τροπῶν legendum dico τόπων. „ Nota est, ne longum faciam, Hippocratici Libelli „ hac de re inscriptio

Quamvis tamen Hippocratis Liber περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, *de aeribus, aquis, locis* inscribatur; fieri fortasse potest ut Aldinus codex verae lectionis vestigia nobis servaverit; atque in Plutarcho non τόπων, sed τροφῶν *ciborum* legendum sit.

Κ Ε Φ. ΙϚ.

Περὶ τομῆς Σωμάτων.

ΟΙ' ἀπὸ Θάλεω, ϗ Πυθαγόρου παθητὰ σώματα, ϗ τμετὰ εἰς ἄπειρον· ἢ τὰς ἀτόμους, ἢ τὰ ἀμερῆ ἵςασθαι, ϗ μὴ εἰς ἄπειρον εἶναι τὴν τομήν· Ἀριστοτέλης δυνάμει μὲν εἰς ἄπειρον, ἐντελεχείᾳ δὲ οὐδαμῶς.

CAPVT XVI.

De Divisione Corporum.

THaletis (1), atque Pythagorae sectatores corpora perpessioni obnoxia, & in infinitum quoque divisibilia *dixerunt*, vel Atomos, sive partium expertia (2) *corpora* consistere, neque divisionem *in illis* in infinitum abire posse. Aristoteles *autem existimavit corpora* potentia quidem in infinitum *dividi posse*, actu vero nequaquam.

Κ Ε Φ. ΙΖ.

Περὶ Μίξεως, ϗ Κράσεως.

ΟΙ' μὲν ἀρχαῖοι τὰς τῶν ςοιχείων μίξεις κατ' ἀλλοίωσιν· οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν, ϗ Δημόκριτον κατὰ παράθεσιν· Εμπεδοκλῆς δὲ ἐκ μικροτέρων ὄγ-

CAPVT XVII.

De Mixtione, & Temperatione.

VEteres (3) quidem Elementorum mixtiones, qualitatum mutatione, *fieri dixerunt*. Anaxagoras vero, ac Democritvs *partium textura, vel* appositione,

C. XVI.

Stob. p. 33.

(1) Totidem omnino verbis Thaletis, aliorumque sententiam expressit Stobaeus; sed postrema verba post ἄπειρον in illo desiderantur. Mirari vero quis possit quid Xylander oppositam prorsus sententiam Philosophis istis adscripserit ubi interpretatur: *Thaletis, & Pythagorae sectatores negant in infinitum progredi sectionem eorum corporum, quae motibus sunt obnoxia; sed subsistere in iis, quae individua sunt, & atomi dicuntur*. Propius ad Philosophorum illorum, adeoque Plutarchi, mentem accessisse videtur Budaeus, qui Philosophos Thaletis, atque Pythagorae sectatores duas in classes distinguit; adeoque reddit: *Qui Thaletis, Pythagoraeque vestigiis insistunt, patibilia corpora in infinitum sectilia dicunt. Alii individua, impartibilia huiusmodi esse negant, nec ad infinitum sectionem procedere*; quemadmodum prorsus Cruserius interpretatur: *Thalis, & Pythagorae successores patibilia corpora, & in infinitum sectilia. Alii corpuscula insectilia, & individua consistere; neque esse eorum in infinitum sectionem*. Gassendus autem Plutarchi locum mutilum ac hiulcum esse putavit, ideoque rescribendum existimat ... τμητὰ εἰς ἄπειρον Δημόκριτος δὲ, καὶ Ἐπίκουρος τὰς ἀτόμους *divisibilia in infinitum. Democritus vero, & Epicurus atomos &c.* eamque lectionem, addito Democriti, & Epicuri nomine Amiotus ipse receperat.

(2) Nullus dubito quin Democritus etiam, qui τὰς ἀτόμους, καὶ τὰ ἀμερῆ *atomos, atque partium expertia corpora* & ipse admisit, eadem corpora insectilia dixerit. Itaque in Stobaeo ubi depravate nunc legitur Δημόκριτος ἔλεγε περὶ τὰ μέρη ἵστασθαι την τομην *Democritus dixit circa partes*, vel in partibus, *sectionem desinere*, rescribi debet περὶ τὰ ἀμερῆ *in corporibus partium expertibus*.

C. XVII.

Gal. c. X. §. 4. Stob. p. 36.

(3) Plutarchus hic habet οἱ μὲν ἀρχαῖοι *veteres*, Stobaeus legit Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ κρᾶσιν εἶναι τὴν τῶν στοιχείων μίξιν, *Thales, eiusque successores temperationem esse dicunt Elementorum mixtiones*. Quumque ille *Anaxagorae*, ac *Democriti* nomen omiserit, sententiam illam, quae a Plutarcho Philosophis istis tribuitur, eidem Thaleti, eiusque sectatoribus adscribere videtur. Itaque mutilum Stobaei locum ex Plutarcho supplevit Canterus.

ne. EMPEDOCLES (1) autem ex minoribus molibus (2) Elementa componit, quae minima sunt, ac veluti elementa elementorum. PLATO tria quidem corpora (3) (non enim ipsa proprie Elementa esse, vel appellari vult) Ignem *nempe*, Aerem, Aquam, in se mutuo converti; Terram vero in illorum aliquod mutari, *sive converti* non posse.

ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει, ἅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα, καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων. Πλάτων μὲν τρία σώματα (οὐ γὰρ θέλει κυρίως αὐτὰ εἶναι στοιχεῖα, ἢ προσονομάζειν) τρεπτὰ εἰς ἄλληλα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ· τὴν δὲ γῆν, εἰς τι τούτων ἀμετάβλητον.

CAPVT XVIII.

De Vacuo.

PHysici omnes a THALETE (4) ad PLATONEM (5) usque Vacuum ignorarunt (6). EMPEDOCLES *ait* (7): Nihil Vniversi vacuum est, sive abundans. LEVCIPPVS, DEMOCRITVS, DEMETRIVS, METRODORVS, EPICVRVS Atomos quidem multitudine infinitas *esse dixerunt*; Vacuum vero magnitudine infinitum. STOICI (8) intra Mundum

ΚΕΦ. ΙΗ.

Περὶ Κενοῦ.

ΟἹ ἀπὸ Θάλεω φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος τὸ κενὸν ἀπέγνωσαν. Ἐμπεδοκλῆς, Οὐδὲν τι τοῦ παντὸς κενὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν. Λεύκιππος, Δημόκριτος, Δημήτριος, Μητρόδωρος, Ἐπίκουρος, τὰ μὲν ἄτομα, ἄπειρα τῷ πλήθει· τὸ δὲ κενὸν ἄπειρον

(1) *Empedoclis* nomini *Xenocratis* etiam a Stobaeo adiungitur. Minima vero corpuscula, quibus Elementa componi dixit Empedocles, alterari, mutari, vel invicem converti non posse putabat, ut Aristoteles asserit *de Generat. I. tex. 2. & II. tex. 38. & I. Physic. tex 15. & I. Meteor. c. 3.*

(2) Nescio qui Cruserius μικροτέρων ὄγκων interpretetur *minimis modis*.

(3) Integrae voces illae parenthesi inclusae in Stobaeo desiderantur; nec ostendi facile poterit Igni, Aeri, atque Aquae *elementi* nomen a Platone negatum esse. Videndus Alcinous *de doctr. Plat. c. 12.* Consule superius dicta in Cap. III.

C. XVIII.

Gal. C X. § 4 Stob. p. 38.

(4) Galenus neque Thaletem, neque ipsius sententiam hanc memorat; sed ibi legit οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου ἐν τῷ κόσμῳ κενὸν εἶναι λέγουσι *Pythagorici in Mundo vacuum esse dicunt*.

(5) Stobaeus voces istas μέχρι Πλάτωνος *usque ad Platonem* omisit. Perspicuum tamen est ex eodem Stobaeo Platonem dixisse κενὸν μὴ εἶναι μήτε ἐκτὸς τοῦ κόσμου, μήτε ἐν τῷ κόσμῳ *Vacuum non esse neque extra Mundum, neque in Mundo*; idque a Platone sic in Timaeo demonstratur: ἡ τοῦ παντὸς περίοδος, ἐπειδὴ συμπεριέλαβε τὰ γένη, κυκλοτερὴς οὖσα, καὶ πρὸς αὑτὴν πεφυκυῖα βούλεσθαι ξυνιέναι σφίγγει πάντα, καὶ κενὴν χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι *Vniversae Naturae circuitus, quum circulari ambitu suo genera complexus sit, & secum ipse congredi studeat, constringit omnia, locumque vacuum relinqui nusquam patitur*. Ac certe Timaeus ipse, ex quo suas de Vniverso opiniones excerpserat Plato, dicit: ἅπαντα δ' ὦν πλήρη ἐντὶ, οὐδὲν κενὸν ἀπολείποντα *omnia igitur plena sunt, nec vacui quidquam relinquunt*.

(6) Itaque perspicue, certoque corrigendus Stobaeus, in quo legitur ἐπέγνωσαν *agnoverunt*. Quamvis enim plurimi ex Veteribus vacuum admiserint; perspicue tamen Plutarchi mens fuit quod Veteres illud ignorarunt. Ita Zeno Eleates apud Laertium IX. *f. 29.* ait κενὸν μὴ εἶναι *vacuum non esse*.

(7) *Xylander* „ Οὐδὲν τι τοῦ παντός. Notissimum „ est Empedoclem versibus suam Physiologiam scri„ psisse. Itaque sic legerem

οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν

„ aut κεινὸν, ut apud Homerum . . . Κεῖν' ὄχεα,

Quamvis tamen Plutarchus, eiusque Interpretes omnes Empedoclis verba de *Vacuo* intellexerint; vereor ne Philosophus ille κενοῦ nomine *imperfectum, deficiens, inutile, vanum* intellexerit; ut alii, veluti contrario, περισσὸν *abundans, excedens, superfluum* opponat, sive περισσὸν ipsum τῷ κενῷ veluti synonymum adiecerit.

(8) Eadem prorsus in Stobaeo reperiuntur; nisi quod

ρον τῷ μεγέθει. Οἱ Στωϊκοὶ ἐντὸς τῦ κόσμυ ὐδὲν εἶναι κενὸν, ἔξωθεν δ' αὐτῦ ἄπειρον. Ἀριστοτέλης τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τῦ κόσμου, ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν· εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον.

dum Vacuum nullum esse; extra ipsum vero infinitum. Aristoteles (1) tantum Vacui extra Mundum esse, ut Caelum respirare *possit*; siquidem *Caelum* ipsum igneum esse.

ΚΕΦ. ΙΘ.

Περὶ Τόπυ.

Πλάτων τὸ μεταληπτικὸν τῶν εἰδῶν, ὅπερ εἴρηκε μεταφορικῶς τὴν ὕλην, καθάπερ τινὰ τιθηνὴν, καὶ δεξαμενήν. Ἀριστοτέλης τὸ ἔσχατον τῦ περιέχοντος συνάπτον τῷ περιεχομένῳ.

CAPVT XIX.

De Loco.

Plato *Locum id esse dixit*, quod formas recipere, *unamque post aliam assumere* potest; *ideoque* Materiam *sic* metaphorice *Locum* vocavit, veluti nutricem quamdam, ac susceptricem (2). Aristoteles (3) *Locum esse putavit* extremitatem continentis *corporis* contiguam contento.

ΚΕΦ. E 2 CA-

quod in ipso legitur non οἱ Στωϊκοὶ *Stoici*, sed Ζήνων, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ *Zeno*, *&* *qui ab illo* instituti sunt, Stoici. Et certe quidem opinionem hanc Stoicis omnibus communem fuisse Plutarchus ipse demonstrat in Libro *adv. Stoicos & de repugnant. Stoicor.* Laertius *VII. §. 140.* Empyricus *adv. Logicos I. §. 214.*

(1) Locum hunc mirifice depravatum esse nemo non videt; quum Aristoteli opinio quaedam temere hic affingatur, quae prorsus ab illius sententia abhorret. Veram Plutarchi lectionem a Stobaeo nobis conservatam esse putaverim, in quo legitur: Ἀριστοτέλης ἐν τετάρτῳ Φυσικῆς Ἀκροάσεως γράφει: εἶναι δὲ φασὶ οἱ Πυθαγόρειοι κενὸν, καὶ ἐπεισιέναι ἐν ταυτῷ τῷ οὐρανῷ ἐκ τῦ ἀπείρυ πνεύματος, ὡς ἀναπνέοντι: *Aristoteles IV. Physicorum sic ait: Vacuum in Caelo ponunt Pythagorei, tanquam illud ex eo spiritum ducat.* Itaque non Plutarchi, sed exscriptoris vitio sententia illa in hoc Plutarchi loco Aristoteli veluti auctori tribuitur, quam Aristoteles ipse de Pythagoricis traditam esse memoravit. Ac certe quidem Aristoteles *IV. Physic. c. 8. tex. 56. ait:* εἶναι δ' ἔφασαν καὶ οἱ Πυθαγόρειοι κενὸν, καὶ ἐπεισιέναι αὐτὸ τῷ οὐρανῷ ἐκ τοῦ ἀπείρου πνεύματος, ὡς ἀναπνέοντι . . . καὶ τοῦτ' εἶναι πρῶτον ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· τὸ γὰρ κενὸν διορίζειν τὴν φύσιν αὐτῶν *Pythagorei quoque dixerunt esse Inane: & in Caelum quasi respiret, ingredi ex infinito spiritu . . . & hoc esse primum in numeris: inane enim distinguere eorum naturam.* Ubi vides luxatum vitiatumque Stobaei textum ex Aristotele corrigendum esse.

C. XIX.

Stob. p. 38. 39.

(2) *Xylander* „ Lego δεξαμένην. Sic Aldus*, &
„ Manuscriptus, non δεξαμενήν. quid intersit, no-
„ tum est; itaque & supra legendum Cap. 9.

Stobaeus paullo aliter, & quidem, ut opinor, accuratius: τὸ τοῦ περιέχοντος πέρας ἀκίνητον *continentis* corporis *extremitatem immobilem*; etenim Aristoteles hanc etiam Loci affectionem, seu characterem expressit *Phys. IV. c. 6. tex. 26.* quod nempe Locus *immobilis esse debeat.*

CAPVT XX.

De Regione, seu receptaculo.

STOICI, & EPICVRVS Vacuum, Locum, Regionem *inter se* differre putarunt. Et Vacuum quidem esse privationem corporis; Locum vero *esse id*, quod occupatur a corpore; ac Regionem esse, quae *non tota*, *sed* ex parte *solum*, occupatur, ut (1) dolium a vino.

CAPVT XXI.

De Tempore.

PYTHAGORAS Tempus esse *putavit* sphaeram continentis (2) *corporis*. PLATO (3) mobilem aeternitatis *imaginem*; vel *durationem*, *sive* extensionem motus Mundi. ERATOSTHENES Solis motum.

CAPVT XXII.

De natura Temporis.

PLATO (4) naturam Temporis *esse putavit* Caeli motum. STOICORVM plures motum ipsum. *Philosophi* plures inge-

ΚΕΦ. Κ.

Περὶ Χώρας.

ΟΙ Στωϊκοὶ, καὶ Ἐπίκουρος διαφέρειν κενὸν, τόπον, χώραν· καὶ τὸ μὲν κενὸν εἶναι ἐρημίαν σώματος· τὸν δὲ τόπον, τὸ ἐχόμενον ὑπὸ τοῦ σώματος· τὴν δὲ χώραν, τὸ ἐκ μέρους ἐχόμενον, ὥσπερ ἐπὶ τῆς τοῦ οἴνου πιθάκνης.

ΚΕΦ. ΚΑ.

Περὶ Χρόνου.

ΠΥθαγόρας τὸν χρόνον τὴν σφαῖραν τοῦ περιέχοντος εἶναι· Πλάτων αἰῶνος εἰκόνα κινητὴν, ἢ διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως· Ἐρατοσθένης τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Περὶ οὐσίας Χρόνου.

ΠΛάτων οὐσίαν χρόνου τὴν τοῦ οὐρανοῦ κίνησιν· οἱ πλείους τῶν Στωϊκῶν αὐ-

C. XX.

Gal. X. §. 5. Stob. p. 38 39.

(1) Haec ultima verba in Stobaeo, qui superiora tamen accurate exscripserat, omittuntur.

C. XXI.

Gal. C. X § 5. Stob. p. 19 20. 21.

(2) Quamvis haec Plutarchi lectio ferri possit, longe tamen concinnius, & accuratius in Galeno legitur: περιέχοντος ἡμᾶς οὐρανοῦ *continentis nos Caeli*; duasque voces illas ex Plutarcho excidisse putaverim, Aristoteles *IV. Phys. c.* 10. ait quod οἱ μὲν τὸν χρόνον τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν εἶναί φασιν, οἱ δὲ τὴν σφαῖραν αὐτήν *alii quidem Tempus Universi motum esse dicunt; alii vero sphaeram ipsam*, ubi Simplicius primam quidem Platoni, alteram vero sententiam Pythagorae adscribit.

(3) Vtramque Platonis opinionem ita expressit Laert. Lib. *III. §.* 73, Χρόνον γενέσθαι εἰκόνα τοῦ ἀϊδίου . . . . τὴν δὲ τοῦ οὐρανοῦ φορὰν χρόνον εἶναι . . . . . διόπερ ἄνευ τῆς τοῦ κόσμου φύσεως οὐκ εἶναι χρόνον, ἅμα γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν, καὶ χρόνον εἶναι. *Tempus sempiterni imaginem factum esse. . . Caeli autem motum Tempus esse. . . . Idcirco absque Mundi natura non constare Tempus. Simul enim atque conditus fuerit & Tempus illi adfuisse*. Itaque Plato in Timaeo tempus aliquando *genitum esse*, sive caepisse docet; quod nimirum illud una cum Caeli motu originem acceperit.

C. XXII.

Gal. c. X. §. 7. Stob. p. 10. 11.

(4) Stobaeus periochem istam omisit; quod nimirum eadem fere Platonis sententia in superiori Capite expressa iam fuerit. Galenus autem ait Πλάτων τὴν πορείαν ταύτην ἡλίου *Plato motum hunc Solis*.

αὐτὴν τὴν κίνησιν· κ̔ οἱ μὲν πλείους ἀγέννητον τὸν χρόνον, Πλάτων δὲ γεννητὸν κατ' ἐπίνοιαν.

genitum *esse* Tempus *dixerunt*; Plato vero genitum iuxta intelligentiam (1) *nostram existimavit*.

Κ Ε Φ. ΚΓ.

Περὶ Κινήσεως.

ΠΥθαγόρας, Πλάτων κίνησιν, ἐςὶ διαφοράτις. ἢ ἑτερότης ἐν ὕλῃ. Αριςοτέλης, ἐντελέχεια κινητοῦ. Δημόκριτος, ἓν γένος τῆς κινήσεως, τὸ κατὰ πλάγιον· Επίκυρος δύο εἴδη τῆς κινήσεως, τὸ κατὰ ςάθμην, κ̔ τὸ κατὰ παρέγκλισιν· Ηρόφιλος κινήσεως τὴν μὲν λόγῳ θεωρητὴν, τὴν δὲ αἰσθητήν. Ηράκλειτος ἠρεμίαν μὲν, κ̔ ςάσιν ἐκ τῶν ὅλων ἀνῄρει· (ἔςι γὰρ τῦτο τῶν νεκρῶν) κίνησιν δὲ ἀΐδιον μὲν τοῖς ἀϊδίοις, φθαρτὴν δὲ τοῖς φθαρτοῖς·

C A P V T XXIII.

De Motu.

PYthagoras (2), *&* Plato, *ait*: Motus est differentia quaedam, vel alteratio in materia. Aristoteles *ait quod Motus est actus mobilis*, *sive* perfectio (3) illius, quod movetur. Democritus unicum Motus genus, *vel* obliquum (4) *admisit*. Epicurus duas Motus species; *nimirum* ad perpendiculum, & ad declinationem. Herophilus hunc quidem Motum ratione, hunc vero *etiam* sensu percipi, *cognoscique* posse (5). Heraclitus (6) quietem quidem, ac permanentiam ex *corporibus* omnibus aufert; quum illa mortuorum sit: perennem vero Motum perennibus; interiturum vero interituris *concedit*.

ΚΕΦ. CA-

(1) Ita prorsus ex Epicuri sententia Lucretius *Lib. I. ver.* 460.

Tempus item per se non est; sed rebus ab ipsis
Consequitur sensus . . . .
Nec per se quemquam Tempus sentire fatendum est
Semotum a rerum motu, placidaque quiete.

C. XXIII.

.VI. §. 3. Stob. p. 40.

(2) Pythagorae quidem opinionem hanc tribuit etiam Stobaeus; sed *Platonis* tamen ibi nomen omittit.

(3) Stobaeus hic legit: ἐνέργειαν εἶναι τοῦ δυνάμει κινητοῦ, ἢ κινητὸν *actum esse eius, quod potentia mobile est, qua mobile est*. Celebrem autem hanc Motus definitionem tradidit Aristoteles *Phys. III. c. 1. tex. 4. & cap. 3. tex. 1.*

(4) Stobaeus τὸ κατα παλμόν.

(5) Herophili quidem sententiam iisdem verbis expressit Stobaeus; sed repente tamen adiecit: Ἀσκληπιάδης πᾶσαν κίνησιν αἰσθητὴν *Asclepiades Motum omnem sensibilem* esse dixit

( ) Pressius haec a Stobaeo proferuntur; etenim post vocem ἀνῄρει *aufert*, sublata parenthesi repente subdit: κίνησιν δὲ τοῖς πᾶσιν ἀπεδίδου *motum vero corporibus omnibus tribuit*; sicuti Aristoteles *de Anima I. c. 2.* de Heraclito loquens ait ἐν κινήσει δ' εἶναι τὰ ὄντα κἀκεῖνος ᾤετο, καὶ οἱ πολλοί. *moveri autem res universas & ipse, & alii complures arbitrabantur*.

CAPVT XXIV.

De Generatione, & Corruptione.

PARMENIDES, MELISSVS, ZENO (1) generationem, corruptionemque *rerum* sustulerunt propterea quod Vniversum immobile, *sive immutabile* existimarunt. EMPEDOCLES (2) autem, & EPICVRVS, & omnes quicumque ex minutorum corporum concursu (3), *vel concretione* Mundum componunt, concretiones quidem, ac discretiones introducunt; generationes vero, & corruptiones non proprie (4). Neque enim *generationes istae ex illorum sententia* secundum qualitatem ex alteratione; sed ex concretione *solum* secundum quantitatem (5) fiunt. PYTHAGORAS (6) & omnes quicumque materiam perpessionis capacem supponunt, generationem, & corruptionem proprie, *rigoroseque* fieri *dicunt*; res enim ex alteratione, & conversione, & resolutione Elementorum fieri *existimant*.

CA-

ΚΕΦ. ΚΔ.

Περὶ Γενέσεως, κ̀ Φθορᾶς.

ΠΑρμενίδης, Μέλισσος, Ζήνων ἀνῇρων γένεσιν, κ̀ φθορὰν, διὰ τὸ νομίζειν τὸ πᾶν ἀκίνητον. Ἐμπεδοκλῆς δὲ, καὶ Ἐπίκουρος, κ̀ πάντες ὅσοι μετὰ συναθροισμὸν τῶν λεπτομερῶν σωμάτων κοσμοποιοῦσι, κ̀ συγκρίσεις μὲν, κ̀ διακρίσεις εἰσάγουσι, γενέσεις δὲ κ̀ φθορὰς οὐ κυρίως· οὐ γὰρ κατὰ ποιὸν ἐξ ἀλλοιώσεως, κατὰ δὲ ποσὸν ἐκ συναθροισμοῦ ταύτας γίνεσθαι. Πυθαγόρας, καὶ πάντες ὅσοι παθητὴν τὴν ὕλην ὑποτίθενται, κυρίως γένεσιν, κ̀ φθορὰν γίνεσθαι. ἐκ γὰρ ἀλλοιώσεως στοιχείων, κ̀ τροπῆς, καὶ ἀναλύσεως ταῦτα γίνεσθαι.

ΚΕΦ.

C. XXIV.

Gal. c. X. §. 8. Stob. p. 43.

(1) Hic a Stobaeo quidem omittitur, fortasse quod ille Plutarchum de Zenone Stoico hic loqui coniecerit, cui Parmenidis, ac Melissi opinio communis esse non poterat. Sed de Zenone Eleate res est, qui Parmenidis, aliorumque sententias admisit. Ceterum ita Parmenidis, ac Melissi opinionem Aristoteles expressit *Lib. III. de Caelo c. 1.* οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀνεῖλον ὅλως γένεσιν, καὶ φθοράν· οὐθὲν γὰρ οὔτε γίγνεσθαί φασιν, οὔτε φθείρεσθαι τῶν ὄντων· ἀλλὰ μόνον δοκεῖν ἡμῖν, οἷον οἱ περὶ Μέλισσόν τε, καὶ Παρμενίδην: *Quidam enim ipsorum generationem e medio, corruptionemque tollunt. Nihil enim eorum, quae sunt, generari, aut corrumpi; sed solum ita nobis videri dicunt; ut Melissus, atque Parmenides.* Videndus Empyricus *Pyrrhon. Hypothes. Lib. III. c. 8.*

(2) Stobaeus Empedocli, & Epicuro *Anaxagoram* quoque, & *Democritum* diserte adiungit. Ac certe Aristoteles *de Generat. I. tex. I.* dicit quod Anaxagoras τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόει *propriam* generationis *vocem ignoravit*.

(3) *Xylander* „ κατὰ συναθροισμὸν lego ex Ma„ nuscripto. Noster, & Aldus μετὰ. Praepositio hic „ locum non habens, & pro altera, ob notarum si„ militudinem κατὰ, & μετὰ, introducta.

Certe in Stobaeo quoque legitur ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν *quicumque iuxta concursum*.

(4) Quamvis hic Galenus habeat οἰκείως *apte, apposite*, nihil tamen in Plutarchi textu mutaverim; quum praesertim mox κυρίως apud Galenum ipsum occurrat.

(5) Galenus paullo uberius, & accuratius ἀλλὰ κατὰ παράθεσιν, καὶ συναθροισμὸν γίγνεται τὰ πάντα *sed iuxta additionem, & concretionem fiunt universa*.

(6) Haec in Stobaeo sic efferuntur, καὶ ἀναλύσεως, γενέσεως, καὶ φθορᾶς παράθεσιν, καὶ μῖξιν, κρᾶσίν τε, καὶ σύγκρισιν γίγνεσθαι *& ex dissolutione generationis, & corruptionis, compositionem, mixtionem, temperationem, & confusionem statuunt*. Sed ipsa tamen sensus perspicuitas exigit, ut in Stobaeo non γενέσεως, καὶ φθορᾶς *generationis, & corruptionis*, sed γενέσεις, καὶ φθορὰς *generationes, & corruptiones* legatur; ideoque in Philosophorum illorum sententia ortus ipse, atque interitus, ceteraeque mutationes omnes ex Elementorum unione, ac dissolutione producantur.

Κ Ε Φ. ΚΕ.

Περὶ Ἀνάγκης.

Θαλῆς, Ἰσχυρότατον ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ τοῦ παντός· Πυθαγόρας ἀνάγκην ἔφη περικεῖσθαι τῷ κόσμῳ· Παρμενίδης, ϗ Δημόκριτος πάντα κατὰ ἀνάγκην· τὴν αὐτὴν δὲ εἶναι καὶ εἱμαρμένην, ϗ δίκην, ϗ πρόνοιαν, ϗ κοσμοποιόν.

CAPVT XXV.

De Necessitate.

Thales *ait*; (1) validissima *est* Necessitas; siquidem omnia superat, *vel Universo dominatur*. Pythagoras Necessitatem dixit Mundo circumpositam esse. Parmenides, (2) atque Democritvs omnia iuxta Necessitatem *fieri*; ipsamque eamdem esse & Fatum, & Iustitiam, & Providentiam, Mundique opificem.

Κ Ε Φ. ΚϚ.

Περὶ οὐσίας Ἀνάγκης.

Πλάτων τὰ μὲν εἰς πρόνοιαν ἄγει, τὰ δὲ εἰς ἀνάγκην. Ἐμπεδοκλῆς οὐσίαν ἀνάγκης αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν, ϗ τῶν στοιχείων. Δημόκριτος τὴν ἀντιτυπίαν, ϗ τὴν φθορὰν, ϗ πληγὴν τῆς ὕλης· Πλάτων ὁτὲ μὲν τὴν ὕλην, ὁτὲ δὲ τὴν τοῦ ποιοῦντος πρὸς τὴν ὕλην σχέσιν.

ΚΕΦ.

CAPVT XXVI.

De Natura Necessitatis.

Plato (3) nonnulla quidem ad Providentiam refert, alia vero ad Necessitatem. Empedocles naturam Necessitatis *esse dicit* caussam, quae Principiis, ac Elementis utitur *ad operandum*. Democritvs renisum, motionem (4), impulsumque materiae. Plato aliquando quidem Materiam, aliquando vero operantis habitudinem, *ordinem*, *sive respectum* ad Materiam *Necessitatem esse putavit*.

CA-

C. XI.

Gal c. X. §. 9. Stob. p. 15. 16.

(1) Celebre hoc Thaletis effatum ita cum aliis a Laertio profertur *Lib. I. seg.* 35. Πρεσβύτατον τῶν ὄντων, Θεός. ἀγένητον γάρ. κάλλιστον, κόσμος, ποίημα γὰρ Θεοῦ. μέγιστον, τόπος· ἅπαντα γὰρ χωρεῖ· τάχιστον, νοῦς· διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. ἰσχυρότατον ἀνάγκη. κρατεῖ γὰρ πάντων· σοφώτατον, χρόνος, ἀνευρίσκει γὰρ πάντα: *Antiquissimum eorum omnium, quae sunt, Deus; ingenitus enim. Pulcherrimum Mundus, a Deo enim factus est. Maximum locus, capit enim omnia. Velocissimum mens; nam per universa discurrit. Fortissimum necessitas; cuncta enim superat. Sapientissimum tempus, invenit namque omnia.* Itaque pro παντὸς *Universi*, vel *cuiuslibet*, quod in Plutarcho legitur, πάντων *omnium* rescriberem, prorsus ut in Stobaeo quoque reperitur. Ceterum de variis istis Thaletis dictis videndus Plutarchus in *Conviv. VII. Sapient.*

(2) Philosophis istis in Stobaei textu *Leucippus* etiam adiungitur.

C. XXVI.

Gal. c. X. §. 10. Stob p. 11.

(3) Graecus Stobaei textus hic corrigi, suppleríque debet. Etenim in ipso legitur: τὰ μὲν εἰς πρόνοιαν ἀνάγκην, αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν, καὶ τῶν στοιχείων *haec quidem in Providentiam Necessitatem, caussam, quae utitur Principiis, ac Elementis*. Itaque restituendum: τὰ μὲν εἰς πρόνοιαν, τὰ δὲ εἰς ἀνάγκην. εἶναι δὲ ἀνάγκην &c *haec quidem in Providentiam refert, haec vero in Necessitatem: esse vero Necessitatem &c.* Siquidem mox Stobaeus ipse Empedocls opinionem eodem prorsus modo describit, qui in Plutarcho reperitur.

(4) *Xylander*, Καὶ τὴν φθορὰν legitur, evidenti „ falsitate. Certe φορὰν scribi debuisse, e re ipsa li„ quet.

Galenus etiam legerat φορὰν *motionem*, sed insequentem vocem πληγὴν *impulsum* omiserat; Stobaeus autem *Democriti* nomen, eiusque sententiam praeteriit.

CAPVT XXVII.

De Fato.

HERACLITVS omnia iuxta Fatum *fieri di ait;* ipsumque *Fatum* esse etiam Necessitatem. PLATO (1) Fatum quidem super humanam vitam, animumque admittit; *sed tamen* insuper etiam adducit caussam ex nobis *ipsis profectam*. STOICI cum PLATONE conveniunt; ac Necessitatem quidem immobilem, *insuperabilem*, violentamque caussam *esse* dicunt; Fatum vero complexum ordinatum caussarum; in quo complexu ea quoque *caussa* contineatur, quae in nobis est; unde quaedam quidem fatalia, alia vero non fatalia sunt.

Κ Ε Φ. ΚΖ.

Περὶ Εἱμαρμένης.

Ἡράκλειτος πάντα καθ' εἱμαρμένην, τὴν δὲ αὐτὴν ὑπάρχειν κ̀ ἀνάγκην. Πλάτων ἐγκρίνει μὲν τὴν εἱμαρμένην ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, κ̀ βίων, συνεισάγει δὲ καὶ τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν. οἱ Στωϊκοὶ Πλάτωνι ἐμφερῶς, κ̀ τὴν μὲν ἀνάγκην ἀνίκητόν φασιν αἰτίαν, κ̀ βιαστικήν· τὴν δὲ εἱμαρμένην συμπλοκὴν αἰτιῶν τεταγμένην, ἐν ᾗ συμπλοκῇ κ̀ τὸ παρ' ἡμᾶς· ὥστε τὰ μὲν εἱμάρθαι, τὰ δὲ ἀνειμάρθαι.

CAPVT XXVIII.

De natura Fati.

HERACLITVS Fati naturam *esse dixit mentem, aut* rationem, quae Vniversi substantiam pervadit; ipsum vero *Fatum* aethereum corpus esse, *veluti* semen (2) generationis Vniversi. PLATO perennem rationem, perennemque legem naturae Vniversi. CHRYSIPPVS (3) spiritalem vim Vniversum ordine administrantem; ac rursus in Definitionibus *ait*: Fatum est Mundi ratio, vel lex illorum, quae in Mundo sunt

Κ Ε Φ. ΚΗ.

Περὶ οὐσίας Εἱμαρμένης.

Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης λόγον τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα· αὕτη δέ ἐστι τὸ αἰθέριον σῶμα, σπέρμα τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως. Πλάτων λόγον ἀΐδιον, κ̀ νόμον ἀΐδιον τῆς τοῦ παντὸς φύσεως· Χρύσιππος δύναμιν πνευματικὴν τάξει τοῦ παντὸς διοικητικήν. κ̀ πάλιν ἐν τοῖς ὅροις, Εἱμαρ-

C. XXVII.

Stob. p. 12.

(1) Quamvis hic *Platonis*, simulque *Stoicorum* nomen, ac opinio a Stobaeo omissa fuerit: perspicuum tamen est in Platonis sententia humanae voluntatis actus a Fato, simulque a libero ipsius arbitrio oriri Etenim Plato in Timaeo docet: Μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις, ἐξ ἀνάγκης τε, καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη *Mundi enim huius generatio ex necessitatis mentisque unione mixta est*. Ita apud Laertium Lib. III. §. 75. ἐπεὶ δ' αἰτίας εἶναι δύο, τὰ μὲν ἐκ γνώμης εἶναι, τὰ δ' ἐξ ἀναγκαίας αἰτίας, φησὶ, λεκτέον: *Quoniam vero caussae, inquit, duae sunt, alia quidem e mentis sapientia effecta; alia vero necessaria ex caussa creata fuisse dicendum est*: Ita quoque Stoici, atque illorum princeps Chrysippus liberos humanae voluntatis actus cum invariabili Fatorum ordine componi posse putavit, ut uberrime ostendit Cicero *de Fato* c. 17.

C XXVIII.

Gal. c. X. § 11 Stob p. 12.

(2) Haec Heracliti sententia paulo aliter a Stobaeo describitur; ait enim σπέρμα τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, κ̀ περιόδου μέτρον τεταγμένης *semen ortus rerum omnium, certaeque periodi mensura*. Galenus autem ibi legit σπέρμα τῆς τῶν πάντων γενέσεως *semen generationis omnium* rerum

(3) Galenus πνευματικὴν, κ̀ τάξιν τοῦ παντὸς *vim spiritalem, ac ordinem Vniversi*.

μαρμένη ἐστὶν ὁ τοῦ κόσμου λόγος, ἢ νόμος τῶν ὄντων ἐν τῷ κόσμῳ, προνοίᾳ διοικουμένων. ἢ λόγος, καθ' ὃν τὰ μὲν γεγονότα, γέγονε· τὰ δὲ γινόμενα, γίνεται· τὰ δὲ γενησόμενα γενήσεται. οἱ Στωϊκοὶ, εἱρμὸν αἰτιῶν, τουτέστι τάξιν, καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράβατον. Ποσειδώνιος τρίτην ἀπὸ Διός· πρῶτον μὲν γὰρ εἶναι τὸν Δία, δεύτερον τὴν φύσιν, τρίτον δὲ τὴν εἱμαρμένην.

sunt, ac providentia administrantur: vel ratio, secundum quam ea, quae fuere, facta sunt; quae sunt, fiunt; ac futura fient. *Reliqui vero* Stoici [1] Caussarum seriem, inviolabilem nempe *illarum* ordinem, & connexionem. Posidonius tertium a Iove. Siquidem primum esse Iovem, secundum Naturam, tertium vero Fatum.

Κ Ε Φ. ΚΘ.

Περὶ Τύχης.

ΠΛάτων αἰτίαν ἐν προαιρετικοῖς κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ παρακολούθημα. Ἀριστοτέλης αἰτίαν κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς καθ' ὁρμὴν ἕνεκά τινος γινόμενοις, ἄδηλον, καὶ ἄστατον. διαφέρειν δὲ τῆς τύχης τὸ αὐτόματον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης, καὶ ταυτομάτου εἶναι ἐν τοῖς πρακτέοις πάντως· τὸ δ' αὐτόματον, οὐκ ἀπὸ τύχης· (ἐν γὰρ τοῖς ἔξω πράξεως) καὶ τὴν μὲν τύχην, τῶν λογικῶν· τὸ δὲ αὐτόματον, καὶ τῶν λογικῶν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ τῶν ἀψύχων σωμάτων. Ἐπίκουρος ἀστάτον αἰτίαν προσώποις, χρόνοις, τρόπως.

C A P V T XXIX.

De Fortuna.

PLato *Fortunam esse putavit* caussam, *quae* in iis, quae electa fuerint [2], accidat, & consequatur per accidens. Aristoteles caussam per accidens in iis, quae iuxta appetitum alicuius amore fiunt, occultam, atque instabilem. Differre vero Casum, *sive Temeritatem*, a Fortuna. Quod enim a Fortuna *fit* [3], *sive fortuitum est*, hoc *temerarium quoque*, Casumque fore; *atque* in iis omnino, quae gerenda sint, *reperiri*. Casum vero, *vel illud, quod temerarium fit*, a Fortuna non fieri; quippe quod *in rebus non gerendis*, vel extra operationem consistat: *sicuti* quoque Fortunam quidem *dixit* rationalibus *solum*; Casum vero *temeritatemque* rationalibus *simul* ac irrationalibus animalibus, atque inanimatis *etiam* corporibus *convenire*. Epicurus *Fortunam esse putavit*

(1) Galenus hic optime legit Οἱ δὲ ἄλλοι Στωϊκοὶ *alii vero Stoici*; siquidem iam Chrysippi, itidem Stoici, nomen, ac opinio praecesserat. In Stobaeo tamen integra haec periodus prorsus omittitur; qui Zenonis tamen, Posidonii, Panaetii, & Chrysippi mentem expresserat. Perspicue hanc Fati vim ex Stoicorum sententia ita describit Antoninus *Lib.* V. *sect.* 32. τὸν διὰ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον, καὶ διὰ πάντας τοὺς αἰῶνας κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν *rationem illam, quae res omnes permeat, ac per aevum omne statis periodis Vniversum hoc administrat.*

C.XXIX.

Gal. c. X. §. 12. Stob. p. 15. 16.

(2) Paullo fusius, atque aliter Stobaeus sententiam hanc exprimit: αἰτίαν ἐν ἀπροαιρέτοις κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ παρακολούθημα, καὶ σύμπτωμα, καὶ προαιρετικοῖς κατὰ τὸ πρὸς τέλος πρόθεσιν ἐναλλακτικὴν σχέσιν *caussam eorum, quae consilio carent; caussam ex eventu, quae illa casu consequatur; ac mutabilem consilii secundum scopum habitum.*

(3) Itaque corrigendus Galeni textus, in quo legitur: τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ Τύχης κατὰ αὐτόματον εἶναι ἐν &c. *etenim id, quod Fortuna fit, secundum temeritatem fieri &c.* In Stobaei vero textu mira perplexitas observatur, quae facile ex Plutarcho dirimi, corrigique potest.

vit caussam personis, temporibus, locisque minime constantem, *aut convenientem*. ANAXAGORAS, & STOICI *Fortunam esse dixerunt* caussam humanae ratiocinationi occultam. Etenim nonnulla quidem iuxta Necessitatem fieri, alia vero iuxta Fatum; alia iuxta electionem, alia iuxta Fortunam, alia *denique* iuxta Casum.

ποις. Ἀναξαγόρας, καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄδηλον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ. ἃ μὲν γὰρ εἶναι κατ' ἀνάγκην, ἃ δὲ καθ' εἱμαρμένην, ἃ δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἃ δὲ κατὰ τύχην, ἃ δὲ κατὰ τὸ αὐτόματον.

CAPUT XXX.

De Natura.

EMPEDOCLES Naturam (1) *sustulit*, *eamque* nihil (2) *omnino esse dixit*; sed mixtionem *solum*, divulsionemque Elementorum *admisit*. Ita enim scribit in I. Physico (3).

Aliud autem tibi dicam. Natura nihil est omnium

Mor-

ΚΕΦ. Λ.

Περὶ Φύσεως.

ΕΜπεδοκλῆς φύσιν μηδὲν εἶναι, μίξιν δὲ τῶν στοιχείων, καὶ διάστασιν. γράφει γὰρ οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ Φυσικῷ,

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω. φύσις οὐδέν ἐστιν ἁπάντων.

Θνη-

C. XXX.

Gal. c. VI. § 2.

(1) Quicumque Empedoclis, & Anaxagorae sententias hic a Plutarcho memoratas consideret, facile intelliget opiniones illas ad Cap. XXIV. revocandas esse; quum certe Plutarchus ipse *de Natura* in I. Capite disseruerit. Itaque Stobaeus integrum Caput istud omisit; Galenus vero, & *Empedoclis*, & *Anaxagorae* nomen dissimulans hoc unum sit: Φύσιν τινὲς εἶναι λέγουσι πνεῦμα ἔντεχνον, ὁδοποιητικόν. Ἄλλοι δὲ τὴν τῶν σωμάτων σύγκρισιν εἶναι, καὶ διάκρισιν τὴν φύσιν ὑπολαμβάνουσι: *Naturam quidam esse dicunt spiritum arte instructum, & viam facientem; alii corporum coniunctionem, & disiunctionem Naturam esse existimant*. Eiusmodi vero opinionum primam Plutarchus Cap VII. Stoicis adscripserat; alteram vero hoc ipso Capite tribuit Anaxagorae.

(2) Id innuere videtur Aristoteles *Phys. II. Cap. I.* ubi Naturam a Philosophis quibusdam negatam esse subindicat; sicuti de Elementorum mixtione ab Empedocle admissa ille disserit *I. Phys. C. I.* Verum Empedocles, ceterique Philosophi ab Aristotele memorati non hebetes adeo stupidique fuere, ut rerum ortum interitumque, sive Naturam, negarent; sed illud unum asserebant quod genitae res ex nihilo oriri, atque in nihilum resolvi vel interire non poterant. Veram hanc Empedoclis opinionem accurate describit Plutarchus *adversus Colotem* ubi ait Empedocli

πραγματικῶς διαφέρεσθαι περὶ τῆς ἐξ οὐκ ὄντων γενέσεως, ἣν φύσιν τινὲς καλοῦσι. δηλοῖ δὲ μάλιστα διὰ τούτων τῶν ἐπῶν

Νήπιοι. οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέριμναι,
Οἳ δὴ γίνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν,
Ἤτοι καταθνήσκειν τι, καὶ ἐξόλλυσθαι πάντῃ.

Ταῦτα γὰρ τὰ ἔπη μέγα βοῶντος ἐστὶ τοῖς ὦτα ἔχουσιν ὡς οὐκ ἀναιρεῖ γένεσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ μὴ ὄντος, οὐδὲ φθοράν, ἀλλὰ τὴν πάντῃ, τουτέστι τὸ ὂν εἰς τὸ μηδὲν, ἀπολύσαν: *de re ipsa controversiam fuisse cum iis, qui ortum ex eo, quod non esset, Naturae vocabulo notabant. Idque hi maxime indicant versus*

Stulti, non enim ipsis prolixae sunt curae,
Qui fieri, quod antea non erat, sperant;
Vel perire, & deperdi omnino.

Hi quidem versus eius sunt, qui alta voce inclamet auritis hominibus, non se ortum; sed ex eo, quod non sit, ortum negare: neque interitum; sed eum interitum, quo res in nihilum redigatur.

(3) De Empedoclis Opere, quod ille carminibus περὶ Φύσεως *de Natura* scripserat, videndus Laertius VIII. seg. 55. Cicero *de Orat. I, c.* 50. Lucretius *Lib. I. ver.* 732. Empedoclis ipsius exemplo Philolaus etiam περὶ Φύσεως *de Natura* scripsisse dicitur a Laertio VIII. §. 85. eiusque Liber citatur a Theone *de Musica c.* 49. & Nicomacho *Lib. I. Harmonic.* & Iambl *in Nicom. Arithm.*


Θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτὴ,
Ἀλλὰ, μόνον μῖξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων
Ἐςὶ, φύσις δὲ βροτοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.

Mortalium, neque finis ullus mortis interimentis,
Sed mixtio solum, & disgregatio mixtorum
Est, Natura vero a mortalibus hominibus nominatur.

Ἀναξαγόρας ὁμοίως τὴν φύσιν, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν, τουτέςι γένεσιν, καὶ φθοράν.

Anaxagoras similiter Naturam concretionem *solum*, discretionemque *esse dixit*, hoc est generationem, & corruptionem.

LIBRI PRIMI FINIS.



Τοῦ δευτέρου Βιβλίου ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις.
Τὰ κεφάλαια.

Libri secundi PLVTARCHI
de Placitis Philosophorum
CAPITA.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

PLVTARCHI
DE PLACITIS PHILOSOPHORVM
LIBER II. (1)

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



ΕΤΕΛΕΚΩΣ τοίνυν τὸν περὶ ἀρχῶν, καὶ ϛοιχείων, καὶ τῶν συνεδρευόντων αὐτοῖς λόγον, τρέψομαι πρὸς τὸν ἐπὶ τῶν ἀποτελεσμάτων, ἀπὸ τοῦ περιεκτικωτάτου πάντων ἐνστησάμενος.

PROOËMIVM.



Vum sermonem de Principiis *rerum*, ac Elementis, atque iis, quae *ad illa pertinent*, ipsisque connexa sunt, absolverim, *nunc* ad *sermonem* illum convertar, qui est de effectis; ab eo auspicatus, quod omnium maxime continens & extrinsecum est, *adeoque effectus omnes complectitur*.

ΚΕΦ. Α.

Περὶ Κόσμου.

Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν, κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ

CAPVT I.

De Mundo.

PYTHAGORAS *omnium* (2) primus universorum complexum *atque compagem* ex *pulchritudine*, & ordine qui in illo *repe-*

(1) *Xylander* „ Huius Libri inscriptio in Manu„ scripto est, Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις, „ φυσικῶν δογμάτων ἐπιτομῆς, βιβλίον β'. quomodo etiam „ in Indice horum Librorum est in nostro Codice „ Et sane de naturae tantum obscuritate, non aliis „ item Philosophiae partibus, Philosophorum senten„ tiae referuntur, idque etiam Praefatio praesefert; „ ut hic esse genuinus Operis videatur Index.

Cap. I.

Galen. c. XI. Stob. pag. 47. 48. 52.

(2) Quamvis haec opinio Pythagorae iisdem omnino verbis a Galeno, & Stobaeo exprimatur; Laertius tamen Lib. VIII. seg. 48. non universam rerum omnium compagem, sed Caelum dumtaxat, *Mundi* no-

peritur, Mundum vocavit. THALES (1), eiusque sectatores Mundum unicum *esse putarunt*. DEMOCRITVS (2), & EPICVRVS (3), ipsorumque discipulus METRODORVS infinitos Mundos in *spatio* undequaque (4) infinito *positos existimarunt*. EMPEDOCLES solis *orbitam vel* circumcursum circumscriptionem Mundi, illumque huius terminum esse *dixit*. SELEVCVS (5) Mundum infinitum *esse putavit*. DIOGENES Vniversum quidem infinitum, Mundum vero finitum esse *dixit*. Stoici differre Totum atque Vniversum *existimant*. Siquidem Vniversum una cum Vacuo, *quod illud in se complectitur*, infinitum (6) esse; Totum vero sine Vacuo, *a quo circumfunditur*, esse Mundum (7), proindeque Vniversum ac Mundum non idem esse *dixerunt*.

τοῦ ἕνα τὸν κόσμον. Δημόκριτος, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὁ τούτων μαθητὴς Μητρόδωρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κατὰ πᾶσαν περίστασιν. Ἐμπεδοκλῆς τὴν τοῦ ἡλίου περιδρομὴν εἶναι περιγραφὴν τῦ κόσμου, καὶ τοῦτο πέρας αὐτοῦ. Σέλευκος ἄπειρον τὸν κόσμον. Διογένης τὸ μὲν πᾶν, ἄπειρον, τὸν δὲ κόσμον πεπεράνθαι, οἱ Στωϊκοὶ διαφέρειν τὸ πᾶν, καὶ τὸ ὅλον· πᾶν μὲν γὰρ εἶναι τὸ σὺν κενῷ ἄπειρον, ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον· ὥστε οὐ τὸ αὐτὰ εἶναι τὸ ὅλον, καὶ τὸν κόσμον.

CAPVT II.

De figura Mundi.

STOICI (8) sphaericum Mundum *esse putarunt*, alii vero coni, alii ovi (9) figu-
ra

ΚΕΦ. Β.

Περὶ σχήματος Κόσμυ.

ΟἹ μὲν Στωϊκοὶ σφαιροειδῆ τὸν κόσμον, ἄλλοι δὲ κωνοειδῆ, οἱ δὲ, ὠοει-

nomine a Pythagora vocatum esse testatur: τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον, καὶ τὴν γῆν στρογγύλην . . ὡς δὲ Θεόφραστος, Παρμενίδην, ὡς δὲ Ζήνων, Ἡσίοδον, *primumque fuisse, qui Caelum appellaret Mundum, Terramque rotundam. Id autem Theophrastus Parmenidi, Zeno Hesiodo assignant.* Sic Anonymus etiam, qui Pythagorae vitam edidit a Photio recensitam, *Mundi* nomen a Pythagora inventum, atque οὐρανῷ *Caelo* soli tributum esse refert.

(1) Voces istae καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ in Galeni textu desiderantur, atque optime id quidem meritoque. Siquidem Anaximander Thaletis successor, Anaximenes etiam, & Archelaus Ionicae sectae alumni non unicum, sed infinitos Mundos admisere; ut illos proinde Stobaeus pag. 52. Democrito, Epicuro. & Metrodoro accensuerit; quemadmodum vicissim Pythagoram, Empedoclem, Ecphantum, Parmenidem, Melissum, Heraclitum, Anaxagoram, Platonem, Aristotelem, Zenonem Thaleti coniunxerat. Vid. Simpl. in VIII. Phys. & Laert. IX. s. 31.

(2) In Aeliano tamen, qui Lib II. c. 29 *Var. Histor.* Democritum de infinito Mundorum numero coram Alexandro Macedone differentem inducit, pro Democriti Anaxarchi nomen rescribi debet. Vide Plutar. *de Tranqu. Animi.*

(3) Pro vocibus his in Galeno legitur καὶ ὁ τούτου καθηγητὴς Λεύκιππος *& huius* Epicuri *magister Leucippus*; & certe quidem infinitos omnino Mundos a Leucippo, simulque Democrito admissos esse Laertius aperte memorat Lib IX. seg 31.

(4) In Galeno voces illae κατὰ πᾶσαν περίστασιν exciderunt; in Stobaeo vero pro περίστασιν, habetur περιαγωγὴν *circumductum*.

(5) Seleuci, Diogenisque sententia in Galeno desideratur; Stobaeus autem Seleuco Heraclidem, Diogenique Melissum adiungit.

(6) Itaque corrigendus Stobaeus, in quo legitur σὺν τῷ κενῷ τῷ ἀπείρῳ *una cum vacuo infinito*.

(7) Sequens perioche in Stobaeo omittitur; certeque haec inutilis, ac depravata videtur. Etenim, si Vniversum, quod infinitum est, *Vacuo*, & *Toto*, veluti duabus partibus, componitur, ac Totum ipsum a vacuo distinctum, atque secretum est Mundus, qui fieri modo poterit, ut Totum ipsum hic a Mundo differre dicatur? Itaque vel periodus integra est delenda; vel potius pro ὅλον *Totum* hic πᾶν *Vniversum* rescribi debet; nisi fortasse cui libeat particulam οὐ solum expungere; ut proinde ex superioribus rite inferatur *Totum* ab *Vniverso* quidem, sed non a *Mundo*, distingui. Minus accurate Xylander: qui interpretatur *totum mundum seorsim ab inani subsistere.*

C. II.

Gal. c. XI § 2. Stob. p. 33. 34.

(8) Hoc ipsum non modo Stoicis, sed Leucippo quoque, Democrito, Pythagoricis, & Platoni adscribit Stobaeus.

(9) Plutarchus quidem hic nullum opinionis huius auctorem exprimit; at illa Empedocli apud Stobaeum tribuitur: τὸν ᾠῷ παραπλησίως τὸν κόσμον κεῖσθαι *Mundum proxime ad ovi speciem disponi.*

ὠοειδῆ. Ἐπίκουρος δὲ, ἐνδέχεσθαι μὲν εἶναι σφαιροειδεῖς τοὺς κόσμους, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἑτέροις σχήμασι κεχρῆσθαι.

ra praeditum existimarunt. Epicurus autem ait posse quidem sphaericos esse Mundos, posse *tamen* alias etiam figuras habere.

ΚΕΦ. Γ.

Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

CAPUT III.

An Mundus animatus sit.

Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔμψυχον τὸν κόσμον, καὶ προνοίᾳ διοικούμενον. Δημόκριτος δὲ, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὅσοι τὰ ἄτομα εἰσηγοῦνται, καὶ τὸ κενὸν, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε προνοίᾳ διοικεῖσθαι, φύσει δέ τινι ἀλόγῳ. Ἀριστοτέλης, οὔτ᾽ ἔμψυχον ὅλον δι᾽ ὅλων, οὔτε μὴν αἰσθητικὸν, οὔτε λογικὸν, οὔτε νοερὸν, οὔτε προνοίᾳ διοικούμενον. τὰ μὲν γὰρ οὐράνια τούτων ἁπάντων κοινωνεῖν· [σφαίρας γὰρ περιέχειν ἐμψύχους, καὶ ζωτικὰς] τὰ δὲ περίγεια μηδενὸς αὐτῶν, τῆς δ᾽ εὐταξίας κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ προηγουμένως μετέχειν.

Alii quidem omnes animatum Mundum, ac Providentia administratum (1) *putarunt*; Democritus autem, & Epicurus, & quicumque (2) indivisibilia *corpora vel Atomos*, ac Inane admittunt, neque animatum *illum esse contendunt*, neque Providentia administrari, sed a Natura quadam rationis experte. Aristoteles neque totum Mundum in *partibus* omnibus (3) animatum, neque sensu, neque ratione, neque intelligentia praeditum *existimavit*, neque Providentia gubernatum. Etenim caelestibus quidem *corporibus* haec omnia convenire (quum sphaeras animatas viventesque contineant) terrestria vero nihil illorum *sortiri*; sed ordine *solum*, per accidens *tamen*, non antecedente *vel dirigente* caussa donari.

ΚΕΦ. Δ.

Εἰ ἄφθαρτος ὁ κόσμος.

CAPUT IV.

An incorruptibilis sit *Mundus*.

Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων γενητὸν ὑπὸ θεοῦ τὸν κόσμον· καὶ φθαρτὸν μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, [αἰσθη-

Pythagoras (4), & Plato (5) Mundum a Deo genitum *sive productum esse dixerunt*; ac natura quidem sua corruptibi-

C. III.

Gal. c. XI. §. 3. Eus. c. XXXIV. Stob. p. 48.

(1) *Xylander*. „ Nam apud Eusebium, huius Ca„ pituli inscriptioni additur καὶ προνοίᾳ διοικούμενος „ Placet.

(2) Hinc Stobaeus una cum Democrito, & Epicuro Leucippum quoque memorat, qui certe primus *Inanis*, atque *Atomorum* assertor habebatur. Vid. Laert. IX. seg. 31.

(3) Stobaeus ὅλον δι᾽ ὅλου, οὔτε λογικὸν, οὔτε νοερὸν &c. quae postremae voces in Galeno desunt.

C. IV.

Gal. c. XI. § 4. Euseb c. XXXIV. Stob. p. 44. 46. 48. 49.

(4) Pythagorae sententia paullo aliter a Stobaeo pag. 48. effertur: Πυθαγόρας φησὶ γενητὸν κατ᾽ ἐπίνοιαν τὸν κόσμον, οὐ κατὰ χρόνον: *Pythagoras ait Mundum quoad cogitationem quidem nostram, non vero tempore, genitum esse*; eademque opinio verbis ipsis Heraclito mox adscribitur.

(5) Obscurius hic certe, minusque accurate Platonis sententiam expressit Plutarchus; perinde quasi to ta

bilem, quum corporeus (1) adeoque sensibilis *sit*; non esse tamen interiturum Providentia & solicitudine Dei *ipsum conservante*. EPICVRVS corruptibilem *esse dixit* quod & genitus *sit*, ut animal, ut planta. XENOPHANES (2) ingenitum ac perennem, & incorruptibilem *esse* Mundum. ARISTOTELES *eam* Mundi partem, quae infra Lunam *reperitur*, perpessioni obnoxiam *esse* voluit, in qua terrestria quoque *corpora* corrumpuntur.

σθητὸν γὰρ εἶναι διὰ τὸ σωματικὸν] οὐ μὴν φθαρησόμενόν γε, προνοίᾳ, καὶ συνοχῇ θεοῦ. Ἐπίκουρος φθαρτὸν, ὅτι καὶ γενητὸν, ὡς ζῶον, ὡς φυτόν. Ξενοφάνης, ἀγένητον, καὶ αἴδιον, καὶ ἄφθαρτον τὸν κόσμον. Ἀριστοτέλης, τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην τοῦ κόσμου μέρος παθητὸν, ἐν ᾧ καὶ τὰ περίγεια κηραίνεται.

CAPVT V.

Vnde nutriatur Mundus.

ARISTOTELES *ait*: si nutritur Mundus, corrumpetur etiam; sed nullius nutritionis indiget, adeoque perennis etiam, vel *incorruptibilis esse debet*. PLATO (3) Mundum ipsum sibi ipsi ex eo, quod per mutationem interit, nutrimentum praebere. PHILOLAVS duplicem Mundi corruptionem esse putavit: aliquando quidem igne ex Caelo defluente; aliquando vero lunari (4) aqua, ob aëris conversionem effusa; istorumque *corporum* evaporationes *aut halitus* Mundi cibos *esse*.

ΚΕΦ. Ε.

Πόθεν τρέφεται ὁ κόσμος.

Ἀριστοτέλης, Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος, καὶ φθαρήσεται. ἀλλὰ μὴν οὐδεμιᾶς τινος ἐπιδεῖται τροφῆς· διὰ τοῦτο καὶ αἴδιος. Πλάτων, αὐτὸν αὑτῷ τὸν κόσμον ἐκ τοῦ φθίνοντος κατὰ μεταβολὴν τὸ τρέφον παρέχεσθαι. Φιλόλαος, διττὴν εἶναι τὴν φθορὰν, τοτὲ μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥυέντος, τοτὲ δὲ ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ, περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ἀποχυθέντος· καὶ τούτων εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τοῦ κόσμου.

CA-

ΚΕΦ.

ta Mundi substantia ab ipso Deo producta fuerit; quum tamen aliunde constet Platonem ceterosque Philosophos omnes Mundi materiam ingenitam, aeternam, suaque natura subsistentem admisisse, quam deinde Deus secreverit, ornaverit, miraque ratione disposuerit. Itaque vera Platonis sententia ex Plutarcho ipso repetenda *in Quaest Platonicis*: *Quum Mundus constet duabus partibus, corpore, & anima, corpus quidem non genuit Deus, sed a materia exhibitum informavit, ac concinnavit, suisque terminis ac figuris devinciens, definiensque infinitum. Anima autem mentis, rationis, concentusque particeps non opus modo, sed & pars est Dei; neque ab ipso facta, sed de ipso, & ex ipso extitit.*

(1) *Xylander* Αἰσθητὸν γὰρ εἶναι διὰ τό. „ Eusebius melius διότι σωματικόν.

(2) Parmenidem quoque, ac Melissum Stobaeus pag. 44. Xenophani conjungit. At Galenus, qui Epicuro Stoicos adiecerat, Xenophanis nomen, atque sententiam omittit.

C. V.

Gal c. XI. § 5. Eus. c. XXXVI. Stob. pag. 47. 48. 49.

(3) Pressius haec Platonis opinio a Stobaeo exprimitur: κόσμος ἀφ' ἑαυτοῦ τρέφεται *Mundus ex seipso nutritur*.

(4) Galenus cetera Plutarcho consentiens hic habet ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ περὶ τοὺς ἀστέρας ὑπερχεομένου *ex aqua lunari circa stellas superfusa*. Sed depravata Galeni lectio ex Plutarcho corrigenda. Budaeus aquam illam non ex Luna, sed ex Aere veluti Lunari vertigine compresso, defluere existimavit; reddidit enim: *tum ex aqua, lunari vertigine ex Aere* effusa.

Κ Ε Φ. ϛ′.

Ἀπὸ ποίου στοιχείου ἤρξατο κοσμοποιεῖν ὁ Θεός.

ΟΙ Φυσικοὶ ἀπὸ γῆς ἄρξασθαί φασι τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου, καθάπερ ἀπὸ κέντρου· ἀρχὴ δὲ σφαίρας τὸ κέντρον. Πυθαγόρας ἀπὸ πυρὸς, καὶ τοῦ πέμπτου στοιχείου. Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν αἰθέρα, πρῶτον διακριθῆναι, δεύτερον δὲ, τὸ πῦρ· ἐφ᾽ ᾧ τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἄγαν περισφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς, ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ, ἐξ οὗ θυμιαθῆναι τὸν ἀέρα, καὶ γενέσθαι τὸν μὲν οὐρανὸν ἐκ τοῦ αἰθέρος, τὸν δὲ ἥλιον ἐκ πυρός. πιληθῆναι δὲ ἐκ τῶν ἄλλων τὰ περίγεια. Πλάτων τὸν ὁρατὸν κόσμον γεγονέναι πρὸς παράδειγμα τοῦ νοητοῦ κόσμου. τοῦ δὲ ὁρατοῦ κόσμου προτέραν μὲν εἶναι τὴν ψυχὴν, μετὰ δὲ ταύτην τὸ σωματοειδὲς, τὸ ἐκ πυρὸς μὲν, καὶ τῆς γῆς πρῶτον, ὕδατος δὲ καὶ ἀέρος δεύτερον. Πυθαγόρας, πέντε σχημάτων ὄντων στερεῶν, ἅπερ καλεῖται καὶ μαθηματικὰ, ἐκ μὲν τοῦ κύβου φησὶ γεγονέναι τὴν γῆν, ἐκ δὲ τῆς πυραμίδος τὸ πῦρ, ἐκ δὲ τοῦ ὀκταέ-

CAPVT VI.

A quo Elemento (1) *Mundi opificium inceperit Deus.*

PHysici (2) Mundi generationem a Terra, veluti a centro, incepiſſe dicunt: ſiquidem initium ſphaerae centrum *eſt*. Pythagoras (3) ab Igne, quintoque Elemento (4). Empedocles Aethera quidem *omnium* primum ſecretum fuiſſe *dicit*, ſecundum vero Ignem; poſt ipſum Terram, ex qua converſionis impetu (5) valde conſtricta emanaverit Aqua, atque ex illa Aërem *vaporis inſtar* exhalatum. Ac Caelum quidem ex aethere formatum eſſe, Solem vero ex Igne: ex ceteris vero terreſtria *corpora* compacta fuiſſe. Plato (6) viſibilem Mundum ad intelligibilis Mundi exemplar factum fuiſſe; ac viſibilis quidem Mundi primam *partem* eſſe animam, poſt iſtam vero id quod corporeum eſt: *ex corporeis autem rebus id*, quod ex Igne & Terra *componitur*, primum, quod vero ex Aqua & Aëre, ſecundum *fuiſſe*. Pythagoras, quum quinque ſint ſolidorum, quae mathematica vocantur, figurae, ex cubo quidem Terram genitam fuiſſe dicit, ex pyramide vero Ignem, ex octaëdro, *vel octo facierum*

G ſi-

CAP. VI.

Gal. c. XI. §. 6. Euſeb. c. XXXVII. Stob. p. 47. 48. 49. 51.

(1) *Xylander* „ Euſebius inſcribit Ἀπὸ ποίου πρώτου non στοιχείου.

(2) Longe concinnior, ac fortaſſe vera Stobaei lectio, in quo p. 47. pro Φυσικοὶ *Phyſici* habetur Στωϊκοὶ *Stoici*. Quid enim hic Phyſici quidam a Plutarcho memorati potuerunt, perinde quaſi ceteri, qui mox recenſentur, *Phyſici* non eſſent? Ad haec argumentis, ac teſtimoniis aliis apparet Stoicis opinionem illam arriſiſſe. Siquidem Cleanthes apud Stobaeum ipſum pag. 36. exiſtimavit univerſa Natura Igne accenſa mediam ipſius partem primum ſubſediſſe, proximaſque deinde partes extinctas: ac diſpoſitas fuiſſe; ſicut Zeno Stoicorum pater apud Laer. VII. ſeg. 142. ait incenſae materiae partem ſponte ſubſidentem in Terram coaluiſſe, partem aqueam retinuiſſe naturam; partem exhalantem in aërem abiiſſe, ex cuius parte emicaverit ignis. Alii tamen Stoici, ac Zeno ipſe aliter alibi rerum ortum expreſſit. Vid. Stanleius pag. 625. Itaque vulgata lectio retineri fortaſſe poteſt, ſed illud tamen obſervandum quod *Phyſicorum* nomen, primumque placitum, quod a Plutarcho illis tribuitur, in Galeno prorſus omittitur.

(3) Vtraque Pythagorae opinio in hoc Capite memorata iiſdem omnino verbis a Stobaeo exprimitur; niſi quod ille utramque una coniungit, unamque poſt aliam exponit.

(4) Voces iſtae καὶ πέμπτου στοιχείου in Galeno deſunt: ac merito id quidem, quum Pythagoras nullibi *quintum Elementum* quoddam, Ariſtotelis inſtar, admiſerit.

(5) *Xylander* „ Euſebius habet τῆς ῥύμης τῆς σφαίρας ubi nos habemus τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς.

(6) Platonis opinio ex ipſis fere Pythagorae fontibus hauſta fuſius a Plutarcho exponitur in *Sympoſ. VIII. quaeſt.* 2. *& in quaeſt. Platon. n.* 5.

figura Aërem, ex icosaëdro, *sive figura viginti facierum* Aquam; ex dodecaëdro denique, *sive figura duodecim facierum* Vniversi sphaeram. PLATO vero in istis etiam Pythagoram aemulatur

CAPVT VII.

De ordine Mundi.

PARMENIDES *existimavit* coronas *quasdam* circumplexas & alias (1) aliis superimpositas esse; hanc quidem ex raro, illam vero ex denso *compositam*; invicem vero permixtas ex luce, & obscuritate, *quae* inter illas *reperitur*; & *corpus* illud, quod *eiusmodi coronas* omnes continet, muri instar solidum esse. LEVCIPPVS (2), & DEMOCRITVS tunicam, membranamque circa Mundum extendunt. EPICVRVS quorumdam quidem Mundorum terminum rarum *esse*, quorumdam vero densum; atque istorum *terminorum* quosdam *quidem* mobiles, quosdam autem immobiles *esse*. PLATO primum *supremumque collocat* Ignem, deinde Aethera, post ipsum Aërem, post quem Aquam, extremamque Terram (3); aliquando vero Aethera cum Igne coniungit,

ταέδρου τὸν ἀέρα, ἐκ δὲ τῦ εἰκοσαέδρυ τὸ ὕδωρ, ἐκ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου τὴν τοῦ παντὸς σφαῖραν. Πλάτων δὲ κ̀ ἐν τούτοις πυθαγορίζει.

ΚΕΦ. Ζ.

Περὶ τάξεως τῦ Κόσμυ.

ΠΑρμενίδης ςεφάνας εἶναι περιπεπλεγμένας, ἐπαλλήλους, τὴν μὲν ἐκ τῦ ἀραιῦ, τὴν δὲ ἐκ τῦ πυκνῦ· μικτὰς δὲ ἀλλήλαις ἐκ φωτὸς, καὶ σκότους, μεταξὺ τούτων· καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας, τείχους δίκην στερεὸν ὑπάρχειν. Λεύκιππος, κ̀ Δημόκριτος χιτῶνα κύκλῳ, κ̀ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ. Ἐπίκυρος ἐνίων μὲν κόσμων ἀραιὸν τὸ πέρας, ἐνίων δὲ πυκνόν· κ̀ τούτων τὰ μέν τινα κινύμενα, τὰ δὲ ἀκίνητα. Πλάτων πῦρ πρῶτον, εἶτα αἰθέρα, μεθ᾽ ὃν ἀέρα, ἐφ᾽ ᾧ ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν· ἐνίοτε δὲ τὸν αἰθέρα τῷ πυρὶ συνάπτει. Ἀριςοτέλης πρῶτον μὲν ἀέρα ἀπαθῆ, πέμπτον δέ τι σῶμα, μεθ᾽ ὃ πα-

CAP. VII.

Euseb. c. XXXVIII. Stob: pag. 50. 51.

(1) *Xylander* „ Legebatur ἀλλήλαις. Sed Euse-„ bianam lectionem reposui perspicue consentaneam „ μικτὰς δὲ ἄλλας. Idem rectius habet superiore „ versu ἐπ᾽ ἀλλήλαις; nam & scriptus habet ἐπ᾽ ἀλ-„ λήλους.

Stobaeus quum Plutarchum totidem verbis exscripsisset post ὑπάρχειν adiecit ὑφ᾽ ᾧ πυρώδης στεφάνη. καὶ τὸ μεσαίτατον πασῶν περὶ ὃν πάλιν πυρώδης, τῶν δὲ συμμιγῶν τὴν μεσαιτάτην ἁπάσαις τε, καὶ πάσης κινήσεως, καὶ γενέσεως ὑπάρχειν. Itaque suspicor periochem hanc in Plutarchi textu excidisse quam Librarius a primo ad secundum ὑπάρχειν interiecta omittens temere transiliverit. Ceterum coronas istas, & coronarum mixturam quis nitide intelligat, aut Parmenidis opinionem nobis accurate describat? Illud unum coniicere fortasse liceat *coronarum* nomine non serta quaedam invicem mixta, contigua, sibique parallela intelligi debere; sed cortices fere sibi concentricos, quorum unus alium ambiret; quemadmodum fere tres Aëris regiones circa Tellurem dispositae concipi, ac distingui solent. Itaque in hac hypothesi circa Tellurem, quam Parmenides rotundam esse iam dixerat, plures eiusmodi regiones, cortices, aut coronae concipiendae forent; quarum una ab alia densitate ac raritate, splendore quoque, ac obscuritate distingueretur: ea propemodum ratione, qua Leibnitius, ut siderum motum exponeret, universum Caeli spatium, ac substantiam variis corticibus aut regionibus sibi concentricis compositam esse putavit.

(2) Longe clarius, & accuratius haec Leucippi, Democritique sententia in Stobaeo describitur, ubi post voces illas τῷ κόσμῳ repente subiicitur διὰ τῶν ἀγκιστροειδῶν ἄστρων ἐμπεπλεγμένον *per stellas reticulatas contextam*: perinde quasi exprimatur tunicam ac membranam illam Mundo circumpositam stellis veluti distingui, ac interpungi. Vid. Laert. Lib IX. f. 32.

(3) Quum Platonis opinio mox memorata in eadem ipsa voce γῆν *terram* definat, Librarius a primae ad secundae periodi finem temere excurrens interiectas voces omiserit, ideoque in graeco Budaei textu tota Aristotelis opinio exciderit, optime Budaeus *hic quaedam deesse* adnotavit.

παθητὰ, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, τελευταίαν δὲ γῆν· τούτων δὲ τοῖς μὲν οὐρανίοις ἀποδιδόναι τὴν κυκλικὴν κίνησιν· τῶν δὲ ὑπ' ἐκεῖνα τεταγμένων, τοῖς μὲν κούφοις τὴν ἄνω, τοῖς δὲ βαρέσι τὴν κάτω. Ἐμπεδοκλῆς μὴ διαπαντὸς ἑστῶτας, μηδ' ὡρισμένους τοὺς τόπους τῶν στοιχείων, ἀλλὰ πάντα πως ἀλλήλων μεταλαμβάνειν.

git, *sive confundit*. Aristoteles primum quidem Aërem perpessionis *mutationisque* expertem, quintumque *veluti* corpus (1) quoddam. Post hoc *mutabilia* corpora, *nimirum* Ignem, Aërem, Aquam, ultimamque Terram. Ex his (2) vero *corporibus* caelestibus quidem circularem motum tribuit, *ceteris* autem infra haec dispositis levibus quidem *motum* sursum; gravibus vero deorsum. Empedocles neque omnino constantia, neque definita Elementorum loca; sed omnia aliquo modo locum cum aliis *aut invitem* permutare.

ΚΕΦ. Η.

Τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν κόσμον ἐγκεκλίσθαι.

Διογένης, Ἀναξαγόρας, μετὰ τὸ συστῆναι τὸν κόσμον, καὶ τὰ ζῶα ἐκ τῆς γῆς ἐξαγαγεῖν, ἐγκλιθῆναί πως τὸν κόσμον ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἐς τὸ μεσημβρινὸν αὐτοῦ μέρος, ἴσως ὑπὸ προνοίας, ἵνα ἃ μέν τινα ἀοίκητα γένηται, ἃ δὲ οἰκητὰ μέρη τοῦ κόσμου, κατὰ ψύξιν, καὶ ἐκπύρωσιν, καὶ εὐκρασίαν. Ἐμπεδοκλῆς, τοῦ ἀέρος εἴξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ, ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους, καὶ τὰ μὲν βόρεια ὑψωθῆναι, τὰ δὲ νότια ταπεινωθῆναι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον.

CAPUT VIII.

Quae caussa inclinationis Mundi.

Diogenes, Anaxagoras postquam constitutus fuerat Mundus, atque animalia e Terra educta fuerant, Mundum fortuito modo quodam in australem sui partem inclinasse; fortasse *tamen* providentia, ut hae quidem Mundi partes inhabitabiles fierent, hae vero habitabiles *esse possent* iuxta frigus, ardorem, ac temperiem (3), *quae in ipsis reperitur*. Empedocles aëre solis impetui cedente, Vrsas inclinatas esse *putavit*, & boreales quidem *Terrae* partes elevatas fuisse, australes vero depressas, eaque proinde ratione totum Mundum *esse inclinatum*.

ΚΕΦ. Θ.

Περὶ τοῦ ἐκτὸς τοῦ κόσμου εἰ ἔστι κενόν.

Οἱ μὲν ἀπὸ Πυθαγόρου, ἐκτὸς εἶναι τοῦ κόσμου κενὸν, εἰς ὃ ἀναπνεῖ

πνεῖ

(1) *Xylander*. „ Legi enim πέρματον γέτι σῶμα „ quae perspicue apud Eusebium vera lectio, non „ ἔστι: & αἰθέρα omnino legendum cum eodem, non ἀέρα.

Stobaeus habet πέρματον τι σῶμα.

(2) Extrema pars ista, vel Aristotelis opinio in Stobaeo pag. 51. prorsus omittitur.

CAPUT IX.

An extra Mundum sit Vacuum?

Pythagorici quidem Vacuum extra Mundum esse *dixerunt*, in quod, & ex

G 2 quo

Cap. VIII.

Gal. c. XI. §. 8. Eus. c. XXXIX. Stob. p. 34.

(3) Vox ista, quae in Galeni textu exciderat, restituenda; illae nimirum Terrae regiones habitabiles praesertim esse vocarique possunt, in quibus temperies habeatur.

quo respirat Mundus. STOICI (1) vero infinitum *Vacuum extra Mundum admittunt*, in quod Mundus ipse in conflagratione resolvatur. POSIDONIVS *tamen Stoicus* in *Libro* I. (2) de Vacuo, non infinitum *ait Vacuum*, sed quantum sufficiens *sit* ad dissolutionem *Mundi*. ARISTOTELES dixit esse Vacuum. PLATO neque extra Mundum, neque intra Vacuum ullum esse *putavit*.

πνεῖ ὁ κόσμος, καὶ ἐξ οὗ· οἱ δὲ Στωϊκοὶ, εἰς ὃ κατὰ τὴν πύρωσιν ἀναλύεται, τὸ ἄπειρον. Ποσειδώνιος, οὐκ ἄπειρον, ἀλλ' ὅσον αὔταρκες εἰς τὴν διάλυσιν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κενοῦ. Ἀριστοτέλης ἔλεγεν εἶναι κενόν. Πλάτων, μήτε ἐκτὸς τοῦ κόσμου, μήτε ἐντὸς μηδὲν εἶναι κενόν.

CAPVT X.

Quaenam dexterae Mundi partes, *quae sinistrae?*

PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES (3) dexteras Mundi partes orientales *esse dixerunt*, a quibus initium motus *accipiunt sidera*, sinistras vero occidentales. EMPEDO-

ΚΕΦ. I.

Τίνα δεξιὰ τοῦ Κόσμου, καὶ τίνα ἀριστερά.

ΠΥθαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης, δεξιὰ τοῦ κόσμου τὰ ἀνατολικὰ μέρη, ἀφ' ὧν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ἀριστε-

CAP. IX.

Gal. c. XI. §. 9. Eusеb. c. XL. Stob. p. 39.

(1) Periodum hanc, veramque Stoicorum opinionem neque Xylander, neque Budaeus feliciter expressit. Ille nimirum interpretatur: *Stoici inane esse, in quod quidem conflagratione sua Mundus dissolutum eat*: perinde quasi τὸ ἄπειρον ad Mundum referatur. Budaeus autem ait: *Stoici quo in conflagratione universi infinitum resolvetur*: ac si non Mundus ac universum, sed *infinitum* ipsum, dissolvi debeat. Itaque vera Stoicorum quorumdam sententia fuit Vacuum, in quod Vniversum resolvetur, infinitum esse. Hinc vox κόσμος, quae proxime praecesserat, hic etiam intelligenda; & pro τὸ ἄπειρον legendum cum Eusebio ἄπειρον; atque in Stobaeo ubi depravate nunc legitur: οἱ Στωϊκοὶ εἶναι κενὸν, εἰς ὃ κατὰ την ἐκπύρωσιν ἀναλύεται ὁ κόσμος ἄπειρος ὄν: *Stoici* dixere esse *Vacuum*, *in quod Mundus infinitus in exustione resolvatur*, perspicue certoque rescribendum ὁ κόσμος, ἄπειρον. Vide Laert. Lib. VII. seg. 143.

(2) *Xylander* „ Ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κενοῦ. Manu„ scriptus melius videtur distinguere ἐν τῷ πρώτῳ. „ Περὶ κενοῦ· Ἀρισ &c. sed falsa sententia. Aristoteli „ tribuitur, ut & huic alias, & aliis. At enim Eu„ sebianam lectionem cur non appono, quum sit „ haud dubie genuina? Πρὸς τὴν διάβασιν. ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κενοῦ Ἀριστοτέλης μηδὲν εἶναι κενόν. Inscribitau„ tem Capitulum modo sic: Περὶ τοῦ ἐκτός.

Ac certe quidem Plutarchus in exprimenda Aristotelis opinione aberravit, nisi fortasse potius in ipsius textum error irrepsit. Vigerius, qui Eusebii textum illustravit, ut Plutarchi locum aliqua ratione defenderet, haec adnotavit: *Fortasse intelligendum quod Aristoteles admiserit Vacuum non* in Mundo, *sed* extra Mundum, *ut cap.* 18. *Lib.* I. *Sed etiam* extra *Mundum Vacuum negavit*: *Nam I. de Caelo cap.* 9 *ait*: ἅμα δὲ δῆλον ὅτι οὐδὲ τόπος, οὐδὲ κενὸν, οὐδὲ χρόνος ἐστὶν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. *Ergo fallitur Plutarchus, vel legendum cum Eusebio* μηδὲν. *Adde quod Plutarchus tribuit hic Pythagoricis, quod Lib.* I. *cap.* 18. *tribuerat Aristoteli, & dicit ex Aristotele caelum esse igneum, quod falsum est.* Sed postrema in parte Vigerius hic fallitur; ipsique depravatus Plutarchi textus imposuit. Etenim, ut ad Lib. I. c. 18. observavi, ibi Aristoteles non suam, sed Pythagorae solum, sententiam expressit; adeoque Plutarchi loco rite a me restituto, nullus prorsus in Plutarcho error, nulla in Aristotele inconstantia reperitur. Quamvis autem Xylander Eusebii lectionem praetulerit, mihi tamen ipsa prorsus absurda videtur; quum plures illi de *Vacuo* Libri ab Aristotele exarati nullibi memorentur; atque Aristoteles ipse de Vacuo non in I. sed in IV. Physicorum Libro disserat. An vero Posidonius etiam Librum *de Vacuo* scripserit ignoramus. Chrysippus tamen & ipse Stoicus Librum *de Inani* edidit, qui a Plutarcho in Libro *adv. Stoicos* memoratur. Itaque Galeni potius textum probaverim, in quo omissa periodo, quam hic de Aristotele Plutarchus exhibet, perspicue legitur Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης μηδὲν ἐκτὸς &c. adeoque Aristotelis nomen ac sententia non seorsim, sed una cum Platonis nomine ac sententia memoratur.

CAP. X.

Euseb. c. XLI. Stob. p. 34.

(3) Aristoteles *Lib. II. de Caelo c.* 2.

στερὰ δὲ, τὰ δυτικά. Ἐμπεδοκλῆς δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἀριστερὰ δὲ, τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν.

DOCLES dexteras quidem *esse putavit*, quae iuxta aestivum tropicum; sinistras vero, quae iuxta hiemalem, *vel australem sunt, vel boreales*.

ΚΕΦ. ΙΑ.

Περὶ Οὐρανοῦ, τίς ἡ τούτου οὐσία.

ἈΝαξιμένης τὴν περιφορὰν τὴν ἐξωτάτω, γηΐνην. Ἐμπεδοκλῆς στερέμνιον εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἐξ ἀέρος συμπαγέντος ὑπὸ πυρὸς κρυσταλλοειδῶς, τὸ πυρῶδες καὶ ἀερῶδες ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἡμισφαιρίων περιέχοντα. Ἀριστοτέλης ἐκ πέμπτου σώματος πυρὸς, ἢ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ μίγματος.

ΚΕΦ.

CAPUT XI.

De Caelo, quae ipsius natura?

ANAXIMENES circumferentiam maxime extrinsecam, *hoc est extremum Caeli ambitum* terrestrem (1) *esse dixit*. EMPEDOCLES solidum esse caelum ex aëre ab igne, *vel ignis vi* compacto *formatum* crystalli instar (2); *ipsumque Caelum* ignitum, aëreumque *corpus* in utroque hemisphaerio continere. ARISTOTELES ex quinto corpore, *hoc est purissimo* igne (3) vel calidi frigidique mixtura *Caelum constare*.

CA-

CAP. XI.

Gal. c. XII. Euseb. c. XLII. Stob. p. 52. 53.

(1) *Xylander* „ Eusebius inscribit περὶ οὐρανοῦ. Atque eiusdem libri auctoritate fretus τῆς ἔξωθεν ζώνης εἶναι legi, & repono pro iis, quae inepta erant, & ubique recepta τὴν ἐξωτάτω γῆν. Et videtur haec sententia, quae Caelum non esse nisi extremi terrae circuli revolutionem statuit, optime convenire cum eo, quod idem Anaximenes tradidit, Stellas non supra Terram, sed circa eam, revolvi Diog. Laert. Lib. II.

Xylandri sententiae, vel interpretationi favere plurimum poterit Stobaei lectio, in quo habetur: Ἀναξιμένης, καὶ Παρμενίδης τὴν περιφορὰν τὴν ἐξωτάτω τῆς γῆς εἶναι τὸν οὐρανόν *Anaximenes, & Parmenides ambitum Telluris maxime extrinsecum esse Caelum* putarunt: perinde quasi *Caeli* nomine non aliud, quam elatior, atque extima Terrae pars, diceretur. Sed Caelum tamen terrae miscere, atque Philosophos illos longe, quam par est, ineptiores fingere videtur, qui absurdam adeo sententiam illis tribuendam esse contendat. Itaque a recepta Plutarchi lectione nihil ego recedere velim; quum praesertim ipsi Capitis titulo, vel argumento conveniat, eamque nobis Anaximenis sententiam exhibeat, quae quamvis falsa sit, a communi tamen temporum illorum Philosophia minime abhorret. Certe Aristoteles ipse Lib. I. de Caelo c. 9. ait οὐρανὸν λέγομεν τὴν οὐσίαν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντὸς περιφορᾶς. *Caelum dicimus substantiam ultimae Universi conversionis*, nihilque proinde esse potest cur Anaximenes etiam in Mundo, vel Caelo ἐξωτάτω περιφορὰν *maxime extimam*, ultimamque *circumferentiam* non distinxerit, eamque terrestris naturae vel qualitatis esse putaverit. Quod vero Xylander hanc Anaximenis opinionem cum alia conferri posse coniecit, qua Anaximenes sidera non supra Terram, sed circa ipsam, converti dixit, exinde quoque refellitur, quod in hac etiam Anaximenis opinione, quaecumque illa sit, siderum tamen locus, adeoque Caelum, semper ab ipsa Tellure, adeoque ab extimo Telluris ambitu, distingueretur. Ac ne coniecturas alias hic persequar, Stobaeus Anaximenis atque Parmenidis opinionem una complectitur; Parmenides autem Caelum coronis quibusdam invicem complexis constare, extremamque ipsius partem muri instar solidam esse putavit; ut optime proinde intelligatur, cur Anaximenes partem illam terrestrem esse censuerit. Denique monuisse libet τῆς περιφορᾶς nomine non *rotationem*, *conversionem*, aut *motum*, sed circumferentiam, extremam nempe rotati, vel revoluti orbis partem, significari, quam Anaximenes solidam terreamque esse putavit.

(2) Perperam Galenus habet πυρὸς κρυσταλλοειδοῦς *ignis crystalliformis*. Nam & Laertius *Lib. VIII. seg. 77.* asserit iuxta Empedoclem αὐτὸν οὐρανὸν κρυσταλλοειδῆ *Caelum ipsum crystallinum* esse. Quum vero mox dicatur Caelum aeris, ac ignis substantiam continere, melius fortasse legeretur ἐξ ἀέρος, καὶ πυρὸς συμπαγέντος.

(3) Vox ista in Eusebii texto prorsus omittitur, ubi legitur ἐκ πέμπτου σώματος, ἢ ἐξ &c. In Stobaeo vero non modo vox πυρὸς, sed ceterae quoque mox insequentes desiderantur. Ac certe quidem tantum abest ut Aristoteles Caelum vel ex igne, vel ex calido frigidoque, ceterisque Elementorum qualitatibus constare dixerit, ut oppositum potius docuerit Lib. I. *de Caelo* C. 29. Itaque vel tota haec periodus delenda;

CAPVT XII.

De divisione Caeli: in quot circulos dividitur.

THALES, PYTHAGORAS, & illorum sectatores universi Caeli sphaeram in quinque circulos divisam esse *dixerunt*, quos Zonas appellant. *Eiusmodi vero Circulorum* hic quidem arcticus, semperque apparens vocatur, hic autem aestivus tropicus, alius aequidialis, hic hiemalis tropicus, iste vero antarcticus, & inapparens. *Circulus* autem ille qui Zodiacus appellatur, tribus mediis subtenditur (1) oblique, eosque tres medios contingit (2). Omnes autem circulos meridianus circulus ab arcto ad oppositum ductus ad rectos angulos secat (3). PYTHAGORAS *omnium* primus Zodiaci circuli obliquitatem observasse dicitur, quam *tamen* OENOPIDES Chius ut observationem propriam sibi vindicat.

ΚΕΦ. ΙΒ.

Περὶ διαιρέσεως οὐρανοῦ, εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται.

ΘΑλῆς, Πυθαγόρας, οἱ ἀπ' αὐτοῦ, μεμερίσθαι τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαῖραν εἰς κύκλους πέντε, οὓς τινας προσαγορεύουσι ζώνας. καλεῖται δὲ ὁ μὲν αὐτῶν, ἀρκτικός τε καὶ ἀειφανής· ὁ δὲ, θερινὸς τροπικός· ὁ δὲ, ἰσημερινός· ὁ δὲ, χειμερινὸς τροπικός· ὁ δὲ, ἀνταρκτικός τε καὶ ἀφανής. λοξὸς δὲ τοῖς τρισὶ μέσοις ὁ καλούμενος ζωδιακὸς ὑποβέβληται, παρεπιψαύων τῶν μέσων τριῶν. πάντας δὲ αὐτοὺς ὁ μεσημβρινὸς πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὸ ἀντίξουν τέμνει. Πυθαγόρας πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἥντινα Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ὡς ἰδίαν ἐπίνοιαν σφετερίζεται.

CAPVT XIII.

Quae sit natura siderum, & quomodo constituta sunt.

THALES sidera terrestria quidem *esse*, sed ignita, *existimavit*. EMPEDOCLES ignea ex igneo *corpore*, quod aether in se

ΚΕΦ. ΙΓ.

Τίς ἡ οὐσία τῶν ἄστρων, καὶ πῶς συνέστηκασιν.

ΘΑλῆς γεώδη μὲν, ἔμπυρα δὲ τὰ ἄστρα. Ἐμπεδοκλῆς πύρινα ἐκ τοῦ πυρώδους, ὅπερ ὁ αἰθὴρ ἐν ἑαυτῷ περιέχων

vel potius vera, ac genuina lectio in Plutarchi textu, Galeno duce, restituenda, in quo legitur ἐκ πέμπτου σώματος. Ἄλλοι δὲ ἐκ πυρὸς &c ut nempe postrema haec opinio non Aristoteli, sed Philosophis aliis adscribatur, quorum quidam Caelum ex igne, alii ex calido frigidoque composuerint. Certe Stobaeus in hoc ipso Capite exposita Empedoclis opinione repente subdit. Ἀναξίμανδρος ἐκ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ μίγματος. Παρμενίδης, Ἡράκλειτος, Στράτων, Ζήνων πύρινον εἶναι τὸν οὐρανόν. Ἀριστοτέλης &c. *Anaximander ex calidi, frigidique mixtura. Parmenides, Heraclitus, Strato, Zeno igneum esse Caelum* dixerunt. *Aristoteles &c.* Achilles tamen Tatius *cap.* 5. eadem prorsus, quae Plutarchus habet.

CAP. XII

Gal. c. XII. Stob. pag. 53.

(1) Galenus legit ὑποβλῆσθαι, ceterasque voces omnes ommittit. Stobaeus ὑποκέκληται παραψαύων.
(2) τὸ ἀντίξουν. Stobaeus τὸ ἀντικρύ.
(3) Si Thales ipse Zodiacum, eumque obliquum agnoverat, ut superius testatur Plutarchus, atque perspicue ex Laertio I seg. 23. deducitur, obliquitas illa neque a Pythagora, neque ab Oenopide primum deprehensa dici debet.

χων ἐξέθλιψε κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν. Ἀναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα, πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δὲ εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀναρπάζοντα πέτρους ἐκ τῆς γῆς, κ̀ καταφλέξαντα τούτους ἠστερικέναι. Διογένης, κισσηρώδη τὰ ἄστρα, διαπνοὰς δὲ αὐτὰ νομίζει τοῦ κόσμου. πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς ἀφανεῖς μὲν λίθους, πίπτοντας δὲ πολλάκις ἐπὶ τὴν γῆν σβέννυσθαι, καθάπερ τὸν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς πυροειδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον. Ἐμπεδοκλῆς τοὺς μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ, τοὺς δὲ πλάνητας ἀνεῖσθαι. Πλάτων ἐκ μὲν τοῦ πλείστου μέρους, πυρίνους, μετέχοντας δὲ κ̀ τῶν ἄλλων στοιχείων κόλλης δίκην. Ξενοφάνης ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων, σβεννυμένων δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀναζωπυρεῖν νύκτωρ καθάπερ τοὺς ἄνθρακας. τὰς γὰρ ἀνατολὰς κ̀ τὰς δύσεις, ἐξάψεις εἶναι κ̀ σβέσεις. Ἡρακλείδης,

se ipso continens in prima *rerum* secretione (1) emisit (2). ANAXAGORAS (3) circumpositum aethera natura quidem igneum esse putavit; quum vero violentia circumrotationis *aut vertiginis* lapides (4) ex Tellure abripuisset, eosque incendisset, *eos* in sidera convertisse. DIOGENES sidera pumicosa, eademque Mundi (5) spiracula existimat. Ad haec *Diogenes* (6) ipse *arbitratur* inapperentes quidem *vel inconspicuos* lapides *illos esse*; saepius vero in Terram cadentes extingui; sicuti lapideum sidus, quod ignis specie in Aegos fluvium decidit. EMPEDOCLES (7) inerrantia quidem sidera *Caelo, veluti* crystallo infixa *putat*, errantia vero soluta esse. PLATO *sidera existimavit* maiori quidem ex parte ignea, *sed partes tamen alias* ex aliis etiam elementis sortiri, glutinis (8) instar. XENOPHANES *sidera* ex nubibus incensis, ac quotidie extinctis *componi*, iterum nocte accendi, ut carbones; ortus vero occasusque *siderum* non aliud, quam nubium accensiones esse, & extinctiones. HERACLIDES, & PYTHAGORICI quod-

CAP. XIII.

Gal. c. XIII. Eus. c. XXX. Stob. p. 53. 54.

(1) Stobaeus ὅπερ ὁ ἀὴρ ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξανέλαμψε *quod aer in se contentum incendit*. In Galeno tamen brevissime Ἐμπεδοκλῆς πύρινα, ceteris omissis.

(2) Fortasse melior, & accuratior Galeni lectio.. αἰθέρα ἀέρα πυρινὸν ᾤετο *aethera* non aliud, quam aërem *igneum*, aut ignitum *existimavit*.

(3) Superas Mundi partes igneas esse apud Aristotelem quoque docuit Anaxagoras *Meteor. l. c.* 3.

(4) Ita apud Laertium Lib. II seg 12. ait Anaxagoras ὡς ὅλος ὁ οὐρανὸς ἐκ λίθων συγκέοιτο· τῇ σφοδρᾷ δὲ περιδινήσει συνεστάναι, καὶ ἀνεθέντα κατενεχθήσεσθαι *quod caelum omne ex lapidibus est constitutum, ac vehementi circuitu constare, alias remissione lapsurum*. Quamvis tamen Anaxagorae sententia eadem fere ratione a Plutarcho in *Lysandri vita* exprimatur; mitius tamen longeque verisimilius illam Achilles Tatius exposuit. *Isagoge in Aratum cap. II.* Etenim ibi Anaxagoras docet μετὰ τὴν πρώτην διάκρισιν τῶν στοιχείων τὸ πῦρ χωριζόμενον ἐπὶ τὴν ἰδίαν φύσιν ἀνασπάσαι, καὶ διάπυρα ποιῆσαι, καὶ τῆς γῆς μέρη τινά, ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον ἔλεγεν εἶναι μύδρον, ὡς ἑξῆς ἐροῦμεν. *post primam elementorum secretionem, ignem separantem se, nonnullas terrae partes ad suam traxisse naturam, & igneas reddidisse. Unde & Solem massam veluti ferri esse volebat, ut paullo post dicetur*. Itaque sidera non igniti, incensique lapides forent, quos aether violenta perennique vertigine ex Tellure abreptos in sublime evexerit; sed concrementa quaedam, aut moles ex terrestribus particulis in sublime elatis, ibique incensis compositae.

(5) Longe clarius, ac uberius haec a Stobaeo describuntur. διαπνοίας δὲ αὐτὰ νομίζει τοῦ κόσμου, εἶναι δὲ διάπυρα· συμπεριφέρεσθαι δὲ τοῖς φανεροῖς ἄστροις ἀφανεῖς λίθους, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτ' ἀνωνύμους, πίπτοντας δὲ πολλάκις ἐπὶ τῆς γῆς σβέννυσθαι *Mundi exhalationes ipsas putat, atque igneas; ac circumferri una cum perspicuis stellis lapides obscuros, eaque de caussa nominis expertes, qui nonnunquam in terram delapsi extinguantur*.

(6) Altera haec Diogenis opinio a Galeno prorsus omittitur; fortasse quod illa non Diogeni, sed Anaxagorae potius, adscribenda videretur. Certe Stobaeus pag. 53. opinionem hanc Anaximeni adscribit Ἀναξιμένης.

(7) Haec altera Empedoclis opinio iisdem prorsus verbis a Stobaeo describitur; sed superiori eiusdem Empedoclis placito subnectitur. In Galeno vero prorsus omittitur.

(8) Voces istae a Stobaeo omittuntur.

quodlibet sidus Mundum esse *dixerunt*, qui in infinito Aethere [1] Terram, Aëremque, & Aethera contineat. Eadem vero dogmata in Orphicis, *vel Orphei Carminibus* efferuntur; *Orphici* enim quamlibet stellam in Mundum efformant. EPICURUS nihil istorum reprobat illi, quod fieri potest, insistens.

δης, καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν, γῆν περιέχοντα, ἀέρα τε καὶ αἰθέρα, ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι. ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεται· κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων. Ἐπίκουρος οὐδὲν ἀπογινώσκει τούτων, ἐχόμενος τοῦ ἐνδεχομένου.

CAPUT XIV.

De siderum figura.

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ σχήματος ἀστέρων.

STOICI [2] sidera Mundi, Solis, & Lunae instar, sphaerica *existimarunt*. CLEANTHES coni, *vel turbinis* forma. ANAXIMENES [3] clavorum instar *infixa vel impacta* crystallino *corpori*. Quidam vero igneas laminas esse, *aut folia*, veluti picturamenta.

ΟἹ Στωϊκοὶ σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας, καθάπερ τὸν κόσμον καὶ ἥλιον καὶ σελήνην. Κλεάνθης κωνοειδεῖς. Ἀναξιμένης ἥλων δίκην καταπεπηγέναι τῷ κρυσταλλοειδεῖ. ἔνιοι δὲ πέταλα εἶναι πύρινα, ὥσπερ ζωγραφήματα.

CAPUT XV.

De ordine siderum.

ΚΕΦ. ΙΕ.

Περὶ τάξεως ἀστέρων.

XENOCRATES [4] in una *eademque* superficie sidera moveri [5] existimat. Alii

ΞΕνοκράτης κατὰ μιᾶς ἐπιφανείας οἴεται κινεῖσθαι τοὺς ἀστέρας, οἱ δ' ἄλ-

(1) Vox αἰθέρι in Eusebio desideratur. Galenus autem habet γῆν περιέχοντα καὶ αἰθέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ ἀέρι ommisso ἀέρα τε.

CAP. XIV.

Euseb. c. XXXI.

(2) Integra haec opinio, quemadmodum etiam postrema, in Eusebio prorsus ommittitur.

(3) Sententiam hanc Anaximenis ita Stobaeus pag 53. cum ceteris coniunxerat ἥλων δίκην καταπεπηγέναι τὰ ἄστρα τῷ κρυσταλλοειδεῖ *Stellas velut clavos crystallo inhaerere.*

CAP. XV.

Gal. c. XIII. Eus. c. XLVI. Stob. p. 53. 54.

(4) *Xylander* „ Rectius Eusebius μιᾶς ἐπιφανείας; „ & pro, φαίνεται φαίνονται Hoc nolui dissimulare „ videri mihi aliquando Xenocratis nomen in Xeno„ phanem, forte etiam vicissim, mutatum.

Quamvis *Xenophanis* nomen pro *Xenocrate* saepius irrepserit, nullus hic tamen vel Xenophani, vel Xenocrati locus esse potest; sed Stoicorum aliquis hic audari exprimique debuit; ut rite deinde adpositeque subnecti posset οἱ δ' ἄλλοι Στωϊκοὶ *alii vero Stoici*. Itaque vel plurimum ego fallor, vel hic olim scriptum fuerat Ζήνων *Zeno*, pro quo deinde *Xenophanes* Ξενοφάνης irrepsit Ac certe quidem Stoicis, eorumque principi Zenoni sententiam hanc arrisisse ex Stobaeo deduci potest, qui pag 48. haec habet: Χρύσιππος, τῶν μὲν ἐν ἀπλανῶν ἀστέρων ἀκατάληπτον εἶναι τὸ πλῆθος, τὰ δὲ πλανώμενα ταπεινότερα τῶν ἀπλανῶν, τετάχθαι δὲ τὰ ἀπλανῆ ἐπὶ μιᾶς ἐπιφανείας, ὡς καὶ ὁρᾶται τὰ δὲ πλανώμενα ἀπ' ἄλλης φορᾶς. περιέχεσθαι δὲ πάσας τὰς τῶν πλανωμένων ὑπὸ τῆς τῶν ἀπλανῶν σφαίρας *fixarum porro stellarum infinitum esse numerum, errantes autem inferiorem obtinere locum. Et fixas quidem idem solum, ut apparcat occupare, errantes vero non item; tamen ut sub illarum sphaera omnes harum contineantur.* Hinc, ut opinor, Galenus utramque opinionem, quarum unam Zenoni, aliam Stoicis alia tributam viderat, Stoicis tribuit, adeoque hoc Caput exorditur Οἱ Στωϊκοὶ *Stoici*.

(5) Clarius hic, ut videtur, Stobaeus, in quo pro κινεῖσθαι *moveri*, legitur κεῖσθαι *disponi*.

ἄλλοι Στωϊκοὶ πρὸ τῶν ἑτέρων τοὺς ἑτέρους ἐν ὕψει, κ̔ βάθει. Δημόκριτος, τὰ μὲν ἀπλανῆ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ἐφ' οἷς ἥλιον, Φωσφόρον, σελήνην. Πλάτων μετὰ τὴν τῶν ἀπλανῶν θέσιν, πρῶτον Φαίνοντα λεγόμενον, τὸν τοῦ Κρόνου· δεύτερον, Φαέθοντα, τὸν τοῦ Διός· τρίτον πυρόεντα, τὸν τοῦ Ἄρεος· τέταρτον, ἑωσφόρον, τὸν τῆς Ἀφροδίτης· πέμπτον, ςίλβοντα, τὸν τοῦ Ἑρμοῦ· ἕκτον, ἥλιον· ἕβδομον, σελήνην. τῶν μαθηματικῶν τινες μὲν, ὡς Πλάτων, τινὲς δὲ μέσον πάντων τὸν ἥλιον. Ἀναξίμανδρος, κ̔ Μητρόδωρος ὁ Χῖος, κ̔ Κράτης ἀνωτάτω μὲν πάντων τὸν ἥλιον τετάχθαι, μετ' αὐτὸν δὲ τὴν σελήνην· ὑπὸ δὲ αὐτοὺς τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄςρων, κ̔ τοὺς πλανήτας.

Alii vero Stoici *stellas* alias ab aliis altitudine, & profunditate *differre*. Democritus inerrantia quidem *sidera* primo *supremoque loco ponit*, post illa vero Planetas (1), post illos Solem, Phosphorum *aut Venerem*, Lunam (2). Plato post inerrantium situm primum *sidus* Saturni *collocat*, quod Phaenon vocatur. Secundum Phaëtonta Iovis, tertium Pyroënta Martis, quartum stellam Veneris Phosphorum; quintum Stilbonta *sidus* Mercurii; sextum Solem, septimum Lunam. Ex Mathematicis nonnulli quidem *sentiunt* ut Plato; alii vero (3) Solem *Planetarum* omnium medium *esse opinantur*. Anaximander (4) & Metrodorus Chius, & Crates omnium quidem supremum positum esse Solem, post illum vero Lunam; infraque illos inerrantia sidera, & Planetas.

Κ Ε Φ. ΙϚ.

C A P V T XVI.

Περὶ τῶν ἀςέρων φορᾶς, κ̔ κινήσεως.

De latione, & motu Siderum.

Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, Κλεάνθης, ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς φέρεσθαι

Anaxagoras (5), Democritus, Cleanthes stellas omnes ab ortu in occasum fer-

H

(1) Stobaeus in exprimenda Democriti sententia desinit in πλανήτας, reliquasque voces ommittit. At illa in Galeno eadem prorsus ratione, qua in Plutarcho, recensetur, nisi quod ipse *Aureriferi*, vel *Phosphori* nomen hic praeterit. Ac certe quidem Democritus fixum, constantemque Veneri locum inter Solem, ac Lunam tribuisse non videtur; sive quod Venerem ipsam circa Solem, veluti centrum, torqueri ille crederet; sive quod verum Planetarum ordinem, ac situm nobis incompertum esse censeret. Hinc ille apud Origenem in *Philosophumenis* ait εἶναι τὴν μὲν σελήνην κάτω, ἔπειτα τὸν ἥλιον, εἶτα τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας· τοὺς δὲ πλανήτας οὐδ' αὐτοὺς ἔχειν ἴσον ὕψος *infra Lunam esse. supra Solem, deinde stellas fixas. Planetas vero inaequalem altitudinem habere.* Quandoquidem vero in Stobaeo legitur Δημόκριτος, ... πρῶτα μὲν τὰ ἀπλανῆ, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ibique Canterus *Leucippi* nomen inseruit, id optime, accurateque factum. Siquidem Leucippus apud Laertium IX seg. 30. & 33. docuit φέρεσθαι τὸν Ἥλιον ἐν μείζονι κύκλῳ περὶ τὴν Σελήνην. τὴν γῆν ὀχεῖσθαι περὶ τὸ μέσον δινουμένην .... εἶναι δὲ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐξώτατον, τὸν δὲ Σελήνης προσγειότατον, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων μεταξὺ τούτων *Solem in circulo maiori circa Lunam ferri. Terram vehi, circum medium se in orbem convertentem, atque esse Solis circulum extimum, Lunae vero Terrae proximum, ceteris in medio horum positis.*

(2) Ita propemodum Laertius III seg 74. εἶναι δὲ ὑπὲρ μὲν τὸν τῆς γῆς κύκλον Σελήνην, ἐν δὲ τῷ ἐχομένῳ Ἥλιον, ἐν δὲ τοῖς ἐπάνω τοὺς Πλανήτας *Lunam quidem supra Terrae circulum, in proximo Solem, in superioribus vero vaga sidera ferri.*

(3) Quamvis postrema haec opinio in Stobaeo praetermissa fuerit, celeberrima tamen sententia innuenda fuerat, de qua fusius Diss. I. & II. disputabitur.

(4) Eadem Stobaeus, nisi quod *Metrodori*, & *Cratetis* nomen ommittit.

CAP. XVI.
Gal. c. XIII. Eus. c. XLVII. Stob. pag 53 54.

(5) Stobaeus accurate Plutarchum exprimens *Democriti* tamen, & *Cleanthis* nomen hic praeterit.

ferri. ALCMAEON, & MATHEMATICI Planetas inerrantibus adversos *ire*; ab occasu quippe in ortum moveri. ANAXIMANDER (1) a circulis, sphaerisque, quibus illorum *siderum* quodlibet affixum est, deferri. ANAXIMENES (2) *uno* eodemque modo sidera supra Terram, & circum ipsam converti. PLATO (3), & MATHEMATICI Solem, Venerem, ac Mercurium aequali cursu, *vel celeritate* praeditos *esse*, *eodem nempe tempore periodum conficere*, *existimarunt*.

σθαι πάντας τοὺς ἀςέρας. Α᾽λκμαίων, κ̓ οἱ μαθηματικοὶ τοὺς πλανήτας τοῖς ἀπλανέσιν ἐναντίους· ἀπὸ γὰρ δυσμῶν ἐπ᾽ ἀνατολὰς ἀντιφέρεσθαι. Α᾽ναξίμανδρος, ὑπὸ τῶν κύκλων, κ̓ τῶν σφαιρῶν, ἐφ᾽ ὧν ἕκαςος βέβηκε, φέρεσθαι. Α᾽ναξιμένης, ὁμοίως ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ περὶ αὐτὴν ςρέφεσθαι τοὺς ἀςέρας. Πλάτων, κ̓ οἱ μαθηματικοὶ, ἰσοδρόμους εἶναι, τὸν ἥλιον, τὸν ἑωσφόρον, τὸν ςίλβοντα.

CAPVT XVII.

Vnde illuminentur Sidera.

METRODORVS (4) inerrantia omnia a Sole illuminari (5). HERACLITVS, & STOICI sidera ex terrestri evaporatione, *vel halitibus e Terra in sublime elatis*, nutriri. ARISTOTELES caelestia *corpora* cibo non indigere; non enim corruptibilia, sed peren-

ΚΕΦ. ΙΖ.

Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀςέρες.

ΜΗτρόδωρος ἅπαντας τοὺς ἀπλανεῖς ὑπὸ τοῦ ἡλίου προσλάμπεσθαι. Η῾ράκλειτος, κ̓ οἱ Στωϊκοὶ, τρέφεσθαι τοὺς ἀςέρας ἐκ τῆς ἐπιγείου ἀναθυμιάσεως. Α᾽ριςοτέλης, μὴ δεῖσθαι τὰ οὐράνια

(1) Stobaeus illi *Aristotelem* quoque adiungit.

(2) *Xylander* ,, Α᾽ναξιμένης ὁμοίως ἐπὶ τὴν γῆν. ,, scriptus ὑπὸ habet. Rectissime.

At vera lectio, verusque Anaximenis sensus a Stobaeo nobis exprimitur: οὐχ ὑπὸ τὴν γῆν δὲ, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν στρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας *non subter Terram*, *sed circa ipsam*, *stellas converti*; quod nempe sidera non circulari motu circa Tellurem torquerentur; sed, quod Tellus ipsa in borealibus sui partibus elatior esset, sidera postquam in occidente subter horizontem depressa fuerant, versus boreales Terrae partes oblique verterentur, atque ad orientem deducta iterum super horizontem ipsum ascenderent, atque orirentur. Clare id Origenes in *Philosophumenis* οὐ κινεῖσθαι δὲ ὑπὸ γῆν τὰ ἄστρα λέγει, καθὼς ἕτεροι ὑπειλήφασιν. ἀλλὰ περὶ γῆν, ὡς περὶ τὴν ἡμετέραν κεφαλὴν στρέφεται τὸ πιλίον· κρύπτεσθαι δὲ τὸν ἥλιον οὐχ ὑπὸ γῆν γενόμενον· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν τῆς γῆς ὑψηλοτέρων μερῶν σκεπόμενον, καὶ διὰ τὴν πλείονα ἡμῶν αὐτοῦ γενομένην ἀπόστασιν *sidera non moveri subter Terram*, *ut alii supposuerunt*, *sed circa Terram*, *eo fere pacto*, *quo pileus circa caput nostrum convertitur*; *occultari autem Solem non quasi sub Terra versantem*, *sed ut a Terrae partibus eminentioribus contectum*, *ac propter insignem*, *qua tunc ab illo absumus*, *distantiam*. Laertius autem *Lib. II. seg. 3.* ita Anaximenis sententiam expressit. κινεῖσθαι τὰ ἄστρα οὐχ ὑπὲρ γῆν, ἀλλὰ περὶ γῆν *moveri sidera non super Terram*, *sed circa Terram*. Quamvis tamen in Origene, Stobaeo, variisque Laertii Codicibus a Menagio laudatis, legatur οὐχ ὑπὲρ γῆν, eamque lectionem improbaverit Menagius, nihil tamen in vulgato Origenis textu mutarim. Nam licet ille a Laertio, & Stobaeo dissidere videatur, plane tamen consentit: quod nempe sidera non *supra*, adeoque etiam non *infra* Terram circulari motu, sed obliquo *circa* ipsam torqueantur. Ceterum Eusebius Anaximenis nomen, eiusque sententiam ommisit.

(3) *Xylander* ,, Platonis sententia eadem in *Libro de Oraculis defitis* fuit relata.

CAP. XVII.

Gal c. XIII. Eus c. XLVIII. Stob. pag. 54.

(4) *Stratonem*, ac *Diotimum* Tyrium Metrodoro coniungit Stobaeus. Galenus autem habet ἀπλανεῖς, κ̓ πλανήτας ἀπὸ τοῦ ἡλίου *inerrantia*, *ac errantia* sidera *a Sole* illuminari; quae vera Metrodori sententia, simulque, ut opinor, integra Plutarchi lectio censeri debet; ne scilicet inerrantia solum, ac remotiora sidera a Sole; errantia vero, ac proximiora aliunde illustrari dicantur.

(5) *Xylander* ,, Eusebius καταλάμπεσθαι. Sed minuta haec quivis pro se observet.

νια τροφῆς· ὐ γὰρ φθαρτὰ, ἀλλ' ἀίδια. Πλάτων, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, ὡς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἄστρα ἐξ αὐτῶν τρέφεσθαι.

rennia *illa sunt*. PLATO, & STOICI, quemadmodum universum Mundum, *ita* quoque sidera ex seipsis (1) nutriri.

Κ Ε Φ. ΙΗ.

Περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλυμένων Διοσκούρων.

ΞΕνοφάνης τοὺς ἐπὶ τῶν πλοίων φαινομένους οἷον ἀστέρας, νεφέλια εἶναι κατὰ τὴν ποιὰν κίνησιν παραλάμποντα. Μητρόδωρος τῶν ὁρώντων ὀφθαλμῶν μετὰ δέους, καὶ καταπλήξεως εἶναι στιλβηδόνας.

C A P V T XVIII.

De Stellis, quae Dioscuri vocantur.

XENOPHANES Stellas super navibus apparentes nubeculas (2) esse *putavit*, iuxta qualitatem motus micantes. METRODORVS (3) scintillas esse oculorum cum pavore, & consternatione cernentium.

Κ Ε Φ. ΙΘ.

Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν, καὶ θέρος.

ΠΛάτων τὰς ἐπισημασίας τάς τε θερινὰς, καὶ τὰς χειμερινὰς κατὰ τὰς τῶν ἀστέρων ἐπιτολάς τε καὶ δυσμὰς γίνεσθαι, ἡλίυ τε καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄλλων πλανήτων, καὶ ἀπλανῶν. Ἀναξιμένης δὲ, διὰ μὲν ταύτην, μηδὲν τύτων, διὰ δὲ τὸν ἥλιον μόνον. Εὔδοξος, Ἄρατος, κοινῶς διὰ

C A P V T XIX.

De praesignificatione Siderum, & quomodo biems, ac aestas fiat.

PLATO (4) significationes tum aestivas, tum hiemales iuxta siderum, Solisque, & Lunae, aliarumque tum errantium, tum inerrantium *stellarum* ortus, occasusque fieri *existimavit*. ANAXIMENES vero propter hanc quidem, *nimirum Lunam*, nihil istorum *fieri*; sed unice propter Solem (5). EVDOXVS (6), ARATVS, (7)

H 2 com-

(1) *Xylander* in graeco textu legit ἐξ αὐτῶν, adeoque interpretatur *idem stellis, atque universo Mundo nutrimentum esse*. Vulgatam hanc Plutarchi lectionem firmare videtur Eusebius, qui habet ἄστρα ἐξ αὐτοῦ τρέφεσθαι *sidera ex eodem* alimento *nutriri*; simulque Stobaeus, in quo legitur κοινῶς δὲ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ τὰ ἄστρα ἐξ αὐτῦ τρέφεσθαι *eadem* communique *ratione Mundum universum, atque astra ex eodem* cibo *nutriri*. Mihi vero concinnior, ac vera Plutarchi lectio videtur ἐξ αὐτῶν *ex seipsis*: ut quemadmodum nempe dixerat Plato Cap V Mundum ex seipso partibus fatiscentibus alimentum sumere, ita quoque nunc asserat sidera ex se ipsis nutriri.

C A P. XVIII.
Gal. c XIII. Eusebius c. II. Stob. pag 54.

(2) Galenus νεφίλια παραλάμποντα.

(3) Quamvis in Stobaeo Metrodori nomen, eiusque opinio praetermissa sit, Galenus tamen hanc exprimit, legitque στιλβηδόνα εἶναι.

C A P. XIX
Gal c. XIII. Stob. pag. 53. 54.

(4) Platonis opinio usque ad vocem γίνεσθαι eodem prorsus modo a Stobaeo quoque describitur, qui ceteras tamen voces omnes ommittit. Significationes autem illae, quae a siderum ortu, occasuque pendent, nihil sunt aliud, ut optime observavit Budaeus, quam *insignes aëris mutationes*; sive, ut reddit Xylander, *indicationes aestatis, atque biemis*, quae *tempestates anni* vocari etiam solent.

(5) Stobaeus habet διὰ τὸν ἥλιον μόνον praecedentibus vocibus omnino resecatis, ut proinde non Plutarchi, sed Stobaei textum, expresserit Xylander interpretatus *Anaximenes ad solum baec refert Solem*.

(6) Facile in Phaenomenis ab Anonymo Vitae Arati Scriptore memoratis, quae temporis iniuria exciderunt.

(7) Phaenomen. V. 10.

communiter propter omnia sidera, in quibus dicit:

Ipse enim haec signa in Caelo firmavit
Astra distribuens, providitque in annum
Stellas, quae maxima facta significarent.

CAPVT XX.

De substantia Solis.

ANAXIMANDER *ait Solem* esse orbem viginti octo (1) vicibus Tellure maiorem, apsidem, *seu curvaturam* rotae curulis fere similem habentem, *eamque* concavam, *&* plenam igne. Quae *quidem apsis* quadam ex parte per orificium ignem exhibeat, veluti per fistulae foramen (2); atque *ignem* hunc *nobis ex orificio* (3) *apparentem* esse Solem. XENOPHANES *illum constare dixit* igniculis (4) ex humida exhalatione *prodeuntibus*, *atque* una concretis, compingentibusque Solem; aut (5) *Solem*

διὰ πάντας τοὺς ἀςέρας, ἐν οἷς φησὶν,

Αὐτὸς γὰρ τάδε σήματ' ἐν ὀρανῷ ἐςήριξεν,
Α'ςρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
Α'ςέρας οἵκε μάλιςα τετυγμένα σημαίνοιεν.

ΚΕΦ. Κ.

Περὶ ὀσίας ἡλίȣ.

ἈΝαξίμανδρος, κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς, ἁρματείȣ τροχȣ̃ τὴν ἀψῖδα παραπλήσιον ἔχοντα, κοίλην, πλήρη πυρός· ἧς κατά τι μέρος ἐκφαινούσης διὰ ςομίȣ τὸ πῦρ, ὥσπερ διὰ πρηςῆρος αὐλȣ̃· κ) τȣ̃τ' εἶναι τὸν ἥλιον. Ξενοφάνης ἐκ πυριδίων τῶν συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον· ἢ νέφος πεπυρωμένον. Οἱ Στωϊκοὶ

CAP. XX.
Gal. c. XIV. Euseb. c. XXIII. Stob. pag. 55. 56. 57.

(1) Itaque corrigendus Theodoretus in *Therapeut.* *Lib. I.* ubi circulum hunc, aut orbem solis 26 vicibus Terra maiorem ab Anaximandro poni testatur.

(2) Vox ista in Stobaeo ommittitur. Vicissim Galenus ait ὡς δι' αὐλοῦ πρὸς ἡμᾶς, ex Plutarcho proinde corrigendus. Eusebius Plutarcho consentit; nisi quod pro ἐκφαινούσης habet ἐκφαίνειν. Longe tamen clarius haec Anaximandri sententia ab Achille Tatio describitur: τινὲς δὲ, ὧν ἐστὶ καὶ Ἀναξίμανδρος, φασὶ πέμπειν αὐτὸν τὸ φῶς, σχῆμα ἔχοντα τροχοῦ, ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ τροχῷ κοίλη ἐστὶν ἡ πλήμνη· ἔχει δὲ ἀπ' αὐτῆς ἀνατεταμένας τὰς κνημίδας πρὸς τὴν ἔξωθεν τῆς ἀψῖδος περιφέρειαν· οὕτω καὶ αὐτὸν ἀπὸ κοίλου τὸ φῶς ἐκπέμποντα, τὴν ἀνάτασιν τῶν ἀκτίνων ποιεῖσθαι, καὶ ἔξωθεν αὐτὰς κύκλῳ φωτίζειν: *nonnulli, ut Anaximander, lucem ab eo, qui sit rotae similis, emitti sentiunt. Nam ut in rota cavus est modiolus, cui infixi radii ad summae curvaturae ambitum extenti sunt; ita Solem aiunt ex cavo lumen effundentem radios spargere, quibus circumquaque collustrat.*

(3) Itaque apparet orificium istud iuxta Anaximandrum Terrae circulo aequalem esse oportere, quum Sol ab ipso Telluri aequalis ponatur.

(4) *Xylander* „ Πυριδίων τῶν συναθροιζομένων φαινομένων. ex Eusebio inserendum est. apud eumdem „ ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων.

(5) Haec opinio, quae verbis ipsis a Stobaeo exprimitur, non Xenophani, sed Theophrasto, perperam tribuitur; sed ita tamen, ut in Stobaeo, & Eusebio quoque Sol non νέφος πεπυρωμένον, *nubes incensa* esse, sed ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων *ex nubibus accensis* constare dicatur; clarius id expressit Galenus: ἐκ τῶν ξηρῶν ἀτμῶν τὰ πυρίδια τινὰ συνέχεσθαι, ἃ εἰς τὸ ἓν σῶμα καθεστηκότα τὸν ἥλιον συνιςᾶσι *ex aridis halitibus igniculos quosdam congregari, qui in corpus unum coacti Solem componant.* Sicuti Eusebius Lib. I. cap 8 Ξενοφάνης τὸν ἥλιον φησὶ, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα ἐκ τῶν νεφῶν γίνεσθαι· καὶ τὸν ἥλιον ἐκ μικρῶν καὶ πλειόνων πυρίων ἀθροίζεσθαι *Xenophanes Solem, aliaque sidera ex nubibus fieri dixit. & Solem ex pluribus, exiguisque ignibus coalescere.*

καὶ ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης. Πλάτων ἐκ πλείςυ πυρός. Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, Μητρόδωρος μύδρον, ἢ πέτρον διάπυρον. Ἀριςοτέλης σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτυ σώματος. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος, ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς· ὥστε προσεοικέναι ἡλίῳ τὸ ἐν τῷ ὐρανῷ πυρῶδες, τό, τε δὴ ἀπ' αὐτῦ, κ̀ ἐσοπτροει-

lem ipsum nubem ardentem *esse*. STOICI [1] flammam *ignitumque corpus* mente praeditum ex mari. PLATO [2] ex igne plurimo. ANAXAGORAS [3], DEMOCRITUS, METRODORUS massam, vel lapidem ignitum *esse dixerunt*. ARISTOTELES sphaeram, *globumve* ex quinto corpore [4] *compositum*. PHILOLAUS Pythagoricus *Solem esse* corpus *existimat* vitri instar pellucidum, recipiens quidem splendorem ex mundano igne; lucem vero ad nos percolantem [5]: ideoque [6] assimilari Soli, *vel efformando, con-cipien-*

(1) Id non Stoicis omnibus, sed Cleanthi, Chrysippo, Heraclito, & Hecataeo tribuit Stobaeus legens ἄναμμα, & ἄναμμα νοερὸν τὸ ἐκ θαλάττης. Certe Chrysippus, ut ait Plutarchus ipse *Repugn. Stoic. Solem animatum putavit, igneum corpus, & natum ex vapore in ignem mutato*. Quemadmodum Stoici ex Plutarcho Libr. *adversus Stoicos Solem aiunt factum esse animatum, quum humor eius in ignem intellectu praeditum mutaretur*. Itaque facile corrigendus Suidas, qui Stoicis Solem esse dixit νωθρὸν ἄναμμα *lentam inflammationem*, ibique νοερὸν rescribendum.

(2) Platonis nomen, ac opinio in Stobaei textu praeteritur; in graeco vero Budaei codice voces illae ἐκ πλείςυ πυρὸς *ex igne plurimo* Stoicis tributae videntur; quum omisso Platonis nomine, superioribus adiungantur.

(3) Philosophos istos ita Stobaeus seiungit, ut Anaxagorae quidem, & Democrito sententiam a Plutarcho hic expressam adscribat; Metrodori vero, simulque Anaximenis, atque Parmenidis opinionem esse pag. 55 dicat πύρινον ὑπάρχειν τὸν ἥλιον *igneum esse Solem*: quamvis pag. 51. dixisset iuxta Parmenidem τοῦ πυρὸς ἀνάπτειν τὸν ἥλιον. Ceterum apud Laertium quoque seg 8. Anaxagoras docet τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον *Solem esse massam ignitam*; ut etiam Xenophon *Memorab. IV.* Cyrillus *VI. contra Iulianum*, Tatianus *adversus Gentes* testatur. Iosephus tamen Lib. II *contra Appionem* habet μῦλον ubi Casaubonus rescribendum asserit μύδρον; quamvis alterutra lectio defendi possit.

(4) Paullo aliter Stobaeus ἐκ πέμπτης οὐσίας τὸν ἥλιον *ex quinta substantia Solem* componi, quemadmodum corpus illud a Cicerone vocatur *Tuscul. I. c. 17. quinta illa non nominata magis, quam non intellecta, natura*.

(5) *Xylander*, „ Eusebio vox δίσκος debetur, male „ omissa, & pro διηθοῦντα ex eodem διαθεῦντα legi, „ quod ad sententiam quadrat. Adscribam etiam re„ liqua, quando mihi quidem, magis quam nostra, „ probantur. Ideoque ea secutus sum in vertendo. πυ„ ρῶδες, τῇ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρυ κατὰ ἀνάκλασιν διαπει„ ραιομένῃ πρὸς ἡμᾶς αὐγῇ. Καὶ γὰρ ταύτῃ &c.

(6) Obscurior haec Philolai sententia paullo fusius, & clarius apud Stobaeum exprimitur pag. 56. Etenim post vocem τὸ φῶς repente in illo subiicitur, κ̀ τὴν ἀλέαν, ὥστε τρόπον τινὰ διττοὺς ἡλίους γίγνεσθαι, τό τε ἐν τῷ ὐρανῷ πυρῶδες, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ πυροειδὲς κατὰ τὸ ἐσοπτροειδές: *ita ut duo quodam pacto sint Soles, nempe caelestis ignis, & qui inde tanquam in speculum transfunditur*. Ita Galenus post vocem ipsam φῶς subdit: ὥστε τρεῖς εἶναι ἐν τῷ ἡλίῳ διαφοράς, τὸ ἐν τῷ ὐρανῷ πυρῶδες, καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ πυροειδὲς ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρυ κατὰ τὴν ἀνάκλασιν. τρίτον τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρυ κατὰ ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς. καὶ γὰρ τὸ φῶς αὐτὸν τὸν ἥλιον ὀνομάζομεν, ὥσπερ τὸ εἴδωλον τοῦ εἰδώλυ. *adeo ut tria in Sole distinguantur; ignis, qui est in Caelo; corpus, quod ab ipso igne, perinde ac speculum quoddam illustrari, & ignescere potest: & tertium radium a speculo ad nos reflexum. Nam & hanc lucem Solem appellamus, quemadmodum simulacrum simulacri*. Denique apud Achillem Tatium *in Isagoge ad Aratum c. 19.* Φιλόλαος δὲ τὸ πυρῶδες, καὶ διαυγὲς λαμβάνοντα ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ αἰθερίου πυρὸς, πρὸς ἡμᾶς πέμπειν τὴν αὐγὴν διά τινων ἀραιωμάτων. ὥστε κατ' αὐτὸν τριττὸν εἶναι τὸν ἥλιον· τὸ μὲν, ἀπὸ τοῦ αἰθερίου πυρός· τὸ δὲ ἀπ' ἐκείνου πεμπόμενον ἐπὶ τὸν ὑαλοειδῆ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον ἥλιον. τὸ δὲ, ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἡλίου πρὸς ἡμᾶς πεμπόμενον: *Philolaus eumdem quidquid habet igneum, ac transparens, ex aetherio igne, quod supra ipsum est, exprimere putat, ac per quaedam rimarum interstitia splendorem ad nos transmittere, adeo ut triplex sit ex eius opinione Sol. Nam partim ex aetherio igne conflatus est; partim ab eo ad Solem illum, quem vitri similem vocat, nonnihil emittitur; partim ab hoc ipso ad nos usque permanat*. Itaque corrigendus Eusebii textus, in quo legitur ὥστε προσεοικέναι ἡλίῳ (sive ut in MSS legitur, ἡλίῳ) τὸ ἐν ὐρανῷ πυρῶδες τῇ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρυ κατὰ ἀνάκλασιν διασπειρομένῃ πρὸς ἡμᾶς αὐγῇ *ut igneus ille Solis in Caelo fulgor splendoris eius similis sit, qui ad nos e speculo reflexione transfunditur*.

cipiendoque Soli conferre tum corpus igneum, quod in Caelo *est; tum* quod ab illo *emittitur*, & speculi speciem habet; *tum etiam* tertio loco lucem, quae a speculo per refractionem ad nos dispergitur: & hanc *ipsam lucem* Solem vocari, quasi imaginis imaginem. EMPEDOCLES Soles duos *esse dicit*, hunc quidem archetypum (1), *ac primigenium*, *scilicet* ignem in altero Mundi hemisphaerio contentum, hemisphaerium *ipsum* replentem, semper e regione splendoris sui *ad nos* reflexi constitutum; apparentem vero *Solem esse putavit* reflexionem *lucis*, quae fit in altero hemisphaerio, quod aëre calori permixto repletum est, a Telluris rotunditate per reflexionem *vibratae ac* incidentis in Solem *illum*, *qui* crystalli formam habet, unaque cum motu igniti *corporis*, *hoc est ignis in altero hemisphaerio positi*, revolutae. *Atque*, ut breviter complexus *omnia* dicam, *Empedocles existimat* Solem esse repercussionem, aut resplendescentiam ignis *illius*, qui circa Terram *reperitur*. EPICVRVS *ait Solem esse* terrestrem concretionem pumici (2) similem *in* foraminibus, *sive exesis sui partibus* ab igne incensam.

τροειδὲς· καὶ τρίτον, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς αὐγήν· καὶ γὰρ ταύτην προσαγορεύομεν ἥλιον, οἱονεὶ εἴδωλον εἰδώλου. Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίους, τὸν μὲν ἀρχέτυπον, πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον· τὸν δὲ φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς γῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένην εἰς τὸν ἥλιον τὸν κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου. ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. Ἐπίκουρος, γήϊνον πύκνωμα κισσηροειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον.

C A- KEΦ.

(1) Perspicue vox ista non ad ignem cum Budaeo, & fortasse etiam cum Xylandro; sed ad Solem, referri debet; ut nempe exprimatur *archetypum* quidem, primariumque Solem nihil aliud esse, quam mundanum ignem; secundarium vero, nobisque conspicuum Solem puram esse primigenii illius, vel mundani ignis imaginem, quae ad nos veluti e speculo reflectatur. Empedoclis sententiam laudato Plutarchi opere *de Stromatis* sic expressit Eusebius *Lib. I. c.* 8 ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν οὐκ ἔστι πῦρ, ἀλλὰ τοῦ πυρὸς ἀντανάκλασις, ὁμοία τῇ ἀφ' ὕδατος γινομένῃ. Σελήνην δέ φησι συστῆναι καθ' ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀπολειφθέντος ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρὸς . . . . . τὸ δὲ φῶς αὐτὴν σχεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου . . . . εἶναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερόμενα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλου πυρὸς, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος καὶ ὀλίγου πυρὸς, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι: *iam vero Sol natura sua non est ignis, sed ignis reflexio illi, quam ex aqua fieri videmus, persimilis. Lunam vero ait ex aëre, quem ignis reliquerat coaluisse . . . . . . lumenque suum eamdem a Sole mutuari . . . . . . Duos praeterea dimidios orbes circa Terram circulari motu ferri, alterum ex igne totum, alterum ex aëre, igneque modico temperatum, quam ipse noctem esse arbitratur.* Ac Plutarchus ipse de *Pythiae Oraculis* Ἐμπεδοκλῆς τὸν ἥλιον περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον αὖθις ἀνταυγεῖν τὸν Ὄλυμπον ἀθαρβήτοισι προσώποις: *Empedocles dixit Solem quum in terra luminis reflexu caelestis exstitisset rursus resplendentem*

Intrepido vultu caeli convexa tueri. Itaque minus accurate Empedoclis opinionem expressit Laertius Lib. VIII. seg. 77 ubi ait τὸν ἥλιόν φησι πυρὸς ἄθροισμα μέγα *Solem dicit ignis magnum acervum* esse. Etenim ingens illa ignis copia non ad conspicuum nobis Solem, sed ad invisibilem, & archetypum referri debet.

(2) *Xylander* „ Nos nihil habebamus, quam κισ-„ σηροειδὲς, mutile apud Eusebium est κισσηροειδῶς, „ καὶ σπογγοειδῶς. In proximo Capite ἐφ' οὗ melius „ quam ὑφ' ᾧ: sed pro ἐκτακεὶς, ἐκτακεῖσα scriben-„ dum ex Eusebio, & praec. Cap.

Κ Ε Φ. ΚΑ.

Περὶ μεγέθους ἡλίου.

Ἀ'Ναξίμανδρος τὸν μὲν ἥλιον ἴσον τῇ γῇ εἶναι, τὸν δὲ κύκλον ἀφ' οὗ τὴν ἐκπνοὴν ἔχει, καὶ ἐφ' οὗ φέρεται, ἑπτακαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς. Ἀ'ναξαγόρας πολλαπλασίονα Πελοποννήσου. Ἡ'ράκλειτος εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου. Ἐ'πίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα, ἢ τηλικοῦτον ἥλιος φαίνεται, μικρῷ μείζων ἢ ἐλάττων.

CAPUT XXI.

De magnitudine Solis.

Anaximander *existimavit* Solem quidem Telluri aequalem esse; circulum vero, *vel orbem*, a quo spiraculum habet, & a quo defertur, septem ac viginti (1) vicibus Tellure maiorem *esse*. Anaxagoras (2) *dicit illum* multis vicibus Peloponneso maiorem. Heraclitus (3) latitudine humani pedis. Epicurus hic etiam ait *haec* omnia, quae dicta sunt, contingere posse; vel *etiam Solem* tantum *esse* quantus (4) apparet; *vel* paullo maiorem, aut minorem.

Κ Ε Φ. ΚΒ.

Περὶ σχήματος ἡλίου.

Ἀ'Ναξιμένης πλατὺν ὡς πέταλον τὸν ἥλιον. Ἡ'ράκλειτος σκαφοειδῆ, ὑπόκυρτον. οἱ Στωϊκοὶ σφαιροειδῆ, ὡς τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἄστρα. Ἐ'πίκουρος

CAPUT XXII.

De figura Solis.

Anaximenes (5) Solem, ut folium *aut laminam*, latum *esse dixit*. Heraclitus *illum* scaphae figura *praeditum*, *adeoque* subcurvum. Stoici (6) sphaericum, ut Mundus *etiam*, & sidera. Epicurus (7) prae-

CAP. XXI.

Gal. XIV. Euseb. c. XXIV. Stob. pag. 55.

(1) In Graeco Plutarchi textu rescribendum ἑπτακαιεικοσαπλασίονα, ut observavit Xylander, atque perspicue in Eusebio, & Stobaeo exprimitur, ut proinde perperam Vigerus Eusebium ex Plutarcho emendaverit.

(2) Huius nomen, ac placitum a Stobaeo praetermittitur. Laertius tamen id illi adscribit Lib. II. seg. 8. sicuti Plutarchus *de facie in ore Lunae*.

(3) Paullo aliter a Laertio Lib IX. seg 6. Heracliti sententia profertur: ὁ ἥλιος ἐστὶ τὸ μέγεθος οἷος φαίνεται *Sol ea est magnitudine, qua apparet*.

(4) *Xylander* „ Haec quoque ex Eusebio correximus, & reliquas varietates, ordinisque diversitatem „ tibi comparandas relinquimus. Non enim iudi„ catu arduum est quid recte, aut rectius legatur.

Quamvis autem celebrem hanc Epicuri sententiam Stobaeus omiserit, a Galeno tamen sic illa describitur: ὅτι τοιοῦτος, οἷος φαίνεται, ἢ μικρῷ μείζων *quod talis est qualis apparet, vel paullo maior*. Hinc Cicero Heracliti, Democriti, & Epicuri mentem simul expressit. *I. de Finib. c. 6. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito in geometriaque perfecto. huic bipedalis fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paullo aut maiorem, aut minorem.*

CAP. XXII.

Gal. c. XIV. Euseb. c XXV. Stob. pag. 55. 56.

(5) Stobaeus Anaximeni *Alcmaeonem* adiungit; sicuti mox *Heraclito Hecataeum*.

(6) Id non Stoicis omnibus, sed Chrysippo solum, a Stobaeo tribuitur. At Eusebius Plutarcho consentit; nisi quod ille non τὸν κόσμον, sed τὸν οὐρανὸν legit. Celebre tamen, notumque saepius *Mundi* voce *Caelum* designari, eamdemque Mundi, ac Caeli Mundum ipsum fingentis figuram esse oportere.

(7) Quamvis hic Epicurus a Stobaeo omittatur, perspicuum tamen est Epicurum varias opiniones illas veluti probabiles admisisse. Vid. Laert. Lib X seg. 91. Gassend sect 11. Libr. II. c. 5.

praedictorum singula esse posse *putavit*.

CAPVT XXIII.

De conversionibus Solis.

ANAXIMENES *arbitratur* sidera ab aëre condensato, & contranitente impelli. ANAXAGORAS repulsu aëris, qui (1) ad arctos *reperitur*; quem *Sol* ipse compellens *densioremque efficiens*, *eiusmodi* condensatione validiorem facit. EMPEDOCLES *existimavit Solem* a continente ipsum sphaera, atque a tropicis circulis prohiberi, ne recta usque ad Vniversi fines (2) excurrat. DIOGENES *ait* Solem, frigore in calorem incidente, extingui. STOICI (3) *dixere* Solem iuxta extensionem, *diffusionemque* subiecti pabuli excurrere: oceanus autem (4) est, vel Terra, cuius exhalationem depascitur *Sol*. PLATO, PYTHAGORAS, ARISTOTELES *existimarunt Solem ex uno ad Tropicum alium converti* propter obliquitatem Zodiaci circuli, per quem oblique incedens Sol defertur, & propter Tropicos circulos *utrinque positos*, *ac Solis cursum* stipantes (5). Haec autem omnia sphera quoque demonstrat.

CA.

ρος ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα.

ΚΕΦ. ΚΓ.

Περὶ τροπῶν ἡλίου.

ΑΝαξιμένης ὑπὸ πεπυκνωμένου ἀέρος καὶ ἀντιτύπου ἐξωθεῖσθαι τὰ ἄστρα. Ἀναξαγόρας ἀνταπώσει τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος, ὃν αὐτὸς συνωθῶν ἐκ τῆς πυκνώσεως ἰσχυροποιεῖ. Ἐμπεδοκλῆς ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυόμενον ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων. Διογένης ὑπὸ τοῦ ἀντιπίπτοντος τῇ θερμότητι ψύχους σβέννυσθαι τὸν ἥλιον. οἱ Στωϊκοὶ κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑποκειμένης τροφῆς διέρχεσθαι τὸν ἥλιον· ὠκεανὸς δέ ἐστιν, ἡ γῆ, ἧς τὴν ἀναθυμίασιν ἐπινέμεται. Πλάτων, Πυθαγόρας, Ἀριστοτέλης περὶ τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, δι' οὗ φέρεται λοξοπορῶν ὁ ἥλιος, καὶ κατὰ δορυφορίαν τῶν τροπικῶν κύκλων. Ταῦτα δὲ πάντα καὶ ἡ σφαῖρα δείκνυσιν.

ΚΕΦ.

CAP. XXIII

Gal XIV. Stob pag. 55. 56.

(1) Itaque corrigendus Stobaeus, in quo legitur ἀνταποδόσει τοῦ πυρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος. Galenus optime ἀπὸ τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἀέρος τῆς πυκνώσεως, ὃν ὁ ἥλιος συνωθῶν ἰσχυρότερον ποιεῖ *ab aëris prope arctos densitate, quem Sol* ipse *trudens validiorem facit*.

(2) Fortasse melior Galeni lectio: κωλυόμενον μέχρι πόλων εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων εἰργόμενον *prohiberi ne recta usque ad polos excurrat, & a tropicis circulis*. Budaeus tamen voces illas intactas praeterit; fortasse quod illae in graeco ipsius Codice excidissent.

(3) Stobaeus, qui sententiam hanc non *Stoicis*, sed Cleanthi adscribit, post vocem ἐπινέμεται subdit συγκαταφέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον κινούμενον ἕλικα ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπί τε ἄρκτον καὶ νότον, ἅπερ ἐστὶ πέρατα τῆς ἕλικος· ἄλλοι δὲ ἐπ' εὐθείας αὐτὸν κινεῖσθαι τὸν ἥλιον, ὡς περιφερείας ποιοῦντα, περὶ δὲ κυλίνδρου *motum porro spirae facere Solem ab Aequatore versus Septentrionem, ac Meridiem, qui sint spirae termini. Alii eum recta hunc motum facere dixerunt, quasi non sphaeram, sed cylindrum haberet*.

(4) Stoicis longe antiquiorem esse sententiam hanc ostendit Anacreon.

> Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
> Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν
> *Et potat aequor auras,*
> *Phaebusque potat aequor.*

eodemque sensu Lucanus *Lib. X. ver.* 258.

> *Nec non Oceano pasci Phoebumque, polumque*
> *Credimus*. Vid Plin. Lib. II c 68.

(5) Tota haec periodus in Stobaeo desideratur; quemadmodum integrum hoc Caput, ac opiniones in illo memoratae in Eusebio ommittuntur.

ΚΕΦ. ΚΔ.

Περὶ Ἐκλείψεως ἡλίου.

Θαλῆς πρῶτος ἔφη ἐκλείπειν τὸν ἥλιον, τῆς σελήνης αὐτὸν ὑποτρεχούσης κατὰ κάθετον, οὔσης φύσει γεώδους· βλέπεσθαι δὲ τοῦτο κατοπτρικῶς ὑποτιθεμένῳ τῷ δίσκῳ. Ἀναξίμανδρος τοῦ στομίου τῆς τοῦ πυρὸς διεκπνοῆς ἀποκλειομένου. Ἡράκλειτος κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφήν· ὥστε τὸ μὲν κοῖλον ἄνω γίνεσθαι, τὸ δὲ κυρτὸν κάτω πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν. Ξενοφάνης κατὰ σβέσιν, ἕτερον δὲ πάλιν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς γίνεσθαι. παριστόρηκε δὲ καὶ ἔκλειψιν ἡλίου ἐφ' ὅλον μῆνα, καὶ πάλιν ἔκλειψιν ἐντελῆ, ὥστε τὴν ἡμέραν νύκτα φανῆναι. ἔνιοι νεφῶν πύκνωσιν τῶν ἀοράτως ἐπερχομένων τῷ δίσκῳ. Ἀρίσταρχος τὸν ἥλιον ἵστησι μετὰ τῶν ἀπλανῶν, τὴν δὲ γῆν κινεῖ περὶ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, καὶ κατὰ τὰς ταύτης ἐγκλίσεις σκιάζεσθαι τὸν δίσκον. Ξενοφάνης πολλοὺς εἶναι ἡλίους, καὶ σελή-

CAPUT XXIV.

De Eclipsi Solis.

Thales *omnium* primus Solem deficere dixit Luna ad perpendiculum (1) subter ipsum currente, quum natura terrestris, *& opaca illa* sit. Hoc autem (2) speculi ope conspici, si *speculum ipsum, aut* discus supponatur, *in quo Sol sensim deficiens exprimatur*. Anaximander orificio spiraculi ignis obstructo. Heraclitus (3) propter conversionem *solaris corporis* scaphae *similis*; ut concava quidem, *ac illustrata scaphae* pars superior fiat, convexa vero, *vel obscura* deorsum ad visum nostrum *vertatur*. Xenophanes propter exstinctionem, aliumque rursus *Solem* in oriente produci (4). Memorat etiam *ille* & Solis eclipsim per integrum mensem *factam*; atque iterum (5) perfectam *aliam*, sive totalem eclipsim *contigisse dicit*, ut dies *ipse veluti* nox videretur. Quidam nubium condensationem *esse opinantur*, quae *nobis* inconspicuae (6) *solari* disco superveniant. Aristarchus Solem (7) cum inerrantibus stellis collocat, *vel inerrantem esse arbitratur*; Tellurem (8) vero circa *Solem*, *vel per* solarem circulum movet,

I di-

CAP. XXIV.

Gal. c. XIV. Euseb. c. L. Stob. pag. 55. 56.

(1) Eusebius pro ὑποτρεχούσης habet ὑπερχομένης.

(2) Budaeus: *Id autem speculariter cerni subdito disco*. Xylander: *idque in speculis cerni, subiici Soli discum Lunae*. Canterus: *id autem in speculo orbi supposito cerni*. Cruserius: *id quasi in speculo cerni subdito disco*. Verus Thaletis, ac Plutarchi sensus hic esse debet, quod, si deficienti Soli discus, aut vas aqua plenum, aut speculum supponatur, in illo Lunae subter Solem excurrentis, ipsumque sensim obumbrantis imago conspicitur, adeoque Solis eclipsim ex Lunae subtercurrentis opacitate oriri perspicue demonstratur. Haec ipsa quoque sententia a Stobaeo pag. 55. Pythagoreis, & Empedocli tribuitur.

(3) Eadem fere Laertius IX. seg. 10. addens ex eiusmodi Scaphae conversione, non modo Solis, Lunaeque eclipsim, sed varias etiam Lunae phases oriri; quod Lunaris nimirum scapha mensis spatio sensim circa seipsam revoluta Lunae faciem modo crescentem, modo decrescentem nobis exhibeat.

(4) Galenus habet ἐξάπτεσθαι *accendi*: quod nempe unus idemqoe Sol. qui prius extinctus erat, iterum accensus videretur, novique Solis instar haberetur.

(5) Itaque corrigendus Stobaei locus, ubi legitur καὶ πάλιν ἐντελῆ ὥστε. Galenus autem levi discrimine hic legit τὴν ἡμέραν ἀφανῆ εἶναι, *ita ut dies obscura fieret*. Ceterum de longioribus hisce Solis eclipsibus videndus Gassend. sect. II Lib. I. c. 4.

(6) Eusebius habet ἀοράτων; Sed Plutarchi lectio melior, atque accuratior videtur.

(7) Minus accurate Canterus *Solem, & Planetas stare vult*.

(8) *Xylander* „ Eusebius σελήνην pro γῆν habet: „ quod probo; & κλίματα pro κλίμα.

Opti-

discumque (1) *Solis* iuxta *Telluris* ipsius inclinationes obumbrari *dicit*. XENOPHANES Soles, ac Lunas multas esse *opinatur* iuxta Telluris clima, & segmenta (2), & Zonas: aliquando vero discum *Solis* in aliquod Telluris segmentum a nobis non habitatum incidere; atque ita *Solarem* discum, *vel Solem ipsum*, veluti (3) per inane incedentem (4), eclipsim pati. Idem ait Solem in infinitum quidem excurrere; ob distantiam vero *nobis* videri quod *ille* in circulo moveatur.

λήνας κατὰ κλίμα τῆς γῆς, ϗ ἀποτομὰς, ϗ ζώνας· κατά τινα δὲ καιρὸν ἐμπίπτειν τὸν δίσκον εἴς τινα ἀποτομὴν τῆς γῆς ὐκ οἰκυμένην ὑφ᾽ ἡμῶν, καὶ οὕτως ὥσπερ κενεμβατοῦντα ἔκλειψιν ὑπομένειν. ὁ δ᾽ αὐτὸς τὸν ἥλιον εἰς ἄπειρον μὲν προϊέναι, δοκεῖν δὲ κυκλεῖσθαι διὰ τὴν ἀπόστασιν.

CAPUT XXV.

De substantia Lunae (5)

ANAXIMANDER *Lunae* circulum novemdecim vicibus Tellure maiorem esse *putavit*, ac Solis instar igne plenum (6). Eclipsim vero *Lunam* pati propter rotae conversiones; similem enim esse *Lunam* rotae curuli, apsidem concavam, ignisque plenam, atque unicum spiraculum habenti. XENOPHANES (7) *illam ait* constipatam nu-

ΚΕΦ. ΚΕ.

Περὶ οὐσίας Σελήνης.

ΑΝαξίμανδρος κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς ὥσπερ τοῦ ἡλίυ πλήρη πυρός. ἐκλείπειν δὲ κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς τῦ τροχοῦ· ὅμοιον γὰρ εἶναι ἁρματείῳ τροχῷ κοίλην ἔχοντι τὴν ἀψῖδα, καὶ πλήρη πυρὸς, ἔχοντι μίαν ἐκπνοήν. Ξενοφάνης νέφος εἶναι πεπιλημέ-

Optime tamen in graeco Plutarchi, & Stobaei textu legitur τὴν γῆν, ut immerito proinde Xylander interpretetur *Lunam*. In Eusebio quidem simulque Galeno legitur τὴν σελήνην *Lunam*; at nihil in Plutarcho corrigi mutarique debet. Etenim in Aristarchi sententia interim dum Tellus circa immotum Solem convertitur, ipsa quoque Luna, veluti Telluris assecla, sive satelles, circa Solem ipsum movetur; ut facile proinde conspiret tum Tellurem, tum etiam Lunam in Aristarchi sententia circa Solem moveri. Solis tamen eclipses non a Tellure circa Solem revoluta, atque inter utrumque corpus pro varia ipsius *inclinatione*, ut hic ait Plutarchus, posita oriuntur; ut proinde facile in Plutarchi, aliorumque textu rescribi possit τὰν δὲ γᾶν, ϗ Σελήναν &c. Ceterum Aristarchi sententia sic ab Archimede in *Arenario* describitur: ὑποτίθεται τὰ μὲν ἀπλανέα τῶν ἄστρων, καὶ τὸν ἅλιον μένειν ἀκίνητον· τὰν δὲ γᾶν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἅλιον κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὅς ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος: *supponit inerrantia sidera, & Solem immotum permanere, Terram autem circa Solem circumferri per circumferentiam circuli, qui in medio cursu reperitur.*

(1) Voces illae τὸν δίσκον in Stobaeo desiderantur.

(2) Hinc corrigendus Stobaeus, qui pro ζώνας habet ἱμάνας.

(3) Quamvis haec lectio ferri possit, longe tamen accuratior Stobaei textus, in quo habetur εἰκῇ ἐμβατεῦοντα *temere*, vel extra orbitam *incedentem deficere*.

(4) Stobaeus legit ἔκλειψιν ὑποφαίνειν *eclipsim exhibere*; quod nimirum Sol veluti errabundus minime quidem extinguatur, adeoque veram eclipsim patiatur, sed ille nobis veluti deficere videatur.

CAP. XXV.

Gal. c. XV. Euseb. c. 26. Stob. p. 59.

(5) *Xylander* „ Inscriptiones Capitum Eusebia„ nas ego impressis praefero. KE inscribit Περὶ Σε„ λήνης.

(6) Postrema haec periodus, quae totidem verbis a Stobaeo exprimitur, in Galeno desideratur.

(7) Aut Xenophanis variae de substantia Lunae sententiae ferebantur, aut Plutarchus hic fallitur; aut Xenophanis nomen temere irrepsit. Ille nimirum Lunam Telluris instar habitari, montes, ac urbes habere dixit, ut mox ostendetur: quod constipatae nubi convenire certe non posset. Fortasse tamen, si vere dixit Lactantius *intra concavum Lunae* ab illo Terram aliam, & incolas admissos esse, constipata nubes non Lunae corpus efficere, sed ipsum ambire videretur.

μένον. Οἱ Στωϊκοὶ μικτὴν ἐκ πυρὸς κ̧ ἀέρος. Πλάτων ἐκ πλείονος τῶ πυρώδους. Α᾽ναξαγόρας, Δημόκριτος ϛερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία, κ̧ ὄρη, καὶ φάραγγας. Η῾ράκλειτος γῆν ὁμίχλῃ περιειλημμένην. Πυθαγόρας κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα σελήνης.

nubem esse. Stoici (1) ex igne atque aëre mixtam. Plato maiori ex parte igneo (2) *corpore constare*. Anaxagoras, Democritvs solidum *plenumque corpus* ignitum, habens in se ipso planities, montes, & valles (3). Heraclitvs (4) *asserit Lunam esse* Tellurem nebula *sive caligine* circumseptam. Pythagoras (5) Lunae corpus ignis speciem *habere dixit*.

Κ Ε Φ. ΚϚ.

Περὶ μεγέθους Σελήνης.

C A P V T XXVI.

De magnitudine Lunae (6).

ΟΙ῾ Στωϊκοὶ μείζονα τῆς γῆς ἀποφαίνονται, ὡς καὶ τὸν ἥλιον. Πάρμενίδης ἴσον τῷ ἡλίῳ, κ̧ ἀπ᾽ αὐτοῦ φωτίζεσθαι.

Stoici *Lunam*, sicuti etiam Solem, Tellure maiorem existimant. Parmenides *Lunam* aequalem *esse* Soli, atque ab illo illuminari *putavit*.

ΚΕΦ.

I 2 CA-

(1) Id non Stoicis omnibus, sed *Posidonio*, & *plerisque Stoicorum* adscribit Stobaeus. Galenus autem ait μικτὴν ἐκ πυρὸς, καὶ γεώδους *mixtam ex igne, terreaque* substantia.

(2) *Xylander* „ Eusebius in sententia Platonis „ pro πυρώδους habet γεώδους „ Vigerus quidem Plutarchi lectionem Eusebianae praetulit, quod Plato caelestem regionem igne maxima ex parte constare dixerit; atque in Timaeo astris omnibus πλεῖστον ἐκ πυρὸς ἰδέαν concesserit At ibi Plato de caelesti regione, fixisque sideribus loquitur, quae puriora, ac splendidiora sunt, licet aliquam terrae partem admixtam habeant. Ergo, ubi de Luna agitur, maior ipsius pars *terrea* potius, quam *ignea* censeri debet. adeoque Galeni textum corrigendum putaverim, ubi legitur ἐκ πλείονος πυρός.

(3) Laertius Lib. II f. 8. τὴν Σελήνην οἰκήσεις ἔχειν, ἀλλὰ καὶ λόφους, καὶ φάραγγας *Lunam habitacula in se habere, & colles, & valles*. Eadem Anaxagorae opinio a Simplicio *in I. Phys.* Tatiano *contra Gentes*, & Arnobio memoratur. Ea tamen Xenophani a Cicerone tribuitur *Acad. IV. c. 39. Habitari ait Xenophanes in Luna, eamque Terram esse multarum urbium, & montium.* Ita Lactantius Instit. Lib. III. c. 23. *Xenophanes dicentibus Mathematicis orbem Lunae duodeviginti partibus maiorem esse quam Terram stultissime credidit. Et quod huic levitati fuit consentaneum, dixit intra concavum Lunae esse aliam Terram, & ibi aliud genus hominum simili modo vivere, sicut nos in hac Terra vivimus. Habent igitur illi lunatici homines alteram Lunam, quae illis nocturnum lumen exhibeat, sicut haec exhibet nobis. Et fortasse noster hic orbis alterius inferioris Terrae Luna sit.* Perspicue tamen Plato *in Apologia* sententiam illam Anaxagorae concedit. Vid. Gassend. Sect. II. Lib. I. c. 6. Quod ad Democritum vero spectat, pulcherrimam ipsius opinionem exhibet Stobaeus pag. 60. ubi Lunae maculas, ipsarumque caussam exponit Δημόκριτος ἀποσκίασμά τι τῶν ὑψηλῶν ἐν ἑαυτῇ μερῶν· ἀάγκη (leg. ἄγκη) γὰρ αὐτὴν ἔχειν καὶ νάπας; *Democritus umbram sublimiorum eius partium, quandoquidem valles, & montes habeat.*

(4) Haec opinio apud Stobaeum non Heraclito, sed Heraclidi, simulque Ocelo tribuitur. Ac certe quidem Theodoretus etiam *Therapeut. Lib. IV.* diserte memorat Heraclidem vocasse Lunam γῆν ὁμίχλῃ περιερχομένην, quum antea dixisset iuxta Heraclitum, Anaximenem, ac Parmenidem Lunae substantiam ex igne componi, quod nitide apud Stobaeum quoque Philosophis illis tribuitur. Accedit etiam, ut observavit Clericus apud Stanleium, quod Heraclitus Lunae substantiam scaphae igne repletae comparavit. Itaque in Plutarcho pro Η῾ράκλειτος rescribendum Η῾ρακλείδης.

(5) Longe aliter, atque, ut opinor, accuratius Pythagorae mentem expressit Stobaeus: Πυθαγόρας κατοπτροειδὲς σῶμα Σελήνης *Pythagoras speculi instar Lunae corpus* esse dixit.

CAP. XXVI.

Gal. c. XV. Euseb. c. XXVI. Stob. p. 59.

(6) *Xylander* „ Eusebio Caput κϛ΄. quod nobis „ κζ΄. Περὶ μεγέθους Σελήνης. Et in eo, ubi est οἱ „ Στωϊκοὶ σφαιροειδῆ, facit Caput aliud nobis κζ΄. futurum Περὶ σχήματος Σελήνης; quumque videam cum „ hoc consentire Manuscriptum, non dubitem emendare.

CAPUT XXVII.

De figura Lunae.

STOICI [1] Lunam, prorsus ut Solem sphaericam esse *dixerunt*. EMPEDOCLES [2] disci, HERACLITUS scaphae; alii cylindri figura *praeditam esse putarunt* [3].

ΚΕΦ. ΚΖ.

Περὶ σχήματος Σελήνης.

ΟΙ᾽ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ εἶναι, ὡς τὸν ἥλιον. Ε᾽μπεδοκλῆς δισκοειδῆ. Η᾽ράκλειτος σκαφοειδῆ. ἄλλοι κυλινδροειδῆ.

CAPUT XXVIII.

De illuminationibus Lunae.

ANAXIMANDER [4] ipsam proprium lumen [5], quodammodo vero rarius, habere *dixit*. ANTIPHON [6] proprio fulgore splendere Lunam; ipsum tamen ob incursum Solis circa ipsam occultatum obscu-

ΚΕΦ. ΚΗ.

Περὶ φωτισμῶν Σελήνης.

Α᾽Ναξίμανδρος ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δέ πως. Α᾽ντιφῶν ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην. τὸ δὲ ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προσβο-

CAP. XXVII.

Gal. c. XV. Euseb. c. XXVIII. Stob p. 59.

(1) Licet haec opinio Stoicis, diserteque Chrysippo mox adscribatur a Stobaeo, Cleanthes tamen apud Stobaeum ipsum docuit Lunam esse πιλοειδῆ τῷ σχήματι perinde quasi illa *cassidis*, vel *mortarii* formam haberet.

(2) Laertius quoque Lib. VIII. seg. 77. ait quod Empedocles τὸν ἥλιον φησὶ πῦρ μέγα, καὶ τῆς Σελήνης μείζω *Solem dicit ignem magnum* esse, *Lunaque maiorem*.

(3) Post voces istas, quibus Plutarchi Caput hoc desinit, plura Galenus adiungit, quibus variae Lunae phases, ipsarumque nomina describuntur; quumque eadem fere in Budaei interpretatione occurrant, graecus etiam Budaei codex haec habuisse videtur, ut facile proinde in vulgatis Plutarchi codicibus excidisse putentur.

CAP. XXVIII.

Gal. c. XV. Euseb. c. XXIX. Stob. p 59. 60.

(4) Xenophanem quoque, ac Berosum Stobaeus una cum Anaximandro recenset. In Laertio tamen Lib II. seg. I. docet Anaximander τὴν Σελήνην ψευδοφανῆ, καὶ ὑπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι *Lunam falsa* alienaque *luce fulgere, atque a Sole illuminari*.

(5) Voces istae in Stobaeo, non Anaximandro, ed Aristoteli adscribuntur, cuius opinionem ille sic exprimit: Α᾽ριστοτέλης ἴδιον μὲν, ἀραιότερον δέ πως *Aristoteles suum quidem, sed rarius tamen*, lumen Lunae tribuit.

(6) Haec eadem Antiphontis opinio, Pythagorae quoque, Parmenidi, Empedocli, Anaxagorae, & Metrodoro apud Stobaeum tribuitur. Ac certe quidem Pythagoras apud Laertium Lib. VIII. seg. 27. ait τὴν Σελήνην λάμπεσθαι ὑφ᾽ ἡλίου *Lunam a Sole illuminari*. Parmenides apud Plutarchum *advers. Colotem* & in Libro *de facie in orbe Lunae* Lunam vocavit Νυκτὶ φάος περὶ γαῖαν ἀλώμενον, ἀλλότριον φῶς *nocte vagantem circa Terram lucem alienam*. Sic Anaxagoras ibi docet, quod ἥλιος ἐντίθησι τῇ σελήνῃ τὸ λαμπρὸν *Sol Lunae splendorem suum impertitur*, & περὶ τὴν σύνοδον κατὰ στάθμην [φησὶ Δημόκριτος] ἐνισταμένη τοῦ φωτίζοντος ὑπολαμβάνει, καὶ δέχεται τὸν ἥλιον *in novilunio ad amussim, ut ait Democritus, subiecta illustrantis excipit Solis lumen*. Denique, ut Plutarchus ibi memorat, τὸ τοῦ Ε᾽μπεδοκλέους ἀνακλάσει τινὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην γίνεσθαι τὸν ἐνταῦθα φωτισμὸν ἀπ᾽ αὐτῆς, ὅθεν οὐδὲ θερμὸν, οὐδὲ λαμπρὸν ἀφικνεῖται πρὸς ἡμᾶς *Empedoclis sententia fuit reflexione luminis solaris ad Lunam hic ab illa res illuminari; unde fit ut neque calidum, neque splendidum ad nos lumen perveniat*. Itaque, quum Thales, aliique dixerint Lunam a Sole illustrari, Anaxagorae vitio datum ait Plato in *Cratylo*, & Plutarchus *de E᾽i Delphico*, quod opinionem illam a se primum inventam fuisse dixerit.

βολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι· πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην. Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασιν τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰ ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, αὐτὰ φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον, ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι, τὴν δὲ σελήνην, ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.

scurari. Ea quippe natutae lex ut debilior ignis a validiori obscuretur: quod in ceteris etiam astris contingit. THALES, eiusque sectatores Lunam a Sole illuminari *putarunt*. HERACLITUS *ait* idipsum Solem Lunamque pati: quum enim ea sidera scaphae figuram habeant, atque ex humida evaporatione *partes* quasdam (1) recipiant, has illustrari quoad apparentiam; ac splendidiorem quidem *esse* Solem, quod in puriori aëre feratur; Lunam vero in turbidiori *moveri*, *atque* idcirco obscuriorem etiam apparere.

ΚΕΦ. ΚΘ.

Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

Ἀναξιμένης τοῦ στομίου τοῦ περὶ τὸν τροχὸν ἐπιφραττομένου. Βηρωσσὸς κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους. Ἡράκλειτος κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς συστροφήν. Τῶν Πυθαγορείων τινὲς ἀνταύγειαν, καὶ ἐπίφραξιν, τὸ μὲν τῆς γῆς, τὸ δὲ τῆς ἀντίχθονος. Οἱ δὲ νεώτεροι κατ' ἐπι-

CAPUT XXIX.

De Lunae eclipsi.

ANAXIMENES (2) *Lunam deficere existimavit* orificio, quod in *orbe Lunari vel* rota est, obturato. BEROSUS ob conversionem ad nos partis non ignitae. HERACLITUS ob conversionem (3) *lunaris* scaphae. PYTHAGOREORUM quidam luminis reflexionem, atque obstructionem (4) *lunaris eclipsis caussam esse opinantur*, illam quidem a Tellure nostra, hanc vero ab An-

(1) Paullo aliter, atque, ut opinor, accuratius Stobaeus: διχομένους τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγὰς φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπροτέρως μὲν τὸν ἥλιον, ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι· τὴν δὲ Σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι: *acceptis ab humida exhalatione radiis in speciem illustrari; clarius quidem Solem, qui in puriori feratur aëre, obscurius autem Lunam, quae in minus puro.*

CAP. XXIX.

Gal. c. XV. Euseb. c. LI. Stob. pag. 60.

(2) *Xylander* „ Ἀναξιμάνδρου legendum ex Euse„ bio, & superioribus, quae de Solis defectu dispu„ tavit idem. Nostri habent *Anaximenem* Ἀναξι„ μένης. Non Eusebius solum, sed Galenus etiam, ac Stobaeus *Anaximandri* nomen hic exhibent. Fieri tamen potest, ut una eademque fuerit tum Anaximandri, tum Anaximenis eiusdem successoris opinio.

(3) Stobaeus, qui opinionem hanc Alcmaeonis etiam & Antiphontis fuisse dicit, post vocem στροφὴν addit καὶ τὰς περικλίσεις & secundum *inclinationes*. Clarius id a Laertio describitur Lib. IX. seg. 10.

(4) *Xylander* „ In Pythagoreorum opinione recte „ cum Eusebio ἐπίφραξιν τῆς γῆς, ἢ τῆς ἀντίχθονος. „ Concinnius tamen, & clarius in Stobaeo ἀντιφράξει τοτὲ μὲν τῆς γῆς, τοτὲ δὲ τῆς ἀντίχθονος *interpositione aliquando quidem Telluris nostrae, aliquando vero Antichthonis*, sive Telluris nobis oppositae: quod alterutra nimirum Tellus inter Solem, ac Lunam posita Lunam obumbret, eiusque eclipsim producat. Ita Galenus habet ἐπίφραξιν τῆς τε γῆς, καὶ ἀντίχθονος.

Antichthone produci (1). Recentiores (2) vero ob consumptionem flammae, quae mox iterum *sensim ac* ordine accendatur, donec perfectum plenilunium, *Lunamque perfecto orbe lucentem* reddat; atque iterum *eodem ordine*, *ac* proportione decrescat usque ad coniunctionem, in qua *lunare lumen* perfecte extinguitur. PLATO, ARISTOTELES, STOICI, MATHEMATICI concorditer (3) *existimarunt* Lunam menstruas quidem occultationes *Soli coniunctam*, *sive* simul cum Sole currentem, ac circum illustratam efficere; Eclipses vero *pati* incidentem in umbram Telluris, quae quidem inter utrumque sidus venerit; sed Luna tamen *ab illa* magis obsepta (4) *fit*.

ἐπινέμησιν φλογὸς κατὰ μικρὸν ἐξαπτομένης τεταγμένως, ἕως ἂν τὴν τελείαν πανσέληνον ἀποδῷ, καὶ πάλιν ἀναλόγως μειουμένης μέχρι τῆς συνόδου, καθ᾽ ἣν τελείως σβέννυται. Πλάτων, Ἀριστοτέλης, οἱ Στωϊκοὶ, οἱ Μαθηματικοὶ συμφώνως τὰς μὲν μὲν μηνιαίους ἀποκρύψεις, συνοδεύουσαν αὐτὴν ἡλίῳ, καὶ περιλαμπομένην ποιεῖσθαι, τὰς δὲ ἐκλείψεις εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν, μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τῶν ἀστέρων γινομένης, μᾶλλον δὲ τῆς σελήνης ἀντιφραττομένης.

CAPVT XXX.

De Lunae *ipsius specie: quare terrea appareat.*

PYTHAGORICI (5) Lunam, *ideo* terream apparere *existimant* quod ipsa, sicuti Tellus a nobis *incolitur*, ab animalibus maioribus, plantisque pulchrioribus circumhabitetur. Quindecim nempe vicibus animalia, quae in illa *sunt*, vi (6) *nostris* praestare, nihilque superflui (7) *vel excrementi* emittere; ac diem (8) *in illa* tantundem *nostrum* longitudine superare. ANA-XA-

ΚΕΦ. Λ.

Περὶ ἐμφάσεως αὐτῆς, διὰ τί γεώδης φαίνεται.

ΟἹ Πυθαγόρειοι γεώδη φαίνεσθαι τὴν σελήνην, διὰ τὸ περιοικεῖσθαι ταύτην, καθάπερ τὴν παρ᾽ ἡμῖν γῆν, μείζοσι ζώοις, καὶ φυτοῖς καλλίοσιν. εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλασίονα τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς ζῶα τῇ δυνάμει, μηδὲν περιττωματικὸν ἀποκρίνοντα, καὶ τὴν ἡμέραν

(1) Itaque hinc etiam refelli potest opinio Clementis Alexandrini, qui *Stromat. V.* Antichthonis nomine *Caelum*, ut Simplicius in *II. de Caelo c. 13.* *Lunam* intelligi existimavit. Adde quod Antichthon a Pythagoricis nobis invisibilis dicebatur. Vid Stanleius pag 746

(2) Tota haec periodus in Galeno desideratur, quamvis illa accurate Plutarchi verbis expressa in Stobaeo reperiatur.

(3) *Xylander*, Pro συμφώνως, συμφωνοῦσι. Aristotelis quidem nomen hic a Stobaeo praeteritur; sed Anaxagoras tamen, ac Thales Platoni, Stoicis, ac Mathematicis accensentur; moxque sententia ipsa nitide, diserteque Chrysippo tribuitur. At Anaxagoras, ut Stobaeus ipse mox memorat, ὡς φησὶ Θεόφραστος, καὶ τῶν ὑποκάτω τῆς Σελήνης, ἔσθ᾽ ὅτε σωμάτων ἐπιπροσθούντων *teste Theophrasto etiam sublunaribus corporibus obstantibus*.

(4) Pro ἀντιφραττομένης Galenus habet ἀντιφραττομένης.

CAP. XXX.

Gal. c. XV. Euseb. c. LII. Stob. pag. 60.

(5) Stobaeus hic interserit ὧν ἐστὶ Φιλόλαος: Pythagorici, *quorum unus est Philolaus*.

(6) Voces illae τῇ δυνάμει in Eusebio desiderantur, temereque hic insertae videntur, quum de sola animalium lunarium magnitudine disseratur.

(7) Itaque corrigendus Eusebius, in quo legitur μηδὲν σωματικὸν *nihil corporeum*. Galenus habet περιττωματικὸν οὐδὲν ἀποκρίνοντα.

(8) In Stobaeo legitur ἡμετέρας, sed evidenti falsitate.

ραν τοσαύτην τῷ μήκει. Ἀναξαγόρας ἀνωμαλότητα διὰ τοῦ συγκρίματος, διὰ τὸ ψυχομιγὲς ἅμα, καὶ γεῶδες. παραμεμίχθαι γὰρ τῷ πυροειδεῖ τὸ ζοφῶδες· ὅθεν ψευδοφανῆ λέγεσθαι τὸν ἀστέρα. Οἱ Στωϊκοὶ διὰ τὸ ἑτεροειδὲς τῆς οὐσίας μὴ εἶναι αὐτῆς ἀκήρατον τὸ σύγκριμα.

Xagoras *arbitratur* inaequalitatem, *quae in Luna conspicitur*, ex concretione *oriri*, mixturaque ex frigore simulque terra (1). Etenim *in illa* obscurum *& caliginosum* igneo permixtum est: eaque de caussa Luna falsae apparentiae, *spuriaeque lucis* sidus vocatur. Stoici propter variam, *diversamque* substantiae naturam (2), ipsius Lunae concretionem *compagemque* incorruptibilem non esse *dixerunt*.

Κ Ε Φ. ΛΑ.

Περὶ ἀποστήματος σελήνης, ὃ ἀφέστηκε τοῦ ἡλίου.

Ἐμπεδοκλῆς διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς. Οἱ ἀπὸ τῶν μαθηματικῶν, ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης, τὸν ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα ὀκτώ..

ΚΕΦ.

C A P V T XXXI.

De distantia Lunae, qua a Sole illa dissidet.

Empedocles *ait* Lunam a Sole duplo magis (3), quam a Tellure, distare. Mathematici (4) octodecim vicibus *a Sole, quam a Terra, remotiorem esse*. Eratosthenes *existimavit* Solem a Tellure distare (5), septuaginta octo stadiorum myriadibus, *hoc est* 780000. *stadiis*.

CA-

(1) In Stobaeo post γεῶδες repente subiicitur: τὰ μὲν ἐχούσης ὑψηλὰ, τὰ δὲ ταπεινὰ, τὰ δὲ κοῖλα, καὶ παραμεμίχθαι τῷ πυροειδεῖ τὸ ζοφῶδες *quum has quidem partes elevatas habeat, has vero depressas, & has excavatas, atque coniuncta cum igne caligo reperiatur*. Anaxagorae tamen opinio hic apud Eusebium, & Galenum exprimitur: διὰ ἀνωμαλότητα τοῦ συγκρίματος διὰ τὸ ψυχροειδὲς ἅμα, καὶ γεῶδες *propter varietatem mixtionis*, vel mixtarum partium, hoc est *propter frigidum, terreumque una permixtum*, Lunae faciem obscuram, terreamque nobis videri.

(2) Stobaeus tamen, ac Eusebius hic habent διὰ τὸ ἀερομιγὲς τῆς οὐσίας *quod Lunae substantia aere mixta sit*. Plutarchi tamen lectio retinenda.

C A P XXXI.

Gal. c. xv. Euseb. c. LIII. Stob. pag. 61.

(3) Stobaeus hic legit διπλάσιον ἀπέχειν τῆς Σελήνης ἀπὸ γῆς. ἤπερ τοῦ ἡλίου. Rescribendum τὴν Σελήνην, ac verba temere transposita, Plutarcho duce, restituenda.

(4) Facile Plutarchus hic innuit Aristarchum, qui *Lib. de magnitud. ac distant. prop.* 7. ait: *distantia, qua Sol abest a Terra, eius qua Luna abest a Terra, maior quidem octodecupla, minor vero quam vigecupla est*.

(5) *Xylander* „ Illustre detrimentum ex Euse„ bio extarcitum hic habes.

Ac certe quidem, quum hic Plutarchus non Solis, sed Lunae, distantiam exprimendam susceperit; perspicue apparet in ipsius textu voces aliquas excidisse, quibus Lunae a Sole, vel a Tellure distantia ex Eratosthenis hypothesi definiebatur. Integram, veramque Plutarchi sententiam non Eusebius solum, sed etiam Stobaeus, & Galenus conservarunt. Etenim in Stobaeo legitur τὸν ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς σταδίων μυριάδας μυριάδων τετρακοσίας, καὶ στάδια ὀκτάκις μυρια. τὴν δὲ Σελήνην ἀπέχειν ἀπὸ τῆς γῆς ἑβδομήκοντα ὀκτὼ σταδίων· *Solem a Tellure distare quadringentis myriadum myriadibus, atque octoginta millibus stadiorum. Lunam vero a Tellure distare septuaginta octo myriadibus stadiorum*; ut proinde Luna a Sole 4000080000, a Tellure autem 780000 stadiis recedat. At in Eusebio, simulque Galeno vox μυριάδων omittitur; adeoque Solis a Tellure distantia in hac lectione, quam Stobaeanae praetulerim, minuenda foret. Perperam vero Xylander Eusebii locum interpretatur, *stadiorum millibus octingenties millibus, ac quatuor*. Etenim, quum stadiorum myrias decem stadiorum millia complectatur, quadringentae myriades quadringenties millies centena stadiorum millia continent, quibus octo stadiorum myriades, hoc est octoginta stadiorum millia adiungi debent.

CAPVT XXXII.

De Annis; quantus sit cuiuslibet errantium siderum *annus magnus.*

SAturni quidem annus est triginta *solarium* annorum periodus; Iovis vero duodecim, Martis duorum. Solis *annus sunt* duodecim menses; iidemque Veneris *etiam*, ac Mercurii: aequalis enim cursus, *vel celeritatis hi Planetae* sunt. Lunae *periodus aut annus sunt* dies triginta. Hic nimirum perfectus est mensis ab *prima* apparitione *Lunae* (1) *ad novam* coniunctionem (2) *cum Sole*. Annum vero magnum alii quidem in octaëteride (3), *vel solaribus annis octo*, constituunt; *alii* autem in enneadecaëteride (4), *vel annis novemdecim*; *alii* vero in undesexaginta (5) *solaribus annis collocant*. HERACLITVS ex octodecim mille solaribus (6) *annis annum magnum componit*. DIOGENES ex trecentis sexaginta quinque annis illis constituit, quibus (7) iuxta Heraclitum *magnus* annus com-

ΚΕΦ. ΛΒ.

Περὶ ἐνιαυτῶν, πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός.

ΕʼΝιαυτός ἐστι Κρόνου μὲν ἐνιαυτῶν περίοδος λ'. Διὸς δὲ ιβ'. Ἄρεως, δυεῖν. Ἡλίου ιβ' μῆνες· οἱ δ' αὐτοὶ Ἑρμοῦ, καὶ Ἀφροδίτης· ἰσόδρομοι γάρ. Σελήνης ἡμέραι λ'. οὗτος γὰρ ὁ τέλειος μὴν ἀπὸ φαύσεως εἰς σύνοδον. τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τίθενται, οἱ δὲ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οἱ δὲ ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ἡράκλειτος ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἡλιακῶν. Διογένης ἐκ πέντε, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τεσσ-

CAP. XXXII.

Gal. c. XVI. Euseb. c. LIV. Stob. pag. 21.

(1) Eusebius habet φάσεως.

(2) Stobaeus, qui Plutarchum totidem verbis expresserat, post σύνοδον voces istas interferit: γίγνεσθαι δὲ λεγόμενον μέγαν ἐνιαυτὸν, ὅτ' ἐπὶ τὰς αὐτὰς, ἀφ' ὧν ἤρξαντο τῆς κινήσεως, ἀφίκωνται τόπους· τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν &c *confici vero*, vel absolvi *annum*, *qui magnus vocatur, quum ad eadem, ex quibus moveri inceperant, loca revertuntur. Magnum vero annum &c.*

(3) Celebrem Eudoxi Octaëteridem hic innuit, de qua Censorinus *de die Natali c.* 18. aliique plurimi egerunt.

(4) Post vocem ἐννεακαιδεκαετηρίδι Stobaeus adiicit: οἱ δὲ ἐν τοῖς τετραπλασίοις ἔτεσιν *alii vero in annis quadruplo pluribus*, hoc est 76. Et certe haec opinio, quae celeberrimam Calippi periodum exprimit, ommittenda non fuerat, quum Periodus illa a Graecis omnibus, repudiata Eudoxi Octaëteride, recepta fuerit.

(5) Itaque corrigendus Stobaei textus, in quo legitur ἐν τοῖς ἑξήκοντα, ἐν οἷς Οἰνοπίδης, καὶ Πυθαγόρας. Etenim annus ille, qui ab Oenopide *magnus* dicebatur, sexaginta solaribus annis constabat, ut eximio Aeliani testimonio apparet *Var. Hist. Lib. X. c.* 7. Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ἀστρολόγος ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἑνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον. Μέτων ὁ Λάκων ἀστρολόγος . . . τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν, ὡς ἔλεγεν, εὗρεν, καὶ ἔφατο αὐτὸν, ὡς ἔλεγεν, ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐτῶν *Oenipodes Chius Astrologiae peritus, quum dedicasset in Olympiis aeream tabulam, inscripsit in ea Astrologiam* 59. *annorum, affirmans hunc esse magnum annum. Meton Lacedaemonius Astrologus . . . magnum annum, ut ipse dicebat adinvenit, quem intra* 19. *annorum circulum conclusit.* Ceterum in Aeliani textu pro Λάκων rescribendum esse Λευκονιεὺς *Leuconiensis* iam Eruditi observarunt.

(6) Stobaeus habet ἡλιακῶν ἐνιαυτῶν *solaribus annis.*

(7) In Stobaeo quidem legitur ἐνιαυτῶν τοσούτων, ὅσος ἦν ὁ καθ' Ἡράκλειτον ἐνιαυτός: sed unus, idemque sensus ex alterutra lectione oriri potest; magnum nempe Diogenis annum 365. vicibus annum ab Heracli-

σύτων ἔτων ὁ κατὰ Ἡράκλειτον ἐνιαυτὸς· Ἄλλοι δὲ δι' ἑπτακισχιλίων, ψοζʹ.

Τοῦ

componitur. Alii vero (t) ex septem millibus septingentis septuaginta septem *solaribus annis magnum annum componunt*.

K Ter-

raclito positum superare; adeoque annum hunc 6570000 solares annos complecti. Id autem obiter monendum, Plutarchi Codicem, quo Budaeus utebatur, hic loci mire vitiatum fuisse, quum ille reddiderit: *Diogenes ex trecenis quinquagenis quinis supra Heracliti annum*: perinde quasi Diogenes magnum annum ex 18355 solaribus annis conflaverit, quod ferri non potest.

(t) Postrema haec opinio non in Stobaeo solum, sed etiam in Eusebio prorsus omittitur. Ceterum, si cui fortasse libeat opiniones alias de *Anni magni* quantitate cognoscere, Empiricum adire poterit, qui *adversus Astrologos* ἀποκατάστασιν ponit annorum 9977. Achillem Tatium in Isagoge c. 18 Burnetium *Theoria sacra Telluris* Lib. IV. c. 5. & Thomasii Diatribam *de Anno magno* editam Lipsiae anno 1676.

LIBRI SECVNDI FINIS.



Tertii PLVTARCHI Libri
De Placitis Philosophorum Capita.

Τοῦ τρίτου ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ βιβλίου
Περὶ τῶν Ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις Κεφάλαια.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

PLVTARCHI
DE PLACITIS PHILOSOPHORVM
LIBER III.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.


ΠΕΡΙΩΔΕΥΚΩΣ ἐν τοῖς προτέροις ἐν ἐπιτομῇ τὸν περὶ τῶν οὐρανίων λόγον, (σελήνη δ' αὐτῶν τὸ μεθόριον) τρέψομαι ἐν τῷ τρίτῳ πρὸς τὰ μετάρσια· ταῦτα δ' ἐςὶ τὰ ἀπὸ τοῦ κύκλου τῆς σελήνης καθήκοντα μέχρι πρὸς τὴν θέσιν τῆς γῆς, ἥν τινα κέντρου τάξιν ἐπέχειν τῇ περιοχῇ τῆς σφαίρας νενομίκασιν· ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν.

PROOEMIVM.


QVum in prioribus *Libris* sermonem de caelestibus *corporibus* compendio percurrerim (siquidem Luna illorum *ultima*, *atque* confinium est) in *hoc* Tertio ad sublimia convertar. Eiusmodi vero sunt *illa corpora*, quae a Lunae circulo ad situm usque Telluris pertingunt, quam in *mundanae* Sphaerae, *vel Universi*, complexu centri *locum*, *aut* ordinem habere *Physicorum plurimi* existimarunt. Hinc autem exordiar.

ΚΕΦ. Α.

Περὶ γαλαξίου κύκλου.

ΚΥ'κλος ἐςὶ νεφελοειδὴς, ἐν μὲν τῷ ἀέρι διαπαντὸς φαινόμενος, διὰ δὲ τὴν λευκόχροιαν γαλαξίας ὀνομαζόμενος. Τῶν Πυθαγορείων οἱ μὲν ἔφασαν, ἀςέρος εἶναι διάκαυσιν, ἐκπεσόντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' οὗ δὲ ἐπέδραμε χω-

CAPVT I.

De Galaxia, vel *lacteo Circulo.*

CIrculus est nebulosus, semper quidem in aëre conspicuus, Galaxia vero, *vel lacteus circulus* ob eandentem *ipsius* colorem vocatus. PYTHAGOREORVM alii quidem dixerunt *Circulum hunc* ab *ardore*, *vel* adustione sideris effectum esse, quod ex propria sede exciderit, *cumque aëris* lo-

locum incenderit, per quem circulariter cucurrit, *eius* incendii (1) tempore, quod sub Phaëtonte *contigit*. Alii vero (2) Solis cursum *semitamve* hic a principio fuisse dicunt. Quidam vero *nonnisi* apparentiam (3) esse *dicunt veluti* in speculo *expressam*, Sole splendorem *suum* ad Caelum, *vel in hanc Caeli partem* reflectente: quod & in Iride, & in nubibus *etiam* contingit. METRODORVS *lacteum nobis Circulum apparere dicit* propter Solis transitum; ista nimirum Solaris *orbita*, *vel* circulus est. PARMENIDES (4) *peculiarem quamdam* ex denso & raro mixturam lacteum *hunc Galaxiae* colorem effecisse *putat*. ANAXAGORAS *ait* Telluris umbram ad hanc Caeli partem dirigi, *ibique consistere* quando Sol sub Terram (5) delatus omnia non illuminet. DEMOCRITVS *existimavit illam esse* plurium, & exiguarum, sibique cohaerentium stellarum splendorem, quae sese invicem ob densitatem, *sive viciniam* illuminent. ARISTOTELES aridae, multaeque, & confertae exhalationis incensionem (6); atque ita *prorsus* igneam *quoque* co-

χωρίον κυκλοτερῶς αὐτὸ καταφλέξαντος, ἐπὶ τῦ κατὰ Φαέθοντα ἐμπρησμῦ· οἱ δὲ τὸν ἡλιακὸν ταύτῃ φασὶ κατ' ἀρχὰς γεγονέναι δρόμον. τινὲς δὲ κατοπτρικὴν εἶναι φαντασίαν, τῦ ἡλίου τὰς αὐγὰς πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνακλῶντος, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἴριδος, καὶ ἐπὶ τῶν νεφῶν συμβαίνει. Μητρόδωρος διὰ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου· τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον. Παρμενίδης τὸ τῦ πυκνοῦ, καὶ ἀραιοῦ μίγμα γαλακτοειδὲς ἀποτελέσαι χρῶμα. Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἵςασθαι τῦ οὐρανοῦ, ὅταν ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος γινόμενος μὴ πάντα φωτίζῃ. Δημόκριτος πολλῶν, καὶ μικρῶν, καὶ συνεχῶν ἀςέρων συμφωτιζομένων ἀλλήλοις συναυγασμὸν διὰ τὴν πύκνωσιν. Ἀριςοτέλης ἀναθυμιάσεως ξηρᾶς ἔξαψιν, πολλῆς τε καὶ συνεχοῦς, καὶ οὕτω κόμην πυρὸς ὑπὸ τὸν αἰθέρα, κατωτέρω

τῶν

CAP. I.

Galenus c. XVII. Stobaeus pag. 62.

(1) Galenus habet ἐμπρησμοῦ, διὰ τῆς ἐκείνης παρόδου. *propter transitum* a Phaëtonte ibi factum: ubi fortasse legendum ἐκεῖ, vel ἐκεῖθεν.

(2) Mutilus Stobaei locus hinc perfici suppleríque debet, in quo post vocem ἐμπρησμοῦ omissis vocibus Οἱ δὲ repente subiicitur τὸν ἡλιακὸν ταύτῃ φασὶ &c. Ceterum singulas opiniones istas etiam Aristoteles memoravit *Metror.* I. *c.* 8.

(3) Paullo aliter, minusque accurate Galenus: Τοὺς δὲ τοῦτο μακρὰν εἶναι φαντασίαν τοῦ πλείονος οὐρανίου πυρὸς πρὸς τὸν οὐρανὸν τὰς αὐγὰς ἀνακλῶντα. ὅπερ &c. *Quidam vero*, levem, & *exiguam apparantiam* hanc esse putant *plurimi caelestis ignis splendores ad caelum* usque *reflectentem*.

(4) Stobaeus, qui Plutarchum hic sequitur, pag. 51. ipsa dixerat τοῦ πυρὸς ἀναπνοὴν τὸν ἥλιον, καὶ τὸν γαλαξίαν κύκλον *Solem*, *lacteumque Circulum ignis* spiraculum, vel *expirationem* esse putavit, fortasse quod duplex de Galaxiae origine Parmenidis opinio circumferretur.

(5) Stobaeus habet περὶ τὴν γῆν *circa Terram*: fortasse quod Anaxagoras etiam, Anaximenis instar, putaverit Solem postquam ad occasum pervenerit, oblique circa Terram ad arctos, moxque ad ortum girare, ibique iterum super horizontem ascendere. Vide Lib II. c 16 Galenus autem ait: ὅταν τὰ ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος μὴ πάντῃ περιφωτίζῃ *quando Sol ea, quae sub Terram sunt, non omnino*, vel *undequaque illuminat*. Clarius Aristoteles *Meteor.* I. *c.* 8. Οἱ περὶ Ἀναξαγόραν, καὶ Δημόκριτον, φῶς εἶναι τὸ γάλα λέγουσι ἄστρων τινῶν· τὸν γὰρ ἥλιον ὑπὸ τὴν γῆν φερόμενον, οὐχ ὁρᾶν ἔνια τῶν ἄστρων. ὅσα μὲν οὖν περιορᾶται ὑπ' αὐτοῦ, τούτων μὴ φαίνεσθαι τὸ φῶς· κωλύεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. ὅσοις δὲ ἀντιφράττει ἡ γῆ, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸ τούτων οἰκεῖον φῶς. Φασὶν εἶναι τὸ γάλα *Anaxagoras, atque Democritus, lac esse quorumdam siderum lumen asserunt: Solem enim dum sub Terra fertur, ex stellis quasdam non aspicere. Quaecumque igitur ab Sole aspiciuntur, earum lumen non videri; inbiberi enim a Solis radiis. Quibuscumque autem Tellus ipsa obsistit quominus a Sole aspiciantur, harum proprium lumen esse lac aiunt.*

(6) Stobaeus periodum quidem hanc praeterit; sed post vocem συνεχοῦς repente subiicit: τὸν γὰρ κύκλον, ἐν ᾧ δοκεῖ θεωρεῖσθαι μέγιστον ὄντα, πλήρη τῶν μεγίστων ὑπάρχειν, καὶ λαμπροτάτων ἄστρων, καὶ ἔτι τῶν σποράδων κα-

τῶν πλανητῶν. Ποσειδώνιος πυρὸς σύστασιν ἄστρου μὲν λαμπρότερον, αὐγῆς δὲ πυκνότερον.

ΚΕΦ. Β.

Περὶ Κομητῶν, καὶ διαττόντων, καὶ δοκίδων.

ΤΩ͂ν ἀπὸ Πυθαγόρου τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην τῶν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, διά τινος δὲ ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων· ἄλλοι δὲ ἀνάκλασιν τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον, παραπλησίως ταῖς κατοπτρικαῖς ἐμφάσεσιν. Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος σύνοδον ἀστέρων δυεῖν, ἢ καὶ πλειόνων κατὰ συναυγασμόν. Ἀριστοτέλης τὴν ἐκ τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως διάπυρον σύστασιν. Στράτων ἄστρου φῶς περιληφθὲν νέφει πυκνῷ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λαμπτήρων

comam, *sive Cometen* infra aethera *positum*, multoque Planetis inferiorem *formari putavit*. Posidonius *ait Galaxiam esse* ignis compagem, sidere quidem clariorem (1), luce vero densiorem.

CAPUT II.

De Cometis, *& traiicientibus* stellis, *& trabibus*.

PYthagorici quidam Cometen sidus *aliquod* esse dicunt ex iis, quae non semper quidem apparent, sed definito *suum*, *statoque* tempore quodam certa periodo (2) oriuntur. Alii vero reflexionem visus nostri ad Solem, *solaremve lucem ad visum nostrum reflexam*: fere (3) ut in specularibus apparentiis *contingit*. Anaxagoras, Democritus *existimarunt Cometem esse* concursum duorum, pluriumve etiam siderum splendorem coniugentium (4). Aristoteles *ait Cometam esse* ignitam, *accensamque* aridae exhalationis congeriem. Strato sideris lucem densa nu-

καλυμμένων, ὡς τι διὰ ταῦτα συνεχῶς πλεῖστα περὶ τοῦτον ἀθροίζεσθαι τὸν τόπον τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἀναθυμίασιν, καὶ ποιεῖν τὴν τοῦ γάλακτος φαντασίαν *circulum enim hunc maximum maximis & clarissimis stellis, atque etiam vulgaribus scatere, ideoque semper plurimos eo loco deferri a Terra vapores, qui lactis formam praebeant*.

(1) Quamvis in Plutarcho, & Galeno quoque legatur λαμπρότερον *splendidiorem*, eamque lectionem probaverit Xylander interpretatus *clariorem*, ipsa tamen sensus perspicuitas requirit ut legatur μανότερον *rariorem*, prorsus ut a Stobaeo exhibetur; sicque in graeco Budaei codice exaratum fuisse putaverim, quum ipse quoque reddiderit *rariorem*. Accedit etiam quod Galenus exposita Aristotelis opinione subdit: Στωϊκοὶ τοῦ αἰθερίου πυρὸς ἀραιότητα. μανότερον τῶν πλανήτων, ubi certissime, quamvis id Carterius dissimulaverit, rescribi debet μανότερον, adeoque reddi *Stoici aetherei ignis raritatem, rariorem Planetis*. Itaque Posidonius etiam, ex communi Stoicorum omnium sententia, sicuti Planetas ac Stellas omnes ex compactiori aethereo igne composuit, ita lacteum quoque Circulum ex hoc ipso igne, sed rariori tamen, constare dixit.

CAP. II.

Gal. c. XVIII. Stob. pag. 62. 63.

(2) Quamvis Xylander vocem περιοδικῶς reddiderit *sua revolutione*, libentius tamen, propiusque ad Plutarchi mentem exposui *certa periodo*; quemadmodum Budaeus dixerat *ambitu certo peracto*. Ceterum haec eadem opinio Pythagoricis, Hippocrati Chio, & Aeschylo ipsius auditori tribuitur ab Aristotele *Meteor. I. c. 6.*

(3) Ita Galenus; nisi quod ille exigua varietate legit παραπλησίως.

(4) Cometarum originem, atque apparentiam ex duobus, pluribusque Planetis invicem fere coniunctis mutuoque sese collustrantibus deduxisse Democritum testatur etiam Aristoteles *Meteor. Lib. I. c. 6.* Uberius tamen, atque fortasse accuratius hanc ipsam Democriti sententiam expressit Stobaeus pag 63. Δημόκριτος δὲ, ὁ λόγος λεγόμενος ἴσω ὡς κατ' ἀντίλαμψιν τῶν πλανωμένων ἀστέρων πρὸς ἀλλήλους τε, καὶ τοὺς ἀπλανεῖς, οἱ κομῆται συνίστασθαι δοκοῦσι, καθάπερ πλειόνων κατόπτρων ἀντιλαμπόντων σφίσιν, ἤδη τινὶ ὤφθη ἀστεροειδεῖ φαντάσματι *Democrito videbatur secundum fulgorem planetarum ad planetas, vel alias stel-*

nube obvolutam, ſicuti fit in (1) laternis. HERACLIDES PONTICVS ſublimem nubem *hunc eſſe dicit* a ſublimi lumine illuſtratam: ſimilique modo cauſſam exponit barbae, halonis (2), trabis, columnae, *aliorumque*, quae his *affinia*, *vel* congenea ſunt; *idemque*, non ſecus, ac Peripatetici omnes, iuxta nubis figuras haec fieri *exiſtimavit*. EPIGENES *ait Cometen* elationem *eſſe aëris*, *vel* ſpiritus terrae permixti, *ac* incenſi (3). BOETHVS laxati, *rariorisque* aëris apparentiam. DIOGENES (4) *opinatur* Cometas *non aliud*, *quam* ſidera eſſe. ANAXAGORAS ignes *illos*, qui traiicientes vocantur, ab aethere ſcintillarum inſtar, deferri *dicit*, atque propterea repente *illos* extingui. METRODORVS *ait* violentum Solis incurſum in nubes ſcintillas elicere (5), *vel ſcintillare*. XENOPHANES haec omnia nubium incenſarum concretiones, vel motus *eſſe putavit*.

ρων γίνεται. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς νέφος μετάρσιον ὑπὸ μεταρσίου φωτὸς καταυγαζόμενον· ὁμοίως δ' αἰτιολογεῖ πωγωνίαν, ἅλω, δοκίδα, κίονα, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις, καθάπερ ἀμέλει πάντες οἱ Περιπατητικοὶ, παρὰ τοὺς τοῦ νέφους ταύτῃ γίνεσθαι σχηματισμούς. Ἐπιγένης πνεύματος ἀναφορὰν γεωμιγοῦς πεπυρωμένου. Βοηθὸς ἀέρος ἀνειμένου φαντασίαν. Διογένης ἀστέρας εἶναι τοὺς κομήτας. Ἀναξαγόρας τοὺς καλουμένους διάττοντας ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, σπινθήρων δίκην καταφέρεσθαι, διὸ καὶ παραυτίκα κατασβέννυσθαι. Μητρόδωρος τὴν εἰς τὰ νέφη τοῦ ἡλίου βιαίαν ἔμπτωσιν σπινθηρίζειν. Ξενοφάνης πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν νεφῶν πεπυρωμένων συστήματα, ἢ κινήματα.

CAPVT III.

De tonitrubus, fulguribus, fulminibus, presteribus, & typhonibus.

ANAXIMANDER haec omnia ex *aëre*, *vel* ſpiritu (5) contingere *exiſtimavit*.

ΚΕΦ. Γ.

Περὶ βροντῶν, ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων, καὶ τυφώνων.

ΑΝαξίμανδρος ἐκ τοῦ πνεύματος ταυτὶ πάντα συμβαίνειν· ὅταν γὰρ περι-

ſtellas, exiſtere Cometas; quemadmodum ſpeculis aliquot inter ſe oppoſitis nonnumquam aliquid ſtellae ſimile eluceat.

(1) Quamvis graeca vox λαμπτὴρ *facem* ſignificet, adeoque Xylander *lucernis*, Budaeus *facibus* interpretetur, *laternis* potius reddendum putavi, ut Stratonis opinio clarius exponeretur. Neque enim faces, aut lucernae, niſi charta, vel quidpiam ſimile circumpoſitum fuerit, ſideris lucem nube circumſeptam exprimerent. Ac, ne peculiaris huius ſignificationis exemplum a Lexicographis ommiſſum deſideres, in iis Empedoclis verſibus perſpicue occurret, quos ad Cap. 14. Libri IV. opportune exſcribam.

(2) *Xylander* „ Ἄλλως δοκίδα Ἄλλω Scriptus, idque verius iudicavi.

Perſpicue tamen Xylander hic fallitur ubi reddit *ab his trabiformem*. Etenim non ἄλλω, ſed ἅλω, legendum, adeoque *coronae*, vel *arae* reddendum eſt, ut optime a Budaeo factum conſpicimus. Ceterum Stobaeus, qui ſingula Plutarchi verba accurate exſcripſerat, ſolam ἅλω vocem ommiſit.

(3) Stobaeus habet ἀέρος ἀναφλεγομένου *aëris incenſi*, quae certe lectio vulgatae praeferri debet.

(4) Stobaeus quidem Diogenis nomen, atque ſententiam hic praeterit; ſed illa tamen a ceteris omnibus exhibetur.

(5) Galenus habet ἔμπτωσιν, ὡς βέλος, πολλάκις σπινθηρίζειν *incurſum, teli inſtar, ſaepius ſcintillare*.

CAP. III.

Gal. c. XIX. Stob. pag. 64. 65.

(6) Galenus ait ἐκ τοῦ πνεύματος ὑπιόντος *ab aëre, vel ſpiritu ſubeunte*. Stobaeus autem Anaximandro Anaximenem quoque coniungit. Quod ſi fortaſſe libeat hanc Anaximandri ſententiam fuſius expoſitam intueri, conſulendus eſt Seneca *Natur. Quaeſt. Lib. II. c. 18.*

μπληφθὲν νέφει παχεῖ, βιασάμενον ἐκπέσῃ, τῇ λεπτομερείᾳ καὶ τῇ κουφότητι, τότε ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ. Μητρόδωρος, ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν θραύσει τὸν κτύπον ἀποτελεῖ, τῇ δὲ πληγῇ καὶ τῷ σχισμῷ διαυγάζει· τῇ δὲ ὀξύτητι τῆς φορᾶς προλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητα κεραυνοβολεῖ. τοῦ δὲ κεραυνοῦ τὴν ἀσθένειαν εἰς πρηστῆρα περιΐστησιν. Ἀναξαγόρας, ὅταν τὸ θερμὸν εἰς τὸ ψυχρὸν ἐμπέσῃ, (τοῦτο δ' ἐστὶν αἰθέριον μέρος εἰς ἀερῶδες) τῷ μὲν ψόφῳ τὴν βροντὴν ἀποτελεῖ, τῷ δὲ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νεφώδους χρώματι τὴν ἀστραπὴν, τῷ δὲ πλήθει καὶ μεγέθει τοῦ φωτὸς τὸν κεραυνὸν, τῷ δὲ πολυσωματωτέρῳ πυρὶ τὸν τυφῶνα, τῷ δὲ νεφελοειδεῖ τὸν πρηστῆρα. Οἱ Στωϊκοὶ βροντὴν μὲν συγκρουσμὸν νεφῶν, ἀστραπὴν δ' ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως, κεραυνὸν δὲ σφοδροτέραν ἔλλαμψιν, πρηστῆρα δὲ νωχελεστέραν. Ἀριστοτέλης, ἐξ ἀναθυμιάσεως καὶ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι τῆς ξηρᾶς· ὅταν οὖν ἐντύχῃ μὲν τῇ ὑγρᾷ, παραβιάζηται δὲ τὴν ἔξοδον, τῇ μὲν παρατρίψει καὶ τῇ ῥήξει τὸν ψόφον τῆς βροντῆς γίνεσθαι, τῇ δὲ ἐξάψει τῆς ξηρότητος, τὴν ἀστραπήν. πρηστῆρας δὲ, καὶ τυφῶ-

vit. Etenim ubi *spiritus ipse* crassa nube circumseptus, propter exiguitatem partium, ac levitatem, violentus eruperit, tunc *nubis* quidem discissio strepitum *edit*; divulsio vero, *sive distractio*, propter nubis obscuritatem, splendorem, *vel fulgur* efficit. Metrodorus *haec fieri existimat* quando spiritus in nubem a densitate concretam inciderit, *atque ille* distractione quidem fragorem efficit; ictu vero, ac discissione *nubis* resplendet; celeritate vero motus, calorem a Sole accipiens fulmen iaculatur; fulminis vero debilitatem *debiliusve fulmen* in presterem convertit. Anaxagoras [1] *ait, quod* quando calidum in frigidum, aetherea nimirum pars in aëream inciderit, strepitu quidem tonitru efformat, colore vero propter nigredinem nebulosi *corporis circumpositi micantiore*, fulgur; multitudine vero, & magnitudine luminis fulmen; igne vero corpulentiori, *solidiorique* typhonem, nebuloso vero presterem *effici existimavit*. Stoici tonitru quidem *opinantur esse* collisionem nubium; fulgur vero accensionem ex attritu *genitam*; fulmen validiorem splendorem, presterem vero languidiorem [2] *esse*. Aristoteles ista quoque ex arida exhalatione fieri *existimavit*. Itaque quum *arida exhalatio* in humidam *exhalationem* inciderit, sibique violenter exitum quaerit, attritu quidem, ac discissione *nubis* tonitru fragor efficitur, accensione vero ariditatis, *aridaeve exhalationis*, fulgur [3]. Presteras autem, ac typhones *oriri putat* ex materiae excessu, *vel abundan-*

(1) Stobaeus, qui Anexagorae sententiam totidem verbis expresserat, illi Archelaum adiungit: Ἀρχέλαος τοῦτο λέγει, παρατιθεὶς τὸ τῶν διαπύρων λίθων καθιεμένων ἐς ψυχρὸν ὕδωρ κάλος *idem sentiebat Archelaus, addito fervidorum lapidum in frigidam demissorum exemplo*.

(2) Pro νωχελεστέραν Stobaeus habet νωθεστέραν. Haec eadem Stoicorum omnium opinio iisdem fere verbis pag. 64. apud Stobaeum Chrysippo tribuitur: Χρύσιππος ἀστραπὴν, ἔξαψιν νεφῶν ἐκτριβομένων ἢ ῥηγνυμένων ὑπὸ πνεύματος, βροντὴν δὲ εἶναι τὸν τούτων ψόφον. ἅμα δὲ γίγνεσθαι ἡμᾶς διὰ τὸ τῆς ἀκοῆς ὀξυτέραν εἶναι τὴν ὅρασιν. ὅταν δὲ ἡ τοῦ πνεύματος φορὰ σφοδροτέρα γίνηται καὶ πυρώδης, κεραυνὸν ἀποτελεῖσθαι· ὅταν δὲ ἄθρουν ἐκπέσῃ τὸ πνεῦμα, καὶ ἧττον πεπυρωμένον, πρηστῆρα γίγνεσθαι· ὅταν δέ τι ἧττον πεπυρωμένον, τυφῶνα. *Chrysippus fulgur quidem nubium extritarum vel spiritu ruptarum inflammationem ponebat, tonitru autem sonitum. Quae, quamvis simul fiant, non tamen simul a nobis sentiri, quod auditu sit visus acutior. Quum porro spiritus violentior, atque igneus extiterit, fulmen gigni; quumque uno impetu spiritus erumpat, si minus fuerit igneus, presterem; si minime, typhonem creare*.

(3) Postrema haec periodus, sive sententia apud Sto-

dantia, quam uterque illorum corripit, *atque incendit*, calidiorem quidem prester; typho vero crassiorem.

φῶνας τῷ πλεονασμῷ τῆς ὕλης ἣν ἑκάτερος αὐτῶν συνεφέλκεται, θερμοτέραν μὲν ὁ πρηστὴρ, παχυτέραν δὲ ὁ τυφών.

CAPVT IV.

De nubibus, pluviis, nivibus, grandinibus.

ANAXIMENES *existimavit* nubes quidem fieri aëre quammaxime (1) condensato; *ex ipso vero* magis *adhuc* compresso pluvias exprimi; nivem vero *formari*, ubi *pluviarum* aqua decidens glaciatur (2); grandinem autem quando *nix ipsa, vel pluvia* humido spiritu, *seu vento constricta, vel* comprehensa fuerit. METRODORVS *ait* nubes ab aquea elatione, *vel aqueo vapore in sublime elato*, constitui. EPICVRVS (3) autem a vaporibus *illas formari*; Grandinem vero, ac pluviam in longo descensu compactam (4) rotundam fieri *existimavit*.

CA-

ΚΕΦ. Δ.

Περὶ νεφῶν, ὑετῶν, χιόνων, χαλαζῶν,

Ἀναξιμένης νέφη μὲν γίνεσθαι παχυνθέντος ὅτι πλεῖστον τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δὲ ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὄμβρους· χιόνα δ', ἐπειδὰν τὸ καταφερόμενον ὕδωρ παγῇ· χάλαζαν δὲ, ὅταν συμπεριληφθῇ τῷ ὑγρῷ πνεύματι. Μητρόδωρος, ἀπὸ τῆς ὑδατώδους ἀναφορᾶς συνίστασθαι τὰ νέφη. Ὁ δὲ Ἐπίκουρος, ἀπὸ τῶν ἀτμῶν. στρογγυλαίνεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν, καὶ τὸν ὑετὸν ἀπὸ τῆς μακρᾶς καταφορᾶς ὑποπεπληγμένον.

ΚΕΦ.

Stobaeum non Aristoteli, sed Stratoni solum, adscribeur. Etenim post vocem περίστησι in illo repente subjicitur: Στράτων θερμοῦ περιεῖξαντος ὅταν ἐκβιασθὲν τύχῃ τὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι· βροντὴν μὲν ἀποῤῥήξει· φάει δὲ, ἀστραπήν· τάχει δὲ, κεραυνόν· πρηστῆρας δὲ καὶ τυφῶνας τῷ πλεονασμῷ τῆς ὕλης, ἣν ἑκάτερος αὐτῶν ἐφέλκεται, θερμοτέραν μὲν ὁ πρηστὴρ, παχυτέραν δὲ ὁ τυφῶν *Strato calore frigori per vim cedente haec evenire credebat; ruptura quidem tonitru, lumine autem fulgur, velocitate vero fulmen; materiae denique multitudine presteres ac typhones, tamen ut calidiorem illi, hi densiorem attrahant*. Perspicuum tamen est hanc opinionem Aristoteli probatam esse, *ut ex Meteor. Libr. III. c. 1.* manifeste deducitur.

CAP. IV.

Gat. c. XIX Stob. p. 68.

(1) Clarius apud Galenum παχυνθέντος ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ἀέρος *densato quammaxime aëre*: quemadmodum prorsus nubes a Seneca *Libr. II. c. 30.* definitur *spissitudo aeris crassi*.

(2) Galenus hic etiam post vocem παγῇ addit ὑπὸ ψύξεως. χαλάζαν &c. *glaciatur a frigore; nivem &c.* Ita superius legerat ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι, καὶ τοὺς ὄμβρους γίγνεσθαι *exprimi, & pluvias fieri*.

(3) Paullo aliter haec a Galeno afferuntur: Ἐπίκουρος ἀπὸ τῶν ἀτόμων· στρογγυλίζεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν καὶ τὸν ὑετὸν γίγνεσθαι ἀπὸ τῆς μακροτέρας φορᾶς διὰ τοῦ ἀέρος συμβαινούσης ἀποπληττομένων *Epicurus ex atomis; rotundam vero reddi grandinem, & pluviam fieri quum a longiori delatione per aërem repercuti contigerit*. Itaque vox ἀτόμων in ἀτμῶν refingi debet.

(4) Gassendus pro ὑποπεπληγμένον legendum putat ὑποπεπληγμένον *subtusam*; quod nempe aqua in aëre decidens ab aëre circumposito undequaque prematur, adeoque pluvia, & grando rotundam figuram aquirat.

ΚΕΦ. Ε.

Περὶ Ἴριδος.

ΤΩ͂Ν μεταρσίων παθῶν τὰ μὲν καθ' ὑπόςασιν γίνεται, οἷον ὄμβρος, χάλαζα· τὰ δὲ κατ' ἔμφασιν, ἰδίαν ὐκ ἔχοντα ὑπόςασιν. αὐτίκα γοῦν πλεόντων ἡμῶν ἡ ἤπειρος κινεῖσθαι δοκεῖ. ἔςιν οὖν κατ' ἔμφασιν ἡ ἶρις. Πλάτων φησὶ Θαύμαντος αὐτὴν γενεαλογῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, διὰ τὸ θαυμάσαι ταύτην, Ὅμηρος

Ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσει.

διὸ ϗ ἐμυθεύσαντό τινες αὐτὴν ταύρου κεφαλὴν ἔχουσαν ἀναῤῥοφεῖν τοὺς ποταμούς. πῶς γοῦν γίνεται ἶρις; ὁρῶμεν δὴ κατὰ γραμμὰς ἢ κατ' εὐθείας, ἢ κατὰ καμπύλας, ἢ κατ' ἀνακλωμένας γραμμὰς ἀδήλους, λόγῳ θεωρητὰς ϗ ασωμάτους. Κατὰ μὲν οὖν εὐθείας ὁρῶμεν τὰ ἐν ἀέρι, ϗ τὰ διὰ τῶν λίθων τῶν διαυγῶν ϗ κεράτων (λεπτομερῆ γὰρ ταῦτα πάντα)· καμπύλας δὲ γραμμὰς καθ'

ὑδα-

CAPUT V. (1)

De Iride.

EX sublimibus affectionibus, *aut iis, quae in sublimi conspiciuntur*, quaedam quidem quoad substantiam fiunt, *vereque subsistunt*, ut imber, grando; quaedam vero quoad apparentiam *solum*, *suamque proinde* subsistentiam non habent; quemadmodum navigantibus nobis continens *terra*, *seu littus* moveri videtur. Itaque Iris *etiam* quoad apparentiam est, *vel in apparentia sola consistit*. PLATO ad Thaumantem ipsius *originem*, *ac* genus ab hominibus referri dicit, propterea quod ipsam admirentur. HOMERUS *ait* (2)

Veluti purpuream Iridem mortalibus extendit.

Quamobrem nonnulli quoque fabulati sunt ipsam tauri caput habentem absorbere flumina. Qua vero ratione formatur Iris? *Vt haec exponatur*, *observari debet quod* nos per lineas videmus (3) vel rectas, vel inflexas, *hoc est refractas*, vel reflexas; lineas *nimirum oculis* quidem occultas, rationi vero conspicuas, atque incorporeas. Itaque per rectas quidem lineas *illa* conspicimus, quae *per aërem*, *sive* in aëre videmus, & quae per lapides pellu-

L ci-

CAP. V.

Gal. c. XIX. Stob. pag. 67.

(1) Stobaeus hic, & in Capitibus proxime sequentibus fere nos deserit. Capitis huius initium, simulque Platonis opinio iisdem verbis a Stobaeo quoque describitur; at ille mox Homeri sententiam, ceterasque Philosophorum opiniones omittit. Galenus autem quaedam solum Philosophorum Placita exscribens Platonem, simulque Homerum hic praeterit.

(2) Homerus Iliad. Libr. P. ver. 547.

(3) Neque Plutarchus veram Iridis originem explorasse, neque Xylander ipsius interpres vim, ac significationem vocibus semel attributam hic servare conspicitur. Quum enim dixisset Plutarchus lineas illas *reflexas* vocari, quae ab opaco corpore resiliunt, & ad visum nostrum referuntur, lucis radios in Iridem, veluti speculum, incidentes ad oculum reflecti docet: perinde quasi in aquae guttis minime *refringerentur*; adeoque Iris ex *reflexis* solum, non autem *reflexis* simulque etiam *refractis*, radiis orietur. Xylander autem, quum lineas ἀνακλωμένας optime reddidisset *reflexas*, atque illas a καμπύλαις *refractis* distinxisset, mox vocem ἀνακλώμενα interpretatur *refracta*, adeoque *refractas* lineas cum *reflexis* confundit. Ita Budaeus minus accurate καμπύλας quidem *flexas*, ἀνακλωμένας vero *refractas* vocavit; quod, quamvis graecis vocibus conveniat, & frequenter etiam in graecis Scriptoribus occurrat, ut apud Aristotelem *Meteor. Lib. III. c. 4.* ea *reflexa* dicuntur, quae *refracta* vocanda fuerant, a recepto tamen Opticorum more, earumque vocum significatione abhorret.

eidos, & cornua; ſiquidem haec omnia *pellucida corpora* exiguis partibus *componuntur*. Lineas autem in aqua inflexas, *ſive refractas*, reddi conſpicimus. Viſus enim *noſter* vi *quadam* propter denſiorem aquae materiam inflectitur; quamobrem remum etiam in mari *poſitum* e longinquo *velut* inflexum conſpicimus. Tertius videndi modus *eſt ille*, *quo* reflexa, *radioſve ab opaco corpore reflexos conſpicimus*, ut *imagines* in ſpeculis. Itaque talis eſt Iridis affectio, *vel natura*. Obſervandum eſt enim evaporationem humidam in nubem, deinde [1] ſenſim in exiguas rorantes guttas converti. Quando igitur Sol ad occaſum pervenerit, neceſſarium *eſt* Iridem totam contra Solem apparere dum viſus in guttulas incidens *ita* reflectitur, ut Iris fiat. Guttulae vero non figurae [2] *Iridis*, ſed coloris *potius* forma, *vel cauſſa* ſunt. Ac primo quidem *Iris* puniceum *colorem* habet; ſecundum vero purpureum, tertium autem *viridem*, *ſive caeruleum*, cyaneum, aut praſinum. Fortaſſe igitur puniceus quidem *color in Iride videtur* quia ſplendor Solis incidens, vividiorque *ipſius* fulgor reflexus rubrum, puniceumque colorem efficit. Secunda vero *Iridis* pars turbidior, magiſque ſplendorem diluens, *abſorbenſque* propter *aquae* ſtillas, *quibus ipſa componitur*, purpureum *colorem efficit*; hic enim rubri *coloris* remiſſio, *vel dilutio eſt*. Iterum vero finiens, *vel extrema nubis pars* adhuc turbidior in viridem *colorem Solis lucem* tranſmutat. *Hoc* ipſum vero ex rebus *intelligi*, *ac experimento* probari poteſt. Etenim, ſi quis aquam *in ore* accipiat, & contra Solis radios *illam* expuat, ſtillaeque Solis, *aut ſolarium radiorum* refractionem accipiant, Iridem *in illis* factam inveniet; & lippientes *etiam* hoc patiuntur, *Iridemque conſpiciunt* quando in lucer-

ὕδατος βλέπομεν γινομένας· κάμπτεται γὰρ ἡ ὄψις βίᾳ διὰ τὴν πυκνοτέραν τοῦ ὕδατος ὕλην· διὸ καὶ τὴν κώπην ἐν τῇ θαλάσσῃ μακρόθεν καμπτομένην ὁρῶμεν. Τρίτος τρόπος τοῦ βλέπειν τὰ ἀνακλώμενα, ὡς τὰ κατοπτρικά. ἔστιν οὖν τὸ τῆς ἴριδος πάθος τοιοῦτον. Δεῖ γὰρ ἐπινοῆσαι τὴν ὑγρὰν ἀναθυμίασιν εἰς νέφος μεταβάλλουσαν, εἶτα ἐκ τοῦ κατὰ βραχὺ εἰς μικρὰς ῥανίδας νοτιζούσας. Ὅταν οὖν ὁ ἥλιος γένηται εἰς δυσμὰς, ἀνάγκη πᾶσαν ἶριν ἄντικρυς ἡλίου φαίνεσθαι, ὅτε ἡ ὄψις προσπεσοῦσα ταῖς ῥανίσιν ἀνακλᾶται, ὥς τε γίνεσθαι τὴν ἶριν. εἰσὶ δὲ αἱ ῥανίδες οὐ σχήματος μορφὴ, ἀλλὰ χρώματος· καὶ ἔχει τὸ μὲν πρῶτον φοινικοῦν, τὸ δὲ δεύτερον ἁλουργὲς καὶ πορφυροῦν, τὸ δὲ τρίτον κυάνεον καὶ πράσινον. Μήποτε οὖν τὸ μὲν φοινίκεον, ὅτι ἡ λαμπρότης τοῦ ἡλίου προσπεσοῦσα, καὶ ἡ ἀκραιφνὴς λαμπηδὼν ἀνακλωμένη, ἐρυθρὸν ποιεῖ καὶ φοινικοῦν τὸ χρῶμα. τὸ δὲ δεύτερον μέρος ἐπιθολούμενον καὶ ἐκλυόμενον μᾶλλον τῆς λαμπηδόνος διὰ τὰς ῥανίδας, ἁλουργές· ἄνεσις γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ τοῦτο. ἔτι δὲ πάλιν ἐπιθολούμενον τὸ διορίζον εἰς τὸ πράσινον μεταβάλλει. Ἔστιν οὖν τοῦτο δοκιμάσαι δι᾽ ἔργων. Εἰ γάρ τις ἀντικρὺ τῶν ἡλίου ἀκτίνων λάβῃ ὕδωρ καὶ πτύσῃ, αἱ δὲ ῥανίδες ἀνάκλασιν πρὸς τὸν ἥλιον λάβωσιν, εὑρήσει γινομένην ἶριν, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ὅταν εἰς τὸν λύχνον ἀποβλέψωσιν. Ἀναξιμένης ἶριν γί-

(1) Galenus ait: μεταβάλλεσθαι, εἶτα ἐκ τοῦ κατὰ βραχὺ εἰς μικρὰς ῥανίδας δροσιζούσας νοτίζεσθαι, *in nubem mutari, tum ſtatim roris inſtar ex ipſa minutas guttas manare.*

(2) Itaque perſpicue corrigendus Galeni locus, in quo legitur: οὐ σχήματος μορφαὶ, ἀλλὰ χρώματα φαίνονται *non ſpecies figurae, ſed colores videntur.*

γίνεσθαι κατ' αὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ ϗ παχεῖ ϗ μέλανι, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ πέραν διακόψαι ἐπισυνισαμένας αὐτῷ. Α'ναξαγόρας ἀνάκλασιν ἀπὸ νέφους πυκνοῦ τῆς ἡλιακῆς περιφεγγείας, κατ' ἀντικρὺ δὲ τῦ κατοπτρίζοντος αὐτὸν ἀσέρος διαπαντὸς ἵςασθαι, παραπλησίως δὲ φυσιολογεῖται τὰ καλούμενα παρήλια, γινόμενα δὲ κατὰ τὸν Πόντον. Μητρόδωρος ὅταν διὰ νεφῶν ἥλιος διαλάμψῃ, τὸ μὲν νέφος κυανίζειν, τὴν δ' αὐγὴν ἐρυθραίνεσθαι.

cernam intueantur. ANAXIMENES *existimavit* Iridem fieri ex splendore, *vel illuminatione* Solis in densam, crassamque, nigramque nubem *incidente*; quod radii *Solis ipsam dirimere*, *vel* ad extremum usque pervadere non possint, *adeoque* super illa uniantur. ANAXAGORAS *Iridem* reflexionem *esse dicit* solaris lucis a densa nube *factam* (1), semperque *illam* contra sidus ipsum *a nube*, *veluti* speculo, expressum constitui; similique ratione naturam exponit *affectionum illarum*, quae Parhelia, *vel ementiti Soles* vocantur; quae circa Pontum fiunt. METRODORUS *ait* quum Sol per nubes transluceat, nubem quidem cyaneum, *viridemque*; *Solarem* vero lucem rubrum colorem induere.

Κ Ε Φ. ϛ.

Περὶ Ρ'άβδων.

ΤΑ' κατὰ τὰς ῥάβδους, ϗ ἀνθηλίους συμβαίνοντα μίξει τῆς ὑποςάσεως ϗ ἐμφάσεως ὑπάρχειν, τῶν μὲν νεφῶν ὁρωμένων, οὐ κατ' οἰκεῖον δὲ χρῶμα, ἀλλ' ἕτερον, ὅπερ κατὰ τὴν ἔμφασιν φαίνεται. ἐν δὲ τούτοις πᾶσι τά τε κατὰ φύσιν, ϗ κατὰ ἐπίκτησιν ὅμοια συμβαίνει πάθη.

CAPUT VI. (2)

De Virgis.

QVae circa Virgas, & Anthelia, *sive Parhelia* contingunt, substantia & apparentia *simul* permixta sunt; *quod* nubus quidem cernantur, *vereque existant*; non *tamen* iuxta proprium, sed alienum, *potius* colorem, qui iuxta apparentiam *solum* videtur. In his autem omnibus affectiones illae, quae iuxta naturam, *sive substantiam*, & quae iuxta accessionem, *hoc est apparentiam naturae superadditam*, fiunt, similes sunt.

Κ Ε Φ. Ζ.

Περὶ Α'νέμων.

ΑΝαξίμανδρος ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος, τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τῦ ἡλίου κινουμένων, ἢ τηκο-

CAPUT VII. (3)

De Ventis.

ANAXIMANDER Ventum esse *putavit* Aëris fluxum, tenuissimis, humidissimisque *partibus* in illo a Sole agitatis, vel li-

(1) Haec eadem opinio a Pythagora quoque olim tradita memoratur. Etenim ille apud Aelianum *Var. Histor. Lib. IV. c. 17.* ait: Η' ἶρις ὡς ἡ γῆ τοῦ Νείλου ἐςὶ, ubi certissime rescribendum est Η' ἶρις ὡς αὐγὴ τοῦ ἡλίου ἐςὶ, *Iris veluti splendor*, aut resplendescentia *Solis est*, ut Gesnerus optime observavit.

CAP. VI.

(2) Integrum hoc Caput in Stobaeo, simolque Galeno prorsus omittitur.

CAP. VII.

Gal c. XX. Stob. p. 68.

(3) Stobaeus hic solam Aristotelis opinionem exponit.

liquatis [1]. Stoici *existimarunt ventum, aut* spiritum omnem aëris fluxum esse; locorum vero mutationibus *ipsas etiam Ventorum* denominationes mutari: ut a ζόφω, *sive caligine*, & ab occasu Zephyrus; ab ἀνατολῆς, & ἡλίου *ortu*, & *Sole* Apeliotes, *vel subsolanus* dicatur. Qui ab arcto *spirat*, est Boreas; *qui* [2] ab humidis locis, *est* Libicus. METRODORVS *ait* ex aquea evaporatione propter Solarem adustionem *ardoremque* spirituum, *ventorumque* curreutium [3] impetum produci. Etesias vero, *vel annuos boreales ventos*, spirare ob aërem ad arctos condensatum; *ideoque illos* una cum Sole ab aestivo tropico retrogradiente irruere [4].

κομένων. Οἱ Στωϊκοὶ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν, ταῖς τῶν τόπων δὲ παραλλαγαῖς τὰς ἐπωνυμίας παραλλάττουσιν· οἷον, ἀπὸ τοῦ ζόφου κ̧ τῆς δύσεως Ζέφυρον, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς κ̧ τοῦ ἡλίου Ἀπηλιώτην, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων εἶναι Βορέαν· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν νοτίων, Λίβα. Μητρόδωρος ὑδατώδους ἀναθυμιάσεως διὰ τὴν ἡλιακὴν ἔκκαυσιν γίνεσθαι ὁρμὴν πνευμάτων θείων· τοὺς δὲ Ἐτησίας πνεῖν τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις παχυνθέντος ἀέρος ὑποχωροῦντι τῷ ἡλίῳ κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν ἐπισυῤῥέοντας.

CAPVT VIII. [5]

De hieme, & aestate.

EMPEDOCLES, & STOICI hiemem quidem fieri *opinantur* aëre ob densitatem praevalente, atque [6] in superiorem *locum* enitente. Aestatem vero *praevalente* igne, quando *rarior is effectus* in inferiorem *locum* vi impellitur. Quandoquidem vero sublimia *corpora hactenus* a me circumscripta sunt, terrestria quoque, *vel Terrae proxima, nunc* percurreutur.

CA-

ΚΕΦ. Η.

Περὶ χειμῶνος, κ̧ θέρους.

ΕΜπεδοκλῆς, κ̧ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει, κ̧ εἰς τὸ ἀνωτέρω βιαζομένου· θερείαν δὲ τοῦ πυρὸς, ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται. Περιγεγραμμένων δὲ μοι τῶν μεταρσίων, ἐφοδευθήσεται κ̧ τὰ πρόσγεια.

ΚΕΦ.

(1) Galenus in Anaximandri sententia legit ταυτομένων.

(2) Galenus τὸν ἀπὸ τῆς μεσημβρίας Νότον, *qui a meridie spirat*, *Notus*.

(3) Aut vox illa θείων, quam Xylander reddit *divinos*, hoc uno sensu exponi debet; aut in Plutarchi textum temere solum irrepsit. Certe in Galeno, qui cetera Plutarchum accuratissime exscribit, omnino desideratur.

(4) Melior, ac fortasse vera Galeni lectio: ὑποχωροῦντος δὲ τοῦ ἡλίου κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν *Sole ab aestivo Tropico retrogrediente*.

CAP. VIII.

(5) Galenus hoc etiam Caput omisit; Stobaeus autem Empedoclis, & Stoicorum sententiam ex Plutarcho accurate expressit.

(6) Vt ex Plutarchi verbis commodus sensus exsculpatur, suspicor vocem πυρὸς hic excidisse, adeoque legendum καὶ εἰς τὸ ἀνωτέρω πυρὸς βιαζομένου *atque igne in superiora protruso*. Etenim, si aestas ex igne deorsum vergente protrusoque oriri dicitur, hiems certe ex eodem igne sursum expulso produci debet.

Κ Ε Φ. Θ.

Περὶ Γῆς, καὶ τίς ἡ οὐσία αὐτῆς, καὶ πόση.

ΘΑλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μίαν εἶναι τὴν γῆν· Οἰκέτης ὁ Πυθαγόρειος δύο, ταύτην, καὶ τὴν ἀντίχθονα. Οἱ Στωϊκοὶ τὴν γῆν μίαν, καὶ πεπερασμένην. Ξενοφάνης ἐκ τοῦ κατωτέρου μέρους εἰς ἄπειρον βάθος ἐῤῥιζῶσθαι, ἐξ ἀέρος δὲ καὶ πυρὸς συμπαγῆναι. Μητρόδωρος τὴν μὲν γῆν ὑπόστασιν εἶναι καὶ τρύγα τοῦ ὕδατος, τὸν δὲ ἥλιον τοῦ ἀέρος.

CAPUT IX.

De Terra, & quae, & quanta ipsius substantia sit.

THales, eiusque sectatores unicam esse Terram *dixerunt*. Icetes (1) Pythagoreus duas *admisit*, hanc *nempe*, *quae a nobis incolitur*, & Antichthona, *sive Telluri nostrae oppositam*. Stoici Tellurem unicam, atque finitam *esse dixerunt*. Xenophanes *ait illam* in inferiori parte in infinitam profunditatem (2) radicatam; ex aëre vero & igne compactam esse. Metrodorus *ait* Terram quidem Aquae sedimentum, & faecem esse; Solem vero Aëris.

Κ Ε Φ. Ι.

Περὶ σχήματος Γῆς.

ΘΑλῆς, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν σφαιροειδῆ τὴν γῆν. Ἀναξίμανδρος λίθῳ κίονι τὴν γῆν προσφερῆ τῶν ἐπι-

CAPUT X.

De figura Terrae.

THales (3), & Stoici, illorumque sectatores Tellurem sphaericam *esse dicunt*. Anaximander (4) lapideae, planaeque

CAP. IX.

Gal. c. XXI. Euseb. c. LV.

(1) *Xylander* „ Apud Eusebium legitur Ἱκαίτης. Hic tamen *Nicetas* a Cicerone vocatur *Libr. IV. Acad. c.* 39. Denique observandum quod in Galeno non Οἰκέτης, aut Ἱκαίτης, sed Πυθαγορείων τινὲς *Pythagoreorum quidam* legitur.

(2) Eusebius hic vocem βάθος *profunditatem* omisit; at *Libr. I. c.* 8. sic ait: Ξενοφάνης ἀποφαίνεται τῷ χρόνῳ καταφερομένην συνεχῶς, καὶ κατ' ὀλίγον τὴν γῆν εἰς τὴν θάλασσαν χωρεῖν . . . . . . ἀποφαίνεται δὲ καὶ τὴν γῆν ἄπειρον εἶναι, καὶ κατὰ πᾶν μέρος μὴ περιέχεσθαι ὑπὸ ἀέρος. γίνεσθαι δὲ ἅπαντα ἐκ γῆς. *Xenophanes ait Terram progressu temporis continenter deorsum ferri, ac paullatim in mare labi . . . . . . postremo Terram infinitam esse, nec omnes illius partes aere contineri, atque omnia ex ea procreari.*

CAP. X.

Gal. c. XXI. Euseb. c. LVI.

(3) Quamvis in Galeno legatur Θάλης, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, adeoque Stoicos hic praeterierit, compertum est tamen Stoicos etiam Telluri sphaericam figuram concessisse. De Thalete potius subdubitat Gassendus, qui in hoc Plutarchi loco rescribendum putat *Plato*; fortasse quod Anaximander, aliique Thaletis Sectatores aliam omnino Telluri figuram concesserint.

(4) Eusebius quidem Plutarchi textum hic expressit, nisi quod voces illas τὴν γῆν omittit; Galenus vero ait: λίθῳ κίονι τὴν γῆν προσφερῆ τῶν ἐπιπέδων. Longe tamen clarius hanc ipsam Anaximandri sententiam ex Plutarchi *Stromatis* exposuit Eusebius *Lib. I. c.* 8 Ἀναξίμανδρος ὑπάρχειν φησὶ τῷ μὲν σχήματι τὴν γῆν κυλινδροειδῆ, ἔχειν δὲ τοσοῦτον βάθος, ὅσον ἂν εἴη τρίτον πρὸς τὸ πλάτος *Anaximander ait Terram figura cylindrum imitari, eiusque altitudinis esse, quae si cum latitudine conferatur, tertiam illius partem constituat.* Vereor tamen, ne minus accurate Plutarchus Anaximandri sententiam expresserit. Etenim Laertius *Lib. II. seg.* 1. ait Anaximandri opinionem esse μέσην τε τὴν γῆν κεῖσθαι κέντρου τάξιν ἐπέχουσαν, οὖσαν σφαιροειδῆ *Terram medio in loco consistere centri locum habentem, sphaericamque esse*, quemadmodum apud Aristotelem *de Caelo Libr. II. c.* 13. docuit Tellurem undequaque a Caelo pari intervallo distare. Itaque, quum Theon Smyr-

que columnae similem. ANAXIMENES (1) *ipsam* mensae, LEVCIPPVS (2) tympani formam *habere dicit*. DEMOCRITVS *illam* in latitudine quidem disco similem *existimavit*; in medio vero cavam (3) *esse putavit*.

ἐπιπέδων. Ἀναξιμένης τραπεζοειδῆ. Λεύκιππος τυμπανοειδῆ. Δημόκριτος δισκοειδῆ μὲν τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τὸ μέσον.

CAPVT XI.

De situ Terrae.

THALETIS SECTATORES Tellurem mediam, *vel in Vniversi medio positam*, *esse dixerunt*. XENOPHANES *illam mundanorum corporum* primam (4) in infinitum radicatam *esse*, *sive radices egisse putat*. PHILOLAVS Pythagoreus medium quidem Ignem *collocat* (hunc enim esse Vniversi larem *dicit*) secundam (5) vero *Terram* Antichthona *esse putat*; tertiam vero, *tertio*-

ΚΕΦ. ΙΑ.

Περὶ θέσεως Γῆς.

ΟἹ ἀπὸ Θάλεω τὴν γῆν μέσην. Ξενοφάνης πρώτην εἰς ἄπειρον ἐῤῥιζῶσθαι. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον (τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦ παντὸς ἑστίαν) δευτέραν δὲ τὴν ἀντίχθονα· τρίτην δὲ, ἣν οἰκοῦμεν γῆν, ἐξ ἐναντίας κειμένην τε καὶ περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι

παρ'

Smyrnaeus ait quod ex Anaximandri invento ἐστὶν ἡ γῆ μετέωρος, καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον *Terra est in sublimi pendens*, & *movetur circa Mundi medium*, vel fallitur, vel in ipso rescribi debet κεῖται *iacet*: quod nempe Tellus Vniversi centro proxima, vel circa Vniversi medium posita, consistat.

(1) Eusebius, qui hoc loci Plutarchum sequitur in *Libr. I. cap. 8.* ex alio Plutarchi Opere nimirum ex *Stromatis*, Anaximenis opinionem fusius expressit: Ἀναξιμένης τὴν πλατεῖαν μάλα· διὸ καὶ κατὰ λόγον αὐτὴν ἐποχεῖσθαι ἀέρι· καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ γῆς ἔχειν. ἀποφαίνεται γοῦν τὸν ἥλιον γῆν· διὰ δὲ τὴν ὀξεῖαν κίνησιν, καὶ μάλ' ἱκανῶς θερμοτάτην κίνησιν λαβεῖν *Anaximenes Terram latam admodum esse, aërique propterea iure ipsam ac merito insidere. Solem porro, Lunam, ac reliquam siderum multitudinem ex terra sui principium ortus habuisse. Quare Solem quidem ipsum Terram nuncupabat, eumdem tamen arbitrabatur incitatissimo cursu vehementissimum illum calorem, idque opportune admodum, esse consequutum.* Sic Epicurus etiam Tellurem aëri veluti innatantem insidere coniecit apud Laertium *Lib. X. seg. 74.* τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι ὡς συγγενεῖ *Terram aeri, veluti sibi cognato, insidere.*

(2) Ita Galenus ex Leucippi sententia docet σχῆμα αὐτῆς τυμπανοειδὲς εἶναι *figuram ipsius tympani figurae similem esse*. Leucippi tamen, fortasse quoque Anaximandri, sententia superius a Plutarcho memorata non de universae Telluris figura, sed de ea solum forma intelligi debet, quae in habitatae nobisque cognitae Terrae partibus, aut facie reperiebatur.

(3) Plutarchi lectioni facile Eusebianam praetulerim, in qua habetur κοίλην δὲ τῷ μέσῳ *cavam vero in medio*; ut nempe *medium* ipsum *latitudini* opponatur. Galenus tamen antithesim illam alia ratione expressit: κοίλην δὲ τὸ μέσον τῷ μεγέθει *cavam vero in magnitudinis*, vel superficiei suae, *medio*.

CAP. XI.

Gal. c. XXI. Eus. c. LVII.

(4) *Xylander*, Πρώτην εἰς ἄπειρον. Eus. melius πρώτην· εἰς ἄπειρον γάρ.

Ac certe quidem voculam πρώτην *primam* cum ceteris pone sequentibus minime coniungendam esse Galenus etiam ostendit, in quo legitur πρώτην τὴν γῆν ἐκ τοῦ κατωτέρου μέρους εἰς ἄπειρον βάθος ἐῤῥιζῶσθαι, ἐξ ἀέρος δὲ καὶ πυρὸς συμπεπηγέναι: *primam terram in infinitam profunditatem, radices mittere, ex inferiori parte: compactam vero ex aere & igne*. De Xenophanis autem, Thaletis, Anaximenis, Anaxagorae, Democriti, aliorumque sententia videndus Aristoteles *Lib. II. de Caelo c. 13.*

(5) Itaque corrigendus Galeni textus, in quo legitur ἑτέραν *aliam*.

παρ᾽ ὃ κ̀ μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐν τῇδε τοὺς ἐν ἐκεινῃ. Παρμενίδης πρῶτος ἀφώρισε τῆς γῆς τοὺς οἰκουμένους τόπους ὑπὸ ταῖς δυσὶ ζώναις ταῖς τροπικαῖς.

tiove loco Tellurem, quae *a nobis* incolitur, & adversus Antichthona posita, & circumducta (1) *est*; ut proinde (2) illius incolae ab huius incolis non videantur. Parmenides (3) *omnium* primus habitata Telluris loca duabus Tropicis Zonis definivit.

ΚΕΦ. ΙΒ.

Περὶ ἐγκλίσεως Γῆς.

ΛΕύκιππος παρεκπεσεῖν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη, διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ἀραιότητα, ἅτε δὴ πεπηγότων τῶν βορείων, διὰ τὸ κατεψῦχθαι τοῖς κρυμοῖς, τῶν δὲ ἀντιθέτων πεπυρωμένων. Δημόκριτος διὰ τὸ ἀσθενέστερον εἶναι τὸ μεσημβρινὸν τῦ περιέχοντος, αὐξομένην τὴν γῆν κατὰ τῦτο ἐγκλιθῆναι. τὰ γὰρ βόρεια ἄκρατα, τὰ δὲ μεσημβρινὰ κέκραται. ὅθεν κατὰ τῦτο βεβάρηται, ὅπου περισσή ἐςὶ τοῖς καρποῖς, κ̀ τῇ αὐξήσει.

ΚΕΦ.

CAPUT XII. (4)

De inclinatione Terrae.

Leucippus (5) Tellurem in australes partes deprimi, *seu vergere putavit* propter raritatem *circumfusi aëris*, *quae* in australibus *partibus reperitur*; boreales enim *aëris partes* intenso frigore rigentes compactas *esse*, oppositas vero incensas, *adeoque rariores*. Democritus *ideo Tellurem in austrum deprimi putavit*, quod australis continentis *aëris* pars debilior sit, *adeoque* Tellus *ibi pondere* aucta versus illam inclinata sit. Boreales enim *partes* intemperatae *sunt*, australes vero temperatae: adeoque versus hanc partem *Terra* gravior efficitur ubi *in* fructibus, & *eorum* incremento *maior materiae copia*, & exsuperantia *reperitur*.

CA-

(1) Ita vocem hanc περιφερομένην intellexit Budaeus, & Amiotus ut Tellurem nostram *Antichthoni e regione sitam*, & *circa eam versatilem* esse crediderit; quum utraque tamen Terra circa Ignem, veluti centrum torqueatur; adeoque nostra Antichthona Terram ambitu suo, vel orbita complectatur.

(2) Tota haec periodus in Galeno desideratur

(3) Haec eadem Strabo ex Posidonio *Lib. I.* Sed habitatae Terrae, Zonarumque divisio longe Parmenide antiquior videtur; quippe quae non a sola sphaerae cognitione, quae Thaleti, aliisque veteribus affulserat, sed ex ipso quoque experimento deducatur. Laertius *Libr. IX. seg.* 20. opinionis alterius inventionem Parmenidi adscribit: Παρμενίδης πρῶτος τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ, καὶ ἐν μέσῳ κεῖσθαι *Parmenides omnium primus Terram rotundam, & in medio positam dixit.* Caeterum neque Parmenidis, neque Plutarchi mentem expressit Xylander interpretatus *Parmenides Terrae habitata loca discrevit a duobus, sub solstitialibus circulis quae iacent Zonis*: perinde quasi regiones illae, quae extra Zonas illis solstitialibus circulis subiectas reperiuntur, iuxta Parmenidem habitatae forent. Nullum hic ex Galeno subsidium, in quo vitiose legitur ἀφώρισε τὰς οἰκουμένας τόπους ὑπὸ τὰς δύο ζώνας τροπικὰς εἶναι τὴν γῆν *definivit ea loca, quae habitantur sub duobus tropicis circulis esse Terram*. Verus, ac nativus Parmenidis, ac Plutarchi sensus hic esse debet, quod ea Telluris loca, quae sub Tropicis Zonis reperiuntur, proximeque circulis illis hinc inde subiecta sunt, ab hominibus incoluntur, vel habitari possunt.

CAP. XII.

(4) Integrum hoc Caput in Eusebio, ceterisque desideratur

(5) Eadem prorsus opinio apud Laërtium *Libr. IX. seg.* 33. Leucippo tribuitur.

CAPVT XIII.

De motu Terrae.

CEteri quidem *Philosophi* Terram manere, *vel immotam esse*, *dixerunt*. PHILOLAVS [1] vero Pythagoreus *opinatur illam* in orbem circa *mundanum* ignem per obliquum circulum, *sive Zodiacum*, circumferri instar Solis, & Lunae. HERACLIDES Ponticus, & ECPHANTVS Pythagoreus movent quidem *& ipsi quoque* Tellurem; non *ita* tamen, ut *ipsa de loco in locum* transferatur [2]; sed *ut* instar rotae revincta ab occasu in ortum circa centrum suum

ΚΕΦ. ΙΓ.

Περὶ κινήσεως Γῆς.

ΟΙ᾽ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν· Φιλόλαος δὲ ὁ Πυθαγόρειος κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατὰ κύκλου λοξοῦ, ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινοῦσι μὲν τὴν γῆν, οὐ μήν γε μεταβατικῶς, τροχοῦ δίκην ἐνζωνισμένην ἀπὸ δυσμῶν ἐπ᾽ ἀνατολὰς περὶ τὸ ἴδιον αὐτῆς κέντρον. Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν πλά-
ζε-

CAP. XIII.

Ghen. c. XXI. Euseb. c. LVIII.

(1) De vera Philolai sententia, Mundique Systemate opportunius, atque accurate Dissertatione I. disputabitur. Interim monuisse iuverit ipsum in medio Vniversi loco non Solem, sed mundanum, Ignem, collocasse; circa quem Tellus ipsa, Sol, ac Luna in orbem verterentur. Quin etiam Pythagoricis omnibus opinionem hanc *in Numa* adscribit Plutarchus: τοῦ σύμπαντος κόσμου μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι καὶ μονάδα· τὴν δὲ γῆν οὔτε ἀκίνητον, οὔτε ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν. ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένην ὑπάρχειν: *in Vniversi Mundi medio Pythagorici ignem manere existimant, atque hunc Larem vocant, & unitatem: Terram autem neque immobilem, neque in medio revolutionis esse putant, sed circulariter circum ignem ipsum suspensam.* Aristarchus tamen, ceterique medium Vniversi locum non mundano huic Igni, sed Soli, concessere; circa quem Tellus ipsa annuo motu torqueretur, interim dum singulis diebus circa centrum axemque suum giraret. Etenim Aristarchus apud Plutarchum *De Facie in orbe Lunae* ait: μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λοξοῦ κύκλου τὴν γῆν, ἅμα καὶ περὶ τὸν αὐτῆς ἄξονα δινουμένην *caelum quiescere supponens, Terram per obliquum evolvi circulum, & circa suum versari interim axem.* Item Archimedes *in Arenario* testatur quod Aristarchus ὑποτίθεται τὰ μὲν ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, καὶ τὸν ἅλιον μένειν ἀκίνητον. τὰν δὲ γᾶν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἅλιον, κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὅς ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος *supponit inerrantia quidem sidera, & Solem manere immobilem,* *Terram autem ferri per circumferentiam circuli, qui in medio cursu positus reperitur.* Vbi observandum, quod Aristarchus ipse Telluris motum non serio constanterque veluti exploratum, verum, ipsique inhaerentem admisit; sed ipsum solum, velut hypothesim quamdam caelestibus phaenomenis explicandis accommodatam, excogitavit; Seleucus autem hunc motum veluti thesim admisit, adeoque Terram vere moveri contendit. Perspicue id testatur Plutarchus in *Quaest. Platonicis* ἔδει τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν διὰ πάντων πόλον τεταγμένον, μὴ μεμηχανῆσθαι συνεχομένην καὶ μένουσαν, ἀλλὰ στρεφομένην καὶ ἀνειλουμένην νοεῖν, ὡς ὕστερον Ἀρίσταρχος, καὶ Σέλευκος ἀπεδείκνυσαν· ὁ μὲν, ὑποτιθέμενος μόνον, ὁ δὲ Σέλευκος καὶ ἀποφαινόμενος: *oportuit Terram devinctam circa axem Universi, non ita fabricatam intelligi, ut uno contento loco maneret, sed quae converteretur, & circumageretur; ut postmodum Aristarchus, & Seleucus ostenderunt. Sane hoc ille ita ut poneret tantum, hic etiam pronuncians.*

(2) *Xylander* „ In libris vulgatis hic legitur foe„ da mutilatio μεταβατικῶς τροχοῦ δίκην ἐνζωνισμένην. „ Ex Eusebio nos locum transtulimus, qui habet „ μεταβατικῶς. ἀλλὰ τρεπτικῶς, ἄξονι στρεφομένην ἀπὸ „ δυσμῶν &c. Nam δυσμῶν pro δυσμῶν fuisse falsum „ vel caeco apparet, & in Aldino est, & manuscri„ pto δυσμῶν.

Quae quidem Eusebii lectio, & Xylandri interpretatio ex Galeno quoque facile illustrari probarique potest. Ille nimirum ait iuxta Heraclidem κινεῖν τὴν γῆν, οὐ μήν γε μεταβατικῶς, ἀλλὰ τροχοῦ δίκην &c. *moveri* quidem *Terram, at non in locum alium migrare, sed instar rotae &c.*

suum *torqueatur*. Democritus *ait* initio quidem Tellurem propter exiguitatem, levitatemque *sui* erralle (1); *sensim* vero densiorem, graviremque tempore effectam constitisse.

ζεσθαι τὴν γῆν φησὶν ὁ Δημόκριτος, διά τε μικρότητα, καὶ κουφότητα· πυκνωθεῖσαν δὲ τῷ χρόνῳ καὶ βαρυνθεῖσαν καταστῆναι.

CAPUT XIV.

De divisione Terrae, quot ipsius Zonae sint.

Pythagoras (2) *ait* Tellurem proportione *quadam* ad universi Caeli sphaeram in quinque Zonas dividi, arcticam *nempe*, aestivam, hiemalem, aequidialem, antarcticam: quarum *quidem* media (3) mediam Telluris *regionem* definit, & propter hoc ipsum torrida vocatur. Quae vero (4) habitaculum, *vel habitabilis* est, media inter aestivam, & hiemalem reperitur, quum bene temperata *illa* fit.

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ διαιρέσεως Γῆς, πόσαι αὐτῆς εἰσὶ Ζῶναι.

Πυθαγόρας τὴν γῆν ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαίρᾳ διῃρῆσθαι εἰς πέντε ζώνας, ἀρκτικὴν, θερινὴν, χειμερινὴν, ἰσημερινὴν, ἀνταρκτικήν· ὧν ἡ μέση τὸ μέσον τῆς γῆς ὁρίζει, παρ' αὐτὸ τοῦτο διακεκαυμένη καλουμένη. ἡ δὲ οἰκητήριόν ἐστιν, ἡ μέση τῆς θερινῆς, καὶ χειμερινῆς, εὔκρατός τις οὖσα.

CA- M ΚΕΦ.

(1) Xylander, quum hic πλάσσεσθαι, sive πλασθῆναι legendum esse coniiceret, ioterpretatur *effictam fuisse*; quum tamen optime Budaeus πλάζεσθαι legerit, adeoque reddiderit *multivagum fuisse*; sicuti in Eusebio quoque legitur πλάζεσθαι.

CAP. XIV.

Gal. c. XXI.

(2) Galenus habet Πυθαγορείων τινὲς *Pythagoreorum quidam*. Ac certe quidem Posidonius apud Strabonem *Lib. I.* testatur Zonas illas primum non a Pythagora, sed a Parmenide, inventas, vel distinctas fuisse, ut Plutarchus etiam superius memoravit.

(3) Facile clarior, & accuratior Galeni lectio: ὧν ἡ μέση τὸ μέσον τῆς γῆς ὁρίζεται διακεκαυμένης, *quarum quae media est*, *adustae*, torridaeque *Terrae medium definit*. Media omnium Zona, mediusve circulus, hoc est aequidialis, *torridam* Terrae Zonam, sive regionem bifariam dispescit.

(4) *Xylander* „ Οἱ δὲ οἰκητήριον. Scriptus ἡ δὲ „ Forte ἧ δὲ

Galenus habet: ἡ δὲ οἰκητή ἐστι μέση τῆς θερινῆς, καὶ τῆς χειμερινῆς, εὔκρατος οὖσα: *quae vero habitata*, vel habitabilis *est*, *media* reperitur *inter aestivum*, *ac hiemalem* tropicum, *quum temperata illa sit*.

Si media Terrae pars, quae ab aequinoctiali circulo bifariam dividitur, ab ipso quoque Pythagora *torrida* vocabatur, qui fieri modo poterit ut haec ipsa *torrida* Zona inter aestivum, hiemalemque tropicum constituta, *habitabilis*, ac *temperata* ab ipso Pythagora diceretur? Ut ex Plutarchi verbis commodus sensus aliquis exsculpatur, ipsius voces ita intelligi profecto debent, ut habitabilis, ac temperatae Terrae pars non ab aestivo ad hiemalem, sed ab *aestivo* ad arcticum, itidemque ab *hiemali* ad antarcticum circulum extendatur; ideoque duae regiones illae inter aestivum itidemque hiemalem circulum *mediae* dicantur, si uterque ex circulis illis, veluti terminus ad utrumque polarem circulum, veluti terminum alium, referatur. Pythagoras quidem apud Laërt. *Lib. VIII. seg.* 24. 25. ait μέσην τὴν γῆν καὶ αὐτὴν σφαιροειδῆ, καὶ περιοικουμένην· εἶναι δὲ καὶ Ἀντίποδας, καὶ τὰ ἡμῖν κάτω, ἐκείνοις ἄνω *mediam esse Terram*, *eamdemque sphaericam*, & *circum habitatam*, *esse quoque Antipodas*, *atque illis ea superiora esse*, *quae nobis inferiora sunt*. Sed exinde inferri certe non poterit ipsum torridam quoque Zonam incolis praeditam admisisse. Posidonius unus a Cleomede *Lib. I. pag.* 123. memoratur, qui dixit τὸ ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν κλίμα εὔκρατον εἶναι: *Clima*, *quod sub Aequinoctiali linea est*, *temperatum esse*.

CAPVT XV.(1)

De Terrae-motibus.

THALES (2) quidem, ac DEMOCRITVS terraemotuum caussam aquae tribuunt. STOICI vero dicunt: Terraemotus *caussa* est humidum in Tellure *inclusum*, *atque* in aërem incidens, & disgregatum. ANAXIMENES *ait* terraemotuum caussam esse ariditatem (3), raritatemque Telluris, quum illam quidem *aestus*, *aut* siccitates; hanc vero imbres efficiant. ANAXAGORAS *opinatur Terram moveri* ob aëris *ex Tellure* egressum, qui in densitatem superficiei *terrestris* incidens, quum excretionem, *exitumque* obtinere non possit, tremore illud, a quo continetur, quatit. ARISTOTELES propter frigoris quacumque ex parte antiperistasim, *sive circumobsistentiam*, quod *Tellurem* ipsam superne, ac inferne circumdet. Calidum enim sursum tendere nititur, quum leve nimirum sit; adeoque sicca exhalatio disclusionem, *exitumque* non inveniens cuneis (4), atque re-

ΚΕΦ. ΙΕ.

Περὶ σεισμῶν Γῆς.

ΘΑλῆς μὲν, καὶ Δημόκριτος ὕδατι τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν προσάπτουσιν. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ φασὶ, Σεισμός ἐστὶ τὸ ἐν τῇ γῇ ὑγρὸν εἰς ἀέρα διακρινόμενον καὶ ἐκπίπτον. Ἀναξιμένης ξηρότητα, καὶ ἀραιότητα τῆς γῆς αἰτίαν τῶν σεισμῶν, ὧν τὴν μὲν αὐχμοὶ γεννῶσι, τὴν δὲ ἐπομβρίαι. Ἀναξαγόρας ἀέρος ἀποδύσει, τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσπίπτοντος, τῷ δὲ ἔκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος. Ἀριστοτέλης διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν κάτωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτῇ περιστάντος. Τὸ γὰρ θερμὸν ἀνωτέρω γενέσθαι σπεύδει, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν. διὰ τοῦτο ἐν ἀπολείψει γινομένης τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως, τῇ σφηνώσει καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς διαταράττεσθαι. Μητρόδωρος μη-

CAP. XV.

Gal. c. XXI. Stob. pag. 68.

(1) Integrum hoc Caput in Eusebio desideratur.

(2) Etenim Thales, ac Democritus etiam Tellurem aquae veluti navigium insidere dixerunt, adeoque interdum fluctuare, ut memorat Aristoteles *Meteor. Lib. II c. 7.* Seneca *Quaest. Nat. Lib. VI. c. 20.* Gellius *Lib. II. c. 28.*

(3) Nullus hic dubito quin Plutarchi textus ex Galeno corrigi debeat, in quo legitur ξηρότητα, καὶ ὑγρότητα. Ut enim omittam *ariditati* non *raritatem*, sed *humiditatem*, oppono, perspicuum est a superfusis imbribus Telluris substantiam non *raram*, sed *humidam* solum, densioremque fieri. Sed controversiam hanc dirimit Seneca *Lib. VI. c. 20.* & Aristoteles *Meteor. Lib. II. c. 7.* ubi ait: τὸν αἰθέρα πεφυκότα φέρεσθαι ἄνω, ἐμπίπτοντα δὲ εἰς τὰ κάτω τῆς γῆς, καὶ τὰ κοῖλα, κινῶ αὐτὴν· τὰ μὲν γὰρ ἄνω συναλεῖφθαι διὰ τοὺς ὄμβρους. ἐπεὶ φύσει γε πᾶσαν ὁμοίως εἶναι σομφὴν *aetherem, qui sursum ferri aptissimus est, quum se in venas, & cavernas Terrae condit, motitare ipsam. Nam superas Telluris partes coalescere imbrium beneficio asserit, quandoquidem natura totam similiter fungosam laxamque esse praedicat.* Sic Origenes in *Philosophumenis* Σεισμοὺς γίνεσθαι τοῦ ἄνωθεν ἀέρος εἰς τὸν ὑπὸ γῆν ἐμπίπτοντος, τούτου γὰρ κινουμένου, καὶ τὴν ὀχουμένην γῆν ὑπ' αὐτοῦ σαλεύεσθαι *Terraemotus fieri, superiore aëre in eum, qui sub terra est, incidente: hoc videlicet moto, terram ab ipso subvectam una concuti.*

(4) Galenus legit τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, τῇ ἀντισπάσει καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς *humidae exhalationis, revulsione, & contrariis convolutionibus.* Paullo tamen fusius, & accuratius hanc Aristotelis opinionem expressit Galenus. Ἀριστοτέλης δὲ πνεῦμα τῆς κινήσεως, ὅταν ἔσω τύχῃ ῥυὲν τὸ ἔξω ἀναθυμιώμενον διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν *Aristoteles autem flatum motionis, qui quum intro fluit, extra exhalat, ob ambientem undique frigoris antiperistasim.*

μηδὲν ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ σῶμα κινεῖσθαι, εἰ μή τις προσώσειεν ἢ καθελκύσειεν κατ' ἐνέργειαν. διὸ μηδὲ τὴν γῆν ἅτε δὲ κειμένην φυσικῶς κινεῖσθαι, τόπους δέ τινας αὐτῆς νοσεῖν τοῖς ἄλλοις. Παρμενίδης, Δημόκριτος διὰ τὸ πανταχόθεν ἴσον ἀφεστῶσαν μένειν ἐπὶ τῆς ἰσοῤῥοπίας, οὐκ ἔχουσαν αἰτίαν δι' ἣν δεῦρο μᾶλλον, ἢ ἐκεῖσε ῥέψειεν ἄν· διὰ τοῦτο μόνον μὲν κραδαίνεσθαι, μὴ κινεῖσθαι δέ. Ἀναξιμένης διὰ τὸ πλάτος ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι. Οἱ δὲ φασὶν ἐφ' ὕδατος, καθάπερ τὰ πλατανώδη καὶ σανιδώδη ἐπὶ τῶν ὑδάτων, διὰ τοῦτο κινεῖσθαι. Πλάτων πάσης μὲν κινήσεως ἓξ εἶναι περιστάσεις, ἄνω, κάτω, ἐπὶ τὰ δεξιά, καὶ θάτερα, ἔμπροσθεν, καὶ ὄπισθεν· κατ' οὐδεμίαν δέ τούτων ἐνδέχεσθαι τὴν γῆν κινεῖσθαι ἐν τῷ πανταχόθεν κατωτάτην κειμένην, μένειν μὲν ἀκίνητον, μηδὲν ἔχουσαν ἐξαίρετον εἰς τὸ ῥέπειν μᾶλλον, τόπους δ' αὐτῆς κατὰ ἀραιότητα σαλεύεσθαι. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ πάχους ἀέρος τοῦ ὑποκειμένου, ὑδατώδους ὄντος, ἀνακρουομένην αὐτὴν καὶ οἷον ὑποτυπτομένην κινεῖσθαι, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ σηραγγώδη τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθεστῶσαν ὑπὸ τοῦ διασπειρομένου πνεύματος εἰς τὰς ἀντροειδεῖς κοιλότητας ἐμπίπτοντος σαλεύεσθαι.

revolutionibus *Tellurem* conturbat. Metrodorus *ait* nullum corpus proprio in loco *positum* moveri, nisi quis violenter *illud* impulerit, vel attraxerit; idcirco neque Tellurem, quippe quum *suo in loco posita* iacensque sit, vere moveri; quaedam tamen ipsius loca ad alia *loca* accedere. Parmenides, Democritus *dicunt quod*, quum aequaliter undequaque *a Caelo* distet, adeoque quum non habeat caussam, propter quam huc potius, quam illuc vergat, Tellus in aequilibrio permanet; adeoque *existimant ipsam* concuti quidem solum, non vero moveri. Anaximenes *arbitratur Tellurem* propter latitudinem, *qua praedita est*, aëri insidere; *adeoque aliquando concuti, vel fluctuare*. Alii vero dicunt *Tellurem* super aqua *positam esse*, sicuti *corpora*, quae platani, vel tabulae formam habent, super aquis *innatant*; *atque* idcirco *Tellurem ipsam* moveri. Plato omnis quidem motus sex *species*, *vel* circumstantias esse *dicit*, sursum, deorsum, in dexteram, in sinistram, antrorsum, retrorsum: secundum vero nullam istarum *specierum* moveri posse *arbitratur* Tellurem in loco undequaque infimo (1) constitutam. *Itaque* immotam *illam* quidem manere, quum nihil eligere possit, propter in quod potius vergat; eius vero loca *ipsorum* raritatem fluctuare. Epicurus ait posse quidem *Tellurem* ipsam a subiecto crasso aëre, qui aqueus est, repulsam, ac veluti succussam moveri; posse etiam, quum in inferioribus *sui* partibus *illa* rimosa (2) constituta sit, a perrumpente spiritu, *ac in* cavitates speluncae similes incidente agitari.

ΚΕΦ.

C A-

(1) Quamvis haec Plutarchi lectio facilis, atque nativa sit, fortasse tamen melior Stobaei, in quo habetur *ἐν τῷ πανταχόθεν ἰσοτάτῳ κειμένῳ* · *in spatio*, vel intervallo; *undequaque maxime aequali constitutam*.

(2) Galenus pro *σηραγγώδη* habet *συραγγώδη* *cavernosam*.

CAPVT XVI.

De Mari, quomodo constitutum sit, & quomodo amarum est.

ANAXIMANDER ait Mare reliquias esse primae humiditatis, *vel primigenii humoris*, cuius maiorem quidem partem ignis exsiccavit; residuam vero *partem* propter adustionem (1) *in amarum salsumque humorem* mutavit. ANAXAGORAS *opinatur* humorem ab initio stagnantem a solari vertigine adustum esse, pinguique *ipsius parte* in vapores conversa, residuum in salsedinem, atque amarulentiam subsedisse. EMPEDOCLES *ait mare esse* Terrae a Sole adustae sudorem ex *Telluris ipsius* superficie *abrasum, atque* elutum (2). ANTIPHO *vero* sudorem calidi, *vel calefacti corporis*, ex quo, quod superfluit, humidum secretum est propter concoctionem, quod in omni sudore contingit. METRODORVS *ideo salsum mare existimat*, quod mare per Terram percolatum (3) crassitiem, quae circa illam *est*, contraxerit; sicut illa, quae per cinerem fluunt. PLATONICI *dicunt* eam quidem elementaris aquae partem, quae ex aëre ob circumpositum frigus compacta

ΚΕΦ. ΙϚ.

Περὶ Θαλάσσης, πῶς συνέςη, ϗ πῶς ἐςὶ πικρά.

ΑΝαξίμανδρος τὴν θάλασσάν φησιν εἶναι τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον, ἧς τὸ μὲν πλεῖον μέρος ἀνεξήρανε τὸ πῦρ, τὸ δὲ ὑπολειφθὲν διὰ τὴν ἔκκαυσιν μετέβαλεν. Ἀναξαγόρας τοῦ κατ' ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, ϗ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος, εἰς ἁλυκίδα ϗ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποςῆναι. Ἐμπεδοκλῆς ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν. Ἀντιφῶν ἱδρῶτα θερμοῦ, ἐξ οὗ τὸ περιληφθὲν ὑγρὸν ἀπεκρίθη τῷ κατεψηθῆναι, παρακυλίσαντα, ὅπερ ἐπὶ παντὸς ἱδρῶτος συμβαίνει. Μητρόδωρος διὰ τὸ διηθῆσαν διὰ τῆς γῆς μετειληφέναι τοῦ περὶ αὐτὴν πάχους, καθάπερ τὰ διὰ τῆς τέφρας ὑλιζόμενα. Οἱ ἀπὸ Πλάτωνος τοῦ ςοιχειώδους ὕδατος τὸ μὲν ἐξ ἀέρος κατὰ περίψυξιν συ-

CAP. XVI.

Gal. c. XXII. Euseb. c. LIX.

(1) *Xylander* „ Ἔκκαυσιν. Eusebius ἔγκαυσιν, sed „ nostram lectionem malo.

(2) *Xylander* „ ἐπὶ πλείω πλύσιν, [quid enim sit „ ἐπιπόλαιον πλύσιν, *ablutionem in superficie* ?] le„ gimus cum Eusebio. Versu proximo inserendum „ παραλυκίσαντα, quod est in salsuginem concrescere. „ Hanc vocem totam omisit corrector, quum & in „ Aldino, & Manuscripto sit παρακυλίσαντα, quod „ memor τῆς ἁλυκίδος facile ibi restituisset. Est au„ tem & apud Eusebium ita ut nos scripsimus [nisi quid „ deest] παραλυκίσαντα legendum.

Ceterum observari debet voces illas διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν in Galeno praeteriri, licet in Eusebio, simulque Plutarcho reperiantur; ac Vigerus illas retinere, reddique posse putaverit *propter eluvionem ei superfusam*. Mihi quoque Plutarchi lectio melior, atque accuratior videtur, quippe quae ad Empedoclis sententiam ab Aristotele expressam propius accedat. Is enim *Meteor. Lib. II. c. 3.* ait iuxta Empedoclem ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλασσαν. Vt autem opinionem hanc refellat, observat quod sudor in humano corpore salsus est συνεκκρινομένης ἐκ τῶν σαρκῶν οἷον καταπλύνοντες τὸ τοιοῦτον ἐκ τοῦ σώματος ἐξιόντες ὑγροῦ] quumque salsas, amarasque partes in terra reperiri mox neget, sudorem hunc amarum e terra ablui, vel abradi non potuisse contendit. Ergo perspicuus Empedoclis sensus hic esse debet quod Terra calore Solis adusta sudorem, humoremque salsum emisit, qui ex eius superficie abrasus, elutusque in mare delatus fuit, illudque proinde amarum, salsumque reddidit.

(3) Eusebius habet διὰ τὸ διηθηθῆσαν διὰ τῆς γῆς. Galenus autem aliquanto clarius διὰ τὸ διηθεῖσθαι. Celebre est autem hanc ipsam marinae salsedinis, & amaroris originem ab Aristotele probatam esse, ut Plutarchus ipse observavit in *Sympos. Lib. I. quaest. 9.* longeque accuratius in Aristotele exponitur *Lib. II. Meteor. c. 3.*

συνιςάμενον, γλυκὺ γίνεσθαι, τὸ δ' ἀπὸ τῆς κατὰ περίκαυσιν, κ̔ ἐκπύρωσιν ἀναθυμιώμενον ἁλμυρόν.

Κ Ε Φ. ΙΖ.

Πῶς ἀμπώτιδες γίνονται, κ̔ πλημμύραι.

ΑΡιςοτέλης, Ἡράκλειτος ὑπὸ τοῦ ἡλίου· τὰ γὰρ πλεῖςα τῶν πνευμάτων κινοῦντος κ̔ συμπεριφέροντος, ὑφ' ὧν ἐμβαλλόντων μὲν, προωθουμένην ἀνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν, κ̔ παρασκευάζειν τὴν πλημμύραν· καταληγόντων δ' ἀντιπεριςπωμένην ὑποβαίνειν, ὅπερ εἶναι τὴν ἄμπωτιν. Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης τῇ πληρώσει τῆς σελήνης τὰς πλημμύρας γίνεσθαι, τῇ δὲ μειώσει τὰς ἀμπώτιδας. Πλάτων ἐπὶ τὴν ἑώραν φέρεσθαι τῶν ὑδάτων. εἶναι γάρ τινα ἑώραν διά τινος ςομίου τρήματος περιφέρουσαν παλίῤῥοιαν, ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη. Τίμαιος τοὺς ἐμβάλλοντας ποταμοὺς εἰς τὴν Ἀτλαντικὴν διὰ τῆς Κελτικῆς ὀρεινῆς αἰτιᾶται, προωθοῦντας μὲν ταῖς ἐφόδοις κ̔ πλημμύραν ποιοῦντας, ὑφέλκοντας δὲ ταῖς ἀναπαύλαις, κ̔ ἀμπώτιδας κατασκευάζοντας. Σέλευκος ὁ μαθηματικὸς κινῶν κ̔ οὗτος τὴν γῆν, ἀντικόπτειν αὐτῆς τῇ δίνῃ φησὶ κ̔ τῇ κινήσει τὴν περιςροφὴν τῆς σελήνης· τοῦ δὲ μο-

(1) *Xylander*, „ Legendum ἀπὸ γῆς. Scriptus, „ Eusebius, ratio.

C A P. XVII

Gal. c XXII. Stob. p. 69. 70.

(2) Stobaeus tamen non *Heracliti*, sed *Heraclidis* nomen hic exhibet. Galenus autem Aristotelis solum nomen expressit; sicuti Platonis, & Seleuci sententias a Plutarcho descriptas omisit.

ǝta *est*, dulcem fuisse; *eam* vero, quae ex terra (1) ob circumpositum calorem, & adustionem evaporata *est*, *vel vapores emisit*, falsam *extitisse*.

C A P V T XVII.

Quomodo aestuantis Maris *recessus*, *& accessus fiant*.

Aristoteles, Heraclitus (2) *aestus illos produci putant* a Sole plurimos spiritus movente, ac circumferente, a quibus incidentibus Atlanticum mare protrusum ascendat, accessusque efficiat; *iis* vero cessantibus (3) *Atlanticum ipsum* retro circumflexum descendat, idque *maris* recessum esse. Pytheas Massiliensis *ait* incremento *quidem* Lunae accessus fieri, decremento (4) vero recessus. Plato ad profunditatem aquarum (5) *Maria* deferri *dicit*; esse nimirum profunditatem quamdam, quae per specus foramen refluxum circumferat; ex quo *refluxu* maria contra redundent. Timaeus flumina per Celticos montes in Atlanticum *mare* irrumpentia caussam esse *putat*, ut incursibus quidem *ipsum* protrudant, & accessum efficiant; intermissionibus vero *aquam* subtrahant, atque recessus efforment. Seleucus Mathematicus movens & ipse Tellurem ait ipsius vertigini, & motui Lunae con-

(3) In Stobaeo καταληγόντων δ' ἀντιπεριςπωμένην ὑποβαίνειν *cessantibus autem retractum subsidat*.

(4) Itaque. Galenus hic fallitur ubi pro μειώσει habet ἐκλείψει, nisi fortasse ἐκλείψεως nomen improprio, latiorique sensu sumatur, ut quodlibet luminis decrementum indicetur.

(5) Obscurior haec Platonis opinio paullo aliter a Stobaeo describitur pag. 70. Πλάτων ἐπὶ τὴν αἰώραν φέρεσθαι τῶν ὑδάτων· εἶναι γάρ τινα φύσει αἰώραν διά τινος ἐγγείου τρήματος περιφέρουσαν τὴν παλίῤῥοιαν, ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη *Plato suspendium af-*

conversionem adversari. Spiritu vero, *aut vento* inter utrumque corpus in contrarias partes reflexo, atque in Atlanticum pelagus incidente mare *ipsum facili* ratione ab illo agitari.

μεταξὺ ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων ἀντιπερισπωμένου πνεύματος, καὶ ἐμπίπτοντος εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος κατὰ λόγον αὐτῷ συγκυκᾶσθαι τὴν θάλασσαν.

CAPVT XVIII. (1)

De Halone.

HAlo ita formatur. Inter Lunam, vel aliquod sidus aliud, ac visum *nostrum* crassus & nebulosus aër constituitur. Deinde quum visus in *aëre* illo inflectatur, ac dilatetur, atque ita *inflexus* in sideris orbem incidat, iuxta exteriorem *sideris* circumferentiam circulus *quidam* circa sidus apparere videtur, qui apparens circulus Halo, *vel Area*, vocatur; quia *nimirum* est area, *sive corona* illi apparentiae proxima, quae fieri videtur, ubi visus crassities incidit.

ΚΕΦ. ΙΗ.

Περὶ Ἅλω.

Η ΔΕ' ἅλως οὑτωσὶ ἀποτελεῖται. Μεταξὺ τῆς σελήνης, ἢ τινος ἄλλου ἄστρου, καὶ τῆς ὄψεως ἀὴρ παχὺς καὶ ὁμιχλώδης ἵσταται· εἶτα ἐν τούτῳ τῆς ὄψεως κατακλωμένης καὶ εὐρυνομένης, κᾆθ' οὕτω τῷ κύκλῳ τοῦ ἄστρου προσπιπτούσης κατὰ τὴν ἔξω περιφέρειαν κύκλος δοκεῖ περὶ τὸ ἄστρον φαίνεσθαι· ὁ δὲ κύκλος φαινόμενος ἅλως καλεῖται, ὅτι ἐστὶν ἅλως προσεχῶς ἐκεῖ δοκοῦντος τοῦ φάσματος γίνεσθαι, ἔνθα νῦν ἔπεσε τὸ πάχος τῆς ὄψεως.

PLV- Τοῦ

affert aquarum esse enim naturale quoddam suspendium per quoddam Terrae foramen aestum circumferens, ac Mari tumorem concilians.

CAP. XVIII.

(1) Integrum hoc Caput in Galeno prorsus omittitur, nullique dubium quin exscriptorum oscitantia ex Capite II. vel V temere seiunctum in postremum hunc, alienumque locum migraverit. Ita quoque eodem ipso Librarii errore Caput *De incremento Nili*, quod in hoc ipso Libro Cap. XVIII. collocari debuerat, sicuti in Galeno XXIII Caput constituit, principem in sequenti Libro locum occupavit.

LIBRI TERTII FINIS.

Τῶ τετάρτω ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ βιβλίυ περὶ τῶν Α'ρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις Κεφάλαια.

PLUTARCHI de Placitis Philosophorum Libri IV. Capita.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ
B I B Λ I O N Δ.

PLVTARCHI
DE PLACITIS PHILOSOPHORVM
L I B E R IV.

PROOEMIVM.



Am *vero caeleſtibus, atque ſublimibus* Mundi partibus perluſtratis ad ea, quae ſingularia ſunt, *oratione* deſcendam.

C A P V T I. (1)

De Nili incremento.

THALES exiſtimat Eteſias (2), *annuoſve boreales* ventos contra Aegyptum ſpirantes Nili tumorem, *vel intumeſcentes eius aquas*, extollere, quod ipſius oſtia incurſu pelagi *ab eteſiis protruſi*, *Niloque* contrafluentis impediantur, *ne fluminis aquam in*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



Εριωδευμένων δὲ τῶν τοῦ κόσμου μερῶν, διαβήσομαι πρὸς τὰ κατὰ μέρος.

ΚΕΦ. Α.

Περὶ Νείλου ἀναβάσεως.

ΘΑλῆς τοὺς ἐτησίους ἀνέμους οἴεται πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους ἐπαίρειν τοῦ Νείλου τὸν ὄγκον, διὰ τὸ τὰς ἐκροὰς αὐτοῦ τῇ παρεισδύσει τοῦ ἀντιπαρήκοντος πελάγους ἀνακό-

CAP. I.

Gal. c. XXIII.

(1) Ad extremum ſuperioris Libri Caput iam obſervavi *de Nili origine*, *atque incremento* non in Libro IV quo Plutarchus Animae ſolum naturam, varietates, vires, & affectiones conſiderat, atque diverſa de rebus eiuſmodi Philoſophorum Placita exponit, ſed in III. differendum fuiſſe; adeoque hoc Caput ex ſuperioris calce in ſequentis Libri initium temere translatum eſſe.

(2) Thaletis ſententiam, ſimulque Eteſiarum tempus expreſſit Laertius Lib. I. ſeg. 37. τὸν Νεῖλον φησὶ πληθύειν ἀνακοπτομένων τῶν ῥευμάτων ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἐναντίων ὄντων *Nilum excreſcere dixit, quando Eteſiae, qui contrarii ſunt, undas repellunt.*

κόπτεσθαι. Εὐθυμενὴς ὁ Μασσαλιώτης ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης, γλυκείας κατ' αὐτὸν οὔσης, νομίζει πληροῦσθαι τὸν ποταμόν. Ἀναξαγόρας ἐκ τῆς χιόνος τῆς ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ τηκομένης μὲν ἐν τῷ θέρει, ψυχομένης δὲ τῷ χειμῶνι. Δημόκριτος τῆς χιόνος τῆς ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναλυομένης τε καὶ διαχεομένης, νέφη μὲν ἐκ τῶν ἀτμῶν πιλοῦσθαι, τούτων δὲ ἀπελαυνομένων πρὸς μεσημβρίαν, καὶ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τῶν Ἐτησίων ἀνέμων ἀποτελεῖσθαι ῥαγδαίους ὄμβρους, ὑφ' ὧν ἀναπίμπλασθαι τάς τε λίμνας, καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς ἴσον μὲν ἐκ τῶν πηγῶν φέρεσθαι χειμῶνος καὶ θέρους, φαίνεσθαι δὲ ἐλάττονα τοῦ χειμῶνος, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ πλησίον ἰόντα τὸν ἥλιον τῆς Αἰγύπτου, ἐξατμίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος κατὰ θέρος φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὴν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξυδροῦν τὸ πολὺ νᾶμα. Συνδίδωσι δ' αὐτῇ καὶ ἡ Ἀραβία, καὶ ἡ Λιβύη παρὰ τὸ ἀραιὸν καὶ ὑπόψαμμον. Εὔδοξος τοὺς ἱερεῖς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν ἀντιπερίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅταν παρ' ἡμῖν εἴη θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν ἀντοίκοις χειμὼν ἐστιν, ἐξ ὧν τὸ πλημμυροῦν ὕδωρ καταῤῥήγνυται.

ΚΕΦ.

in pelagus ipsum exonerent. Euthymenes Massiliensis Oceano, exteriorique mari, quod natura (1) *sua* dulce sit, *Nilum* fluvium impleri, *augerique* arbitratur. Anaxagoras *autem* ex nive, quae in Aethiopia, *reperitur*; quae aestate quidem liquescat (2), *aut dissolvatur*, hieme vero frigore conservetur. Democritus *ait* nive in borealibus *Terrae* partibus sub aestivum Tropicum dissoluta, ac diffluente, nubea quidem ex vaporibus concrescere, *& condensari*; istis vero ad meridiem, Aegyptumque ab Etesiis ventis delatis vehementes imbres *ibi* produci, a quibus & paludes, & Nilus fluvius repleatur. Herodotus Historicus *existimavit Nilum* aequaliter quidem *suis* ex fontibus hieme ac aestate fluere; hieme tamen minorem *ipsum* videri quod eo tempore Sol Aegypto propior incedens *plures Nili* aquas in vapores convertat. Ephorus Historiographus dicit Aegyptum universam aestate disrumpi, *aut laxari*; multamque *proinde* aquam *ex se emittere*, *ac* veluti exsudare (3). *Maximam quoque aquae copiam Aegypto* ipsi confert etiam Arabia, & Libya propter rarum, & arenosum *ipsarum solum*. Eudoxus ait ab *Aegypti* Sacerdotibus affirmari aquarum imbres, ac tempestatum contrapositionem, *sive oppositas anni tempestates*, *Nili incrementum efficere*: *nam* quando nobis sub aestivo tropico degentibus aestas fuerit, tunc *Antoecis nostris*, *hoc est hominibus* sub hiemali tropico contra degentibus, hiems est; ex quibus *proinde locis* exuberans aqua prorumpit.

N — CA-

(1) *Xylander* „ Legebatur αὐτὸν, quasi legeretur „ Euthymenem sensisse mare extremum esse dulce. „ Manuscriptus habet αὐτὴ *suapte natura* pro κατ' „ αὐτὴν; nam adspirationem negligi non est prorsus „ insolitum. Αὐτὸν etiam Budaeus legit.

(2) Anaxagorae sententia facile cum Eudoxi, vel Aegyptiorum Sacerdotum opinione mox memorata confundi poterit; ut ex utraque unica, & quidem vera, incrementi caussa & origo deducatur. Certe Diodorus Siculus Lib. I. c. 36. Agatharchidae vestigiis insistens pluribus ostendit ex pluviis, nivibusque in Aethiopiae montes delabentibus Nilum augeri: quod nuperis etiam observationibus confirmatur. Vide Gassendum Tom. II. pag. 22. & 23. Sect. III. Cap. 3.

(3) *Xylander* „ Pro ἐξυδροῦν contenderim quovis „ pignore legendum ἐξιδροῦν: quod sane etiam in „ scripto deinde reperi.

CAPVT II. (1)

De Anima.

THALES *omnium* primus asseruit (2) Animam *esse* naturam, quae semper moveatur, vel a seipsa moveatur. PYTHAGORAS (3) *illam esse dixit* numerum seipsum moventem; numerum vero pro Mente sumit. PLATO substantiam intelligentem, a se ipsa mobilem, & (4) iuxta harmonicum numerum agitatam. ARISTOTELES entelechiam, *vel actum, perfectionemque* primam corporis physici, organici, potentia vitam habentis: entelechia vero pro energia (5), *seu vi*, sumenda est. DICAEARCHVS (6) *existimavit Animam esse* harmoniam quatuor Ele-

ΚΕΦ. Β.

Περὶ Ψυχῆς.

ΘΑλῆς ἀπεφήνατο πρῶτος τὴν ψυχὴν φύσιν ἀεικίνητον, ἢ αὐτοκίνητον. Πυθαγόρας ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα· τὸν δ' ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Πλάτων οὐσίαν νοητὴν, ἐξ ἑαυτῆς κινητὴν, κατ' ἀριθμὸν ἐναρμόνιον κινουμένην. Ἀριστοτέλης ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος, τὴν δὲ ἐντελέχειαν ἀκουστέον ἀντὶ τῆς ἐνεργείας. Δικαίαρχος ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων. Ἀσκλη-

CAP. II.

Stob. p. 93.

(1) Integrum hoc Caput una cum sequenti in Galeno desideratur.

(2) Eadem prorsus opinio Thaleti apud Stobaeum tribuitur, qui Alcmaeonem ipsi coniungit; sicuti Aristoteles etiam *de Anima Lib. I. c. 5.* utrumque memoravit. Itaque corrigendus Theodoriti locus *Serm V.* in quo legitur: Θάλης τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν. Ἀλκμὰν δὲ αὐτὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν: *Itaque Thales Animam immotam naturam vocavit; Alcman vero ipsam a se ipsa mobilem*, vel agitatam *dixit*. Rescribendum arbitror ἀεικίνητον *semper agitatam*; moxque pro Ἀλκμὰν *Alcman* reponendus Ἀλκμαίων *Alcmaeo*; quum certe Philosophus ille apud Laertium *Lib. VIII* seg. 83 diserte dixerit τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς ὡς τὸν ἥλιον *Animam immortalem esse; moverique eam perpetuo instar Solis*. Sic in Stobaeo quoque Thaletis placitum exhibente pro ἀκίνητον legendum ἀεικίνητον.

(3) In graeco Stobaei textu additur ὁμοίως δὲ καὶ Ξεναγόρας, *Xenagoras*, ubi Canterus *Anaxagoras* interpretatur. At Anaxagoras, ut sequenti Capite docet Plutarchus, animae substantiam aëream, & corpoream esse putavit; adeoque ipsius sententia Pythagorae communis esse non poterat. Rescribendum opinor Ξενοκράτης *Xenocrates*. Etenim Plutarchus ipse in Libro *de procreatione Animae ex Timaeo* testatur quod Ξενοκράτης τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν, ἀριθμὸν αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον ἀπεφήνατο *Xenocrates dixit Animam esse numerum, qui a se ipso moveatur*.

(4) Sententiam hanc, omisso tamen ipsius Auctore, fuse exagitat Aristoteles *Lib. I. c. 4. de Anima*. Sed hic, alibique saepius contra Platonis placita invehitur; quum certe Simmias apud Platonem *in Phaedone* opinionem illam tradiderit. Sic *Aristoxenus Musicus idemque Philosophus*, ut loquit Cicero *Tusc. I. c. 10.* animum esse putavit *ipsius corporis intentionem quandam velut in cantu, & fidibus, quae harmonia dicitur. Sic ex corporis totius natura, & figura varios motus cieri, tamquam in cantu sonos. Ita ab artificio suo non recessit; & tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset erat multo ante, & dictum & explanatum a Platone*. Videndus Lactantius *Instit. VII. c. 13.*

(5) Longe clarior Stobaei textus, & explicatio: ἀντὶ τοῦ εἴδους, καὶ τῆς ἐνεργείας *pro forma, & energia* nimirum facultate, vel agendi vi. Ceterum de hac celebri Aristotelis definitione, ac sententia videndus Aristoteles ipse *de Anima Lib. II. c. 1.* Quandoquidem in Plutarcho quoque, ceterisque ἐντελέχειαν legitur non ἐνδελέχειαν, perspicue apparet ea voce Aristotelem *perfectionem* exprimere voluisse; non vero *perennem, continuatamque motionem*: unde docti Viri observarunt Ciceronem qui *Tuscul. I. c. 1.* vocem ab Aristotele usurpatam reddidit *quamdam continuatam motionem, & perennem*, ἐνδελέχειαν legisse, atque a vero Aristotelis sensu aberrasse.

(6) Hic perperam a Nemesio *de Natura hominis c. 2. Dinarchus*; a Theodorito *Therapeut. Lib.* *Clearchus* vocatur.

Α᾽σκληπιάδης ὁ ἰατρὸς συγγυμνασίαν τῶν αἰσθήσεων.

Elementorum. Asclepiades vero Medicus coëxercitationem (1) sensuum.

ΚΕΦ. Γ.

Εἰ σῶμα ἡ Ψυχὴ, καὶ τίς ἡ οὐσία αὐτῆς.

ΟΥ῎τοι πάντες οἱ προτεταγμένοι ἀσώματον τὴν ψυχὴν ὑποτίθενται, φύσει λέγοντες αὐτοκίνητον, καὶ οὐσίαν νοητὴν, καὶ τῦ φυσικῦ, ὀργανικῦ, ζωὴν ἔχοντος ἐντελέχειαν. Οἱ δ᾽ ἀπὸ Α᾽ναξαγόρου ἀεροειδῆ ἔλεγόντε, κ σῶμα. Οἱ Στωϊκοὶ πνεῦμα θερμόν. Δημόκριτος πυρῶδες σύγκριμα ἐκ τῶν λόγῳ θεωρητῶν, σφαιρικὰς μὲν ἐχόντων τὰς ἰδέας, πυρίνην δὲ τὴν δύναμιν, ὅπερ σῶμα εἶναι. Ε᾽πίκουρος κρᾶμα ἐκ τεσσάρων, ἐκ ποιοῦ πυρώδους, ἐκ ποιοῦ ἀερώδους, ἐκ ποιῦ πνευματικοῦ, ἐκ τετάρτου τινὸς ἀκατονομάςου, ὃ ἦν αὐτῷ αἰσθητικόν. Ἡ῾ράκλειτος, τὴν μὲν τοῦ κόσμου ψυχὴν ἀναθυμίασιν ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ ὑγρῶν, τὴν δὲ ἐν τοῖς ζώοις, ἀπὸ τῆς ἐκτὸς, κ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀναθυμιάσεως ὁμογενῆ.

ΚΕΦ.

CAPUT III.

An Anima sit corpus, & quae ipsius natura.

OMnes isti antea recensiti Animam incorpoream supponunt, dicentes illam (2) natura *sua* a se ipsa moveri, atque substantiam intelligentem *esse*, actumque corporis physici, organici, *potentia* vitam habentis. Anaxagorae (3) vero sectatores aëream *illam*, & corpus *esse* dixerunt. Stoici spiritum (4) calidum. Democritus igneam compagem ex *partibus* ratione (5) *solum* conspicuis, sphaericas quidem formas, igneam vero vim habentibus; adeoque *illam* corpus esse. Epicurus *opinatur illam esse* temperamentum (6) ex quatuor *qualitatibus*; ex ignea *nimirum* qualitate, ex aërea, ex spiritali, ex quarta quadam innominata, quae ipsi sensitiva, *sentiendive vi praedita putabatur*. Heraclitus Mundi quidem Animam exhalationem *esse dixit* ex humidis *illis corporibus*, quae in illo *reperiuntur*; eam vero, quae in animalibus *est*, *illi* congenerem (7), *similemque esse; eam nimirum* ex exteriori, interiorique exhalatione *constare*.

N 2 CA-

(1) Asclepiadis opinionem, graecamque vocem συγγυμνασίαν Macrobius in *Somn. Scip. Lib. I. c.* 14. interpretatur *sensuum exercitium sibi consonum*.

CAP. III.

Stob. pag. 93.

(2) Quamvis in Plutarcho φύσει legatur, eaque lectio retineri facile possit; longe tamen concinnius foret si φύσει *naturam* legatur; quemadmodum Plutarchus superiora Philosophorum placita hic exhibens ait οὐσίαν *substantiam*, ἐντελέχειαν *perfectionem*.

(3) Stobaeus Anaxagorae non modo Anaximenem, & Archelaum Ionicae Sectae alumnos, sed etiam Diogenem Apolloniatem, disciplina Stoicum adjungit.

(4) Stobaeus habet πνεῦμα νοερὸν, θερμὸν *spiritum intelligentem, calidum*.

(5) Itaque corrigendus Stobaei textus, in quo depravate legitur ἐκ τῶν λόγων θεωρικῶν. Ceterum Democriti, idemque sentientis Leucippi opinionem fuse impugnat Aristoteles *De Anima Lib. I. c.* 2.

(6) Ita propemodum Epicuri placitum Plutarchus ipse describit *in Lib. I. adver. Colotem*. At in Stobaeo post vocem αἰσθητικὸν repente subjicitur: ὧν τὸ μὲν πνεῦμα κίνησιν, τὸν δὲ ἀέρα ἠρεμίαν, τὸ δὲ θερμὸν τὴν φαινομένην θερμότητα τοῦ σώματος, τὸ δὲ ἀκατονόμαστον τὴν ἐν ἡμῖν ἐμποιεῖ αἴσθησιν, ἐν οὐδενὶ γὰρ τῶν ὀνομαζομένων στοιχείων αἴσθησις *quorum spiritus quidem motum, aer quietem, ignis calorem qui in corporibus reperitur*; principium autem *illud non nominatum sensum in nobis producit, in nullo enim nominatorum elementorum sensus* est.

(7) Budaeus interpretatur *animantium vero animum simul ab extraria expiratione, simul ab ea*,

CAPVT IV.

De partibus Animae.

PYTHAGORAS (1), PLATO secundum supremam quidem rationem Animam *bifariam dividi*, *vel* bipartitam *esse dixerunt*; etenim haec quidem *pars* rationalem continet, altera vero irrationalem. At iuxta proximam, accuratamque *rationem*, *eam esse* tripartitam. Etenim irrationalem (2) *partem* in iracundiae, & cupiditati deditam, *sive subiectam* dividunt. STOICI *Animam* ex octo partibus compositam esse dicunt (3), quinque quidem sentiendi vi praeditis, visiva, *nempe*, auditiva, olfactiva, gustativa, tactiva: sexta vero vocali, *seu locutrice*, septima seminali; octava, quae *pars Animae ipsius* princeps, *atque praecipua fit*, a qua haec omnia, *seu ceterae Animae partes*, *aut sensus*, per propria, *&* *convenientia illorum* organa dif-

ΚΕΦ. Δ.

Περὶ μερῶν Ψυχῆς.

ΠΥθαγόρας, Πλάτων, κατὰ μὲν τὸν ἀνωτάτω λόγον, διμερῆ τὴν ψυχήν, (τὸ μὲν γὰρ ἔχει λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον) κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς, καὶ ἀκριβὲς, τριμερῆ. τὸ γὰρ ἄλογον διαιροῦσιν εἴς τε τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. Οἱ Στωϊκοὶ ἐξ ὀκτὼ μερῶν φασι συνεστάναι, πέντε μὲν τῶν αἰσθητῶν, ὁρατικοῦ, ἀκουστικοῦ, ὀσφρητικοῦ, γευστικοῦ, ἁπτικοῦ· ἕκτου δὲ, φωνητικοῦ· ἑβδόμου, σπερματικοῦ· ὀγδόου, αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ, ἀφ' οὗ ταῦτα πάντα ἐπιτέτακται διὰ τῶν οἰκείων ὀργάνων προσφερῶς ταῖς τοῦ πολύποδος πλεκτάναις.

Δη-

ea, quae intra eas fit, congenitam esse: perinde quasi vox ὁμογενῆ compositionem exprimeret. At Heracliti mens fuit quod peculiaris animantium anima mundanae animae similis, congener, homogenea foret; quod, sicuti illa ex mundanis halitibus oriebatur, ita quoque haec ex ipsis animatorum corporum halitibus constaret. Pressiusopinionem hanc expresfat Aristoteles *de Anima Lib. I. c. 2.* Ἡράκλειτός φησι τὴν ψυχὴν εἶναι τὴν ἀναθυμίασιν, ἐξ ἧς τ' ἄλλα συνίστησι *Heraclitus ait animam esse exhalationem, ex qua reliqua constituit*. Quamvis autem haec Heracliti sententia a Scriptoribus illis memoretur; ipse tamen apud Laertium *Lib. IX. seg. 7.* ingenue fatebatur ψυχῆς πείρατα ἰὼν οὐκ ἂν ἐξεύροιο πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν. οὕτω βαθὺν λόγον ἔχει *animae naturam numquam reperiri posse, quantalibet quis conficiat spatia, adeo profundam eius esse rationem*. Quem Laertii locum frustra Casaubonus, & Clericus sollicitarunt.

CAP. IV.

Stob. p. 109.

(1) Celebrem hanc Pythagorae sententiam ita expressit Laertius *Lib. VIII. seg. 30.* τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῆ, εἴς τε νοῦν, καὶ φρένας, καὶ θυμόν. νοῦν μὲν οὖν εἶναι καὶ θυμὸν, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ *humanam animam trifariam dividi, in sensum, & mentem, & animum. Sensus igitur, & animi ceteras quoque animantes esse participes; mentem vero ad solum pertinere hominem.* Ita quoque Platonis opinio ab ipso exponitur *Lib. III. seg. 67.* longeque clarius ab ipso Platone de *Republ. Lib. IX* Vtriusque sententiam expressit Cicero *Tuscul. I. c. 10. Xenocrates animi figuram, & quasi corpus negavit esse; verum numerum dixit esse, cuius vis, ut iam antea Pythagorae visum erat, in natura maxima esset. Eius doctor Plato triplicem finxit animam. cuius Principatum, id est rationem, in capite, sicut in arce posuit: & duas partes separare voluit, iram, & cupiditatem, quae locis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.* Denique observandum opinionem hanc a Stobaeo non Pythagorae solum, & Platoni, sed etiam Archytae, & Pythagoricis tribui; quamvis illam Stobaeus, sicuti Stoicorum placitum, aliis omnino verbis expresserit.

(2) Haec ita Seneca expressit *Epist. 92. Irrationalis pars Animi duas habet partes: alteram animosam, ambitiosam, impotentem, positam in Affectionibus; alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam.*

(3) De celebri hac Stoicorum divisione fuse Tertullianus Libro *de Anima c. 24.* aliique plures, quos accurate Lipsius exscripsit *Lib. III c. 17. Physiol. Stoic.*

Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, διμερῆ τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι καθιδρυμένον, τὸ δὲ ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον. Ὁ δὲ Δημόκριτος πάντα μετέχειν φησὶ ψυχῆς ποιᾶς, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων, διότι ἀεὶ διαφανῶς τινος θερμοῦ, καὶ αἰσθητικοῦ μετέχει τοῦ πλείονος διαπνεομένου.

Κ Ε Φ. Ε.

Τί τὸ τῆς Ψυχῆς ἡγεμονικὸν, καὶ ἐν τίνι ἐστίν.

Πλάτων, Δημόκριτος ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ. Στράτων ἐν μεσοφρύῳ. Ἐρασίστρατος περὶ τὴν μήνιγγα τοῦ ἐγκεφάλου, ἣν ἐπικρανίδα λέγει. Ἡρόφιλος ἐν τῇ τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίᾳ, ἥτις ἐστὶ καὶ βάσις. Παρμενίδης ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι, καὶ Ἐπίκουρος. Οἱ Στωϊκοὶ πάντες ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ἢ τῷ περὶ καρδίαν πνεύματι. Διογένης ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἥτις ἐστὶ πνευματική. Ἐμπεδοκλῆς ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει. Οἱ δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς καρδίας. Οἱ δὲ ἐν τῷ περὶ καρδίαν ὑμένι.

disponuntur, fere ut polypodis brachia. Democritus, Epicurus Animam bipartitam *esse dicebant*; atque *illam* rationalem quidem *partem* thoraci insitam; irrationalem vero per universam corporis compagem dispersam habere. Democritus omnia, & *ipsa* quoque, *quae* mortua *dicuntur*, corpora qualitatem Animae, *&* *affectionem sortiri*, *vel* participare dicit; quod *illa* perspicue calorem aliquem, ac sensitivum quiddam semper participent, maiore *ipsius parte iam evanida*, *atque* exspirata.

C A P U T V.

Quae princeps (1), atque praecipua sit *Animae pars*, *atque ubi* reperiatur.

Plato, Democritus (2) *principem Animae partem* in toto capite *collocarunt*. Strato in superciliorum interstitio. Erasistratus circa cerebri (3) meningen, *sive membranam*, quam epicranidem *ipse* vocat. Herophilus in cavitate, *vel fundo* cerebri, quae basis etiam est. Parmenides, & Epicurus in universo thorace, *vel pectore* (4). Stoici omnes in toto corde (5), vel *in* spiritu circa cor. Diogenes in arteriaca cordis cavitate, quae spiritalis est, *aërem nempe spiritumve recipit*. Empedocles in concretione, *compage*, *vel substantia* sanguinis. Alii vero in cervice cordis. Alii in *pericardio*, *sive* membrana, *quae* circa cor *reperitur*. Alii in

CAP. V.

Gal. c. XXVIII.

(1) Quamvis haec Graeca vox ἡγεμονικὸν a Cicerone *De Nat. Deor. II. c. 2. Principatus*, atque a Seneca *Principale* vocetur, alicubi tamen *principem* Animae *partem* interpretari libuit.

(2) Empiricus tamen ait Democritum Animam in toto corpore collocasse *Lib. I. adv. Logicos* §. 349. οἱ δὲ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι καθάπερ τινὲς κατὰ Δημόκριτον *alii in toto corpore*, *ut ex Democriti sententia nonnulli*.

(3) Galenus ait ταῖς ἐγκεφάλου κοιλίαις *in cerebri cavitatibus*; adeoque sequentes etiam voces omisit.

(4) Itaque fallitur Xylander, qui Epicurum Parmenidi accensendum Stoicis mox a Plutarcho memoratis adiungit interpretando: *Parmenides in toto pectore*, *Epicurus*, *&* *Stoici in universo corde*, *aut cordis spiritu*. Certe Galenus etiam perspicue legit Παρμενίδης, καὶ Ἐπίκουρος.

(5) Ita Laërtius *Libr. VII.* §*eg.* 159. ex Stoicorum sententia ait ἡγεμονικὸν εἶναι τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι, καὶ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται· ὅπερ εἶναι ἐν καρδίᾳ *Principale vero potissimam ac proprie esse animae partem*, *in qua imaginationes*, *appetitusque gignantur*, *atque unde sermo reddatur*. *Id autem in corde esse*.

in diaphragmate (1). RECENTIORVM vero quidam *existimant Animam* a capite ad diaphragma usque pervadere, *sive diffundi*. PYTHAGORAS vitalem quidem *Animae partem* in corde, *vel circa cor esse dicit*, rationalem vero, ac intelligentem in capite, *vel circa caput reperiri*.

νι. Οἱ δὲ ἐν τῷ διαφράγματι. Τῶν νεωτέρων δέ τινες, διήκειν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι τῦ διαφράγματος. Πυθαγόρας τὸ μὲν ζωτικὸν περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ λογικὸν, καὶ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλὴν.

CAPVT VI.

De motu Animae.

PLATO Animam *quidem* semper moveri (2) *dicit*; mentem vero translationis motu moveri, *ex uno scilicet in locum alium migrare*, non posse *putavit*. ARISTOTELES *opinatur* Animam omnis praeelecti (3), *vel a natura definiti*, motus expertem esse; *adeoque secundum se non moveri*, accidentalem vero, *alienum*, *fortuitumque* motum participare: sicuti corporum formae (4) *non ratione sui*, *sed ratione materiae*, *cui inhaerent*, *moventur*.

ΚΕΦ. ς.

Περὶ κινήσεως Ψυχῆς.

ΠΛάτων ἀεικίνητον τὴν ψυχὴν, τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον τῆς μεταβατικῆς κινήσεως. Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχὴν πάσης κινήσεως προηγουμένης, τῆς δὲ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχειν, καθάπερ τὰ εἴδη τῶν σωμάτων.

CAPVT VII.

De incorruptibilitate Animae.

PYTHAGORAS (5), PLATO Animam incorruptibilem, *atque immortalem* esse *dixerunt*: etenim *ipsam ex moriente corpore*

ΚΕΦ. Ζ.

Περὶ ἀφθαρσίας Ψυχῆς.

ΠΥθαγόρας, Πλάτων ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχήν. ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὸ τῦ παντὸς ψυχὴν ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμο-

(1) Xylander optime *septum transversum*, minus accurate Budaeus *praecordia* interpretatur. Ii vero Animam in diaphragmate collocasse videntur, qui Platone antiquiores diaphragma ipsum φρένας vocarunt; quemadmodum Aristoteles *Histor. Anim. I. c.* 17. illud ὑπόζωμα, & διάζωμα appellavit. Ceterum, sicui fortasse libeat varias eiusmodi Philosophorum sententias de Animi sede subtilius cognoscere, Empiricum adire poterit. *Lib. I. adv. Logicos seg.* 313. Tertullianum *de Anima c.* 15.

CAP VI.

Gal. c. XXVIII. Stob. pag. 94.

(2) Perperam in Stobaeo ἀκίνητος *immobilem*. Superius etiam observatum saepius in eiusmodi voce peccatum esse.

(3) In Stobaeo, & Galeno quoque legitur πάσης κινήσεως προηγούμενον. quod Canterus, & Charterius interpretantur *omni motu priorem* At ipsa sensus perspicuitas exigit, ut Plutarchi lectio praeferatur.

(4) Vberius haec apud Galenum καθάπερ σχήματα, καὶ τὰ πέρατα, καθάπερ τὰ περὶ τοῖς σώμασιν εἴδη *ut figurae*, *& extremitates*, seu superficies, *ut corporum formae*.

CAP. VII.

Gal. c. XXVIII.

(5) Vereor ne minus accurate Pythagorae sententiam expresserit Plutarchus, ipsamque immerito cum Platonis opinione coniunxerit. Celebre nimirum est humanos animos ex effaeto, ac moriente corpore egre-

ὁμογενές. Οἱ Στωϊκοὶ ἐξιοῦσαν τῶν σωμάτων ὑποφέρεσθαι, τὴν μὲν ἀσθενεστέραν ἅμα τοῖς συγκρίμασι γενέσθαι, (ταύτην δὲ εἶναι τῶν ἀπαιδεύτων) τὴν δὲ ἰσχυροτέραν, οἵα ἐστὶ περὶ τοὺς σο-

re exeuntem in Vniversi Animam, ad homogeneam *nempe*, *sibique similem*, *&* *cognatam substantiam*, redire. Stoici exeuntem a corporibus *Animam* circumferri (1); atque eam quidem, quae debilior sit, una cum concretionibus, *corporibusque* misceri, ut est Anima imperitorum; eam vero, quae validior sit, cuiusmodi sunt sapien-

egressos non in Vniversi animam, sed in alia corpora, iuxta Pythagorae hypothesim, migrare; unde μετεμψύχωσις, sive *animorum transmigratio* certa quaedam Pythagoricae doctrinae tessera censebatur. Certe Laertius opinionem hanc a Pythagora omnium primo traditam testatur *Lib. VIII. seg. 14.* πρῶτόν τέ φασι τοῦτον ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν ἄλλοτ' ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις *primumque hunc sensisse aiunt Animam circulum necessitatis immutantem, aliis alias illigari animantibus.* Herodotus tamen *Lib. II.* Aegyptiis id tribuit: πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῷον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ θαλάσσια, καὶ πετεινά, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν, τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι *Primi autem Aegyptii extiterunt qui dicerent animam hominum esse immortalem, quae de mortuo corpore subinde in aliud corpus, ut quodque gigneretur, immigraret. Atque ubi per omnia se circumtulisset, terrestria, marina, volucria, rursus in aliquod hominis corpus genitum introire, atque hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia.* Quandoquidem tamen haec opinio a Pythagora Graecis exposita, atque a Pythagoricis illustrata fuit, ipsi non immerito adscribitur. Sic Empedocles illam mirifice probavit, ut Laertius *Lib. VIII. seg. 87.* Aelianus *Var Hist. XII. c 7.* Tertullianus *de Anima c. 32.* Philostratus *Vita Apol. I. c. 1.* Clemens *Stromat. VI.* Basilius *in Hexaëmer.* aliique plurimi testantur. Ceterum opinionem hanc Platoni quoque arrisisse docet Laertius *Lib. III. seg. 68* Augustinus *De Civit. Lib. X. c. 30.* Videndus Plotinus *de immortalitate Animae*, *&* Anonymus in *Vita Pythagorae* apud Photium. Laertius tamen *Lib. VIII. seg. 31.* Pythagorae sententiam aliam tribuit: ἐκριφθεῖσάν δὲ αὐτὴν (ψυχὴν) ἐπὶ γῆς, πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι, ὁμοίαν τῷ σώματι. τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο Πομπαῖον λέγεσθαι, καὶ Πυλαῖον, καὶ Χθόνιον, ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς, ἀπό τε γῆς, καὶ θαλάττης *Eiectam eam (Animam) in terram, in aëre vagari, corpori similem. Porro Mercurium animarum Quaestorem esse, atque ideo Ductorem dici, ac Ianitorem, &*

Terreaum, quod is ex corporibus, & ex terra, & e mari animas immittat.

(1) Galenus quidem habet ὑποφθείρεσθαι; unde Xylander, qui obscurius interpretatur: *Stoici exeuntem e corpore simul cum concreto interire; eam scilicet, quae sit imbecillior*, Galeni potius, quam Plutarchi, textum expressit; sicuti Budaeus cum ait *animam corpore exeuntem, si invalidior sit, una cum concrementis subsistere*, alterutrum ex verbis illis ὑποφέρεσθαι, vel γίνεσθαι omisit. Vterque tamen ex sensibus illis admitti, adeoque alterutra vox adhiberi potest. Etenim Stoicorum sententia fuit humanos animos corruptibiles quidem, ac interituros esse; sed e corpore tamen exeuntes subsistere: ut ex Zenone docet Laertius *Lib. VII. seg. 156.* τὴν ψυχὴν μετὰ θάνατον ἐπιμένειν, φθαρτὴν δὲ εἶναι *animam durare post mortem, esse tamen obnoxiam corruptioni.* Vnde Cicero *Tuscul. 1. c. 31.* ait *Stoici usuram nobis largiuntur, tamquam cornicibus, diu mansuros aiunt Animos, semper negant*: Longeque clarius Numenius apud Eusebium τὴν δὲ ψυχὴν γενητήν τε, καὶ φθαρτὴν οὐκ εὐθὺς διὰ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν. τὴν μὲν τῶν σπουδαίων, μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων. τὴν δὲ ἀφρόνων, πρὸς ποσούς τινας χρόνους: *Animam natam, & mortalem esse; non statim tamen interire; sed manere apud seipsam. Sapientum quidem, usque ad conflagrationem omnium; stultorum vero ad breve aliquod tempus.* Itaque si ὑποφέρεσθαι cum Plutarcho legatur, sensus est animos corpore solutos circumferri, vagari, vel ut Senecae verbis ex *Epistola LVII.* utar, *permeare*, *spargi*. Sin vero ὑποφθείρεσθαι cum Galeno scribatur, exprimetur animos ipsos non repente, atque omnino; sed sensim, certa quadam lege ac ratione corrumpi. Ceterum quod Plutarchus hic duplicem diversumque animae interitum, iuxta variam ipsius indolem, Stoicis adscripsit, id accuratius a Laertio exponitur *Lib. VII. seg. 157.* ut opinionem hanc non Stoicis omnibus, sed Cleanthi solum, & Chrysippo attribuat: Κλεάνθης μὲν οὖν πάσας ἐπιδιαμένειν φησὶ μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως, Χρύσιππος δὲ τὰς τῶν σοφῶν μόνων *Cleanthes omnes perdurare dicit usque ad Mundi exustionem, Chrysippus vero solas sapientum*, quod pluribus testimoniis aliis a Lipsio confirmatur *Lib. III. c. 4.*

pientum *animae*, etiam ad conflagrationem usque (1), *vel Vniversi totius interitum, perennare*. DEMOCRITVS, EPICVRVS *Animam* corruptibilem *esse putant, atque* una cum corpore interituram. PYTHAGORAS (2), PLATO rationalem quidem *Animae* partem incorruptibilem *esse dicunt*, quum Anima ipsa non Deus *quidem*, sed immortalis *tamen* Dei opus sit; irrationalem vero Animae partem corruptibilem esse *opinantur*.

σοφοὺς, καὶ μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος φθαρτὴν, τῷ σώματι συνδιαφθειρομένην. Πυθαγόρας, Πλάτων τὸ μὲν λογικὸν ἄφθαρτον, (καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν οὐ θεὸν, ἀλλ' ἔργον τοῦ ἀϊδίου θεοῦ ὑπάρχειν) τὸ δὲ ἄλογον φθαρτόν.

CAPVT VIII.

De Sensibus, & sensibilibus (3)

STOICI sensum ita definiunt „ Sensus est perceptio, sive comprehensio (4) sensorii, *quae nempe fit ab organo, corporisque parte sensui destinata*. Multis vero modis dicitur sensus. Nam & habitus, & facultas, & energia, & phantasia, *vel imaginatio quidpiam* percipiens per sensorium, *sive sensus organum*, fiunt; & ipsa quoque octava pars *Animae* princeps, a qua (5) *eadem Anima* constituitur. Rursus vero senso-

ΚΕΦ. Η.

Περὶ Αἰσθήσεων καὶ αἰσθητῶν.

ΟΙ Στωϊκοὶ ὁρίζονται οὕτω τὴν αἴσθησιν, Αἴσθησις ἐστὶν ἀντίληψις αἰσθητηρίου, ἢ κατάληψις. Πολλαχῶς δὲ λέγεται ἡ αἴσθησις. ἥ τε γὰρ ἕξις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ φαντασία ἡ καταληπτικὴ δι' αἰσθητηρίου γίνονται. καὶ αὐτὸ τὸ ὄγδοον ἡγεμονικὸν, ἀφ' οὗ συνίσταται. Πάλιν δὲ αἰσθητήρια λέγεται πνεύματα νοερὰ, ἀπὸ τοῦ ἡγεμο-

(1) Facile Budaeum interpretem ubi reddit *ad flagrantes usque naturas evadere* celeberrimo Stoicorum opinio fugit, qua substantias omnes peracto quodam temporis spatio igne absumendas, atque in Mundi animam, hoc est Iovem ipsum, redituras putarunt. De celebri hac Stoicorum sententia videndus Empiricus *Hypothes. Lib. I. seg.* 9. Antoninus *Lib. III. c.* 3. Lipsius *Lib. III. c.* 22. *&* 23. & Cl. Tomasius Dissertatione Lipsiae edita anno 1676. *de Stoica Mundi exustione* disputans.

(2) Ita Pythagoras apud Laërtium *Lib. VIII s.* 28. docuit ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι *immortalem esse Animam: quandoquidem & id, a quo avulsa est, immortale est*: ubi vides animi immortalitatem a Pythagora eodem ex fonte deduci, ex quo illam Plato apud Laërtium ipsum deduxit. Vid. Lactantius *Instit. III. c.* 18. Cicero *Tusc. I. c.* 16. & 22. Quamvis tamen haec animorum immortalitas a Pythagora tradita fuerit, attamen *quod literis extet, Pherecydes Syrus primum dixit animos hominum esse sempiternos*, ut idem Cicero ibi testatur c. 16. atque sententiam illam Laërtius *Lib I. seg.* 24. Thaleti velut auctori concessit: ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτον εἰπεῖν φασιν ἀθανάτους τὰς ψυχάς· ὧν ἐστι Χοίριλος ὁ ποιητής: *sunt qui illum primum immortales animos dixisse asseverent, ex quibus est Choerilus Poëta*. Sed Aegyptiis id ab Herodoto concessum iam vidimus, ex quibus facile Thales ad Graecos transtulit.

CAP. VIII.

Gal. c. XXIV. Stob. pag 150.

(3) Stobaeus hic solam quidem Platonis opinionem ex Plutarcho expressit; sed plura tamen aliis ex fontibus derivavit.

(4) Clarior, & facile etiam vera Galeni lectio ἀντίληψις αἰσθητοῦ δι' αἰσθητηρίου *comprehensio objecti sensibilis per sensorium*; neque enim sensu, sentiendique vi sensorium ipsum, sed eiusdem potius ope sensibile objectum, percipitur.

(5) Quamvis haec Plutarchi lectio ferri possit, non dubitaverim tamen cum Galeno potius hic legere: ἀφ' οὗ ἡ αἰσθητικὴ βία συνίσταται *a qua sensitiva vis constituitur*: quod nimirum & ipsa quoque princeps Animae pars aliquando *sensus* nomine vocetur; quippe quae sentiendi vim ceteris largiatur, aliarumque sensationes percipiat.

μονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταγμένα. Ε'πίκουρος, Τὸ μόριόν ἐστιν ἡ αἴσθησις, ἥτις ἐστὶν ἡ δύναμις, καὶ τὸ ἐπαίσθημα, ὅθεν ἐστὶ τὸ ἐνέργημα· ὥς τε διχῶς παρ' αὐτῷ λέγεσθαι, αἴσθησιν μὲν τὴν δύναμιν, αἰσθητικὸν δὲ τὸ ἐνέργημα. Πλάτων τὴν αἴσθησιν ἀποφαίνεται ψυχῆς, καὶ σώματος κοινωνίαν πρὸς τὰ ἐκτός. Η' μὲν γὰρ δύναμις ψυχῆς, τὸ δὲ ὄργανον σώματος· ἄμφω δὲ διὰ φαντασίαν ἀντιληπτικὰ τῶν ἔξωθεν γίνεται. Λεύκιππος, Δημόκριτος τὴν αἴσθησιν, καὶ τὴν νόησιν γίνεσθαι εἰδώλων ἔξωθεν προσιόντων· μηδενί γὰρ ἐπιβάλλειν μηδετέραν χωρὶς τοῦ προσπίπτοντος εἰδώλου.

soria, *vel instrumenta sensus*, dicuntur spiritus intelligentes, qui a principe Animae parte ad organa *diriguntur*, *ibique* (1) disponuntur. EPICVRVS *ait* „ Vna quidem *sensus* pars, *aut una huius vocis significatio*, est sensus *ipse*, qui est *sentiendi vis*, *ac* facultas; alia (2) vero *est* sensatio, quae est *sensitivae facultatis* operatio, *vel actus ipse sentiendi*: ideoque dupliciter ab illo sumitur *sensus*, *sive duo ab Epicuro distinguuntur in sensu*; sensus *nempe*, *qui est* facultas; & sentiens, *quod est* operatio. PLATO sensum ait Animae corporisque *unionem*, *aut* societatem esse ad exteriora *percipienda*. Etenim *percipiendi* quidem facultas *est* Animae; organum vero *est* corporis; utrumque vero *simul coniunctum* imaginatione exteriora comprehendunt. LEVCIPPVS, DEMOCRITVS sensum, atque intelligentiam fieri *existimarunt* idolis, *aut imaginibus* extrinsecus advenientibus; neutram enim *ex affectionibus istis* ulli contingere sine imagine, quae *in ipsum* inciderit.

Κ Ε Φ. Θ.

Εἰ ἀληθεῖς αἱ αἰσθήσεις, καὶ αἱ φαντασίαι.

ΟΙ' Στωϊκοὶ τὰς μὲν αἰσθήσεις ἀληθεῖς· τῶν δὲ φαντασιῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς. Ε'πίκουρος πᾶσαν αἴσθησιν, καὶ πᾶσαν φαντασίαν, ἀληθῆ· τῶν δὲ δοξῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς

CAPVT IX.

An sensus, ac imaginationes verae sint.

STOICI sensus quidem veraces esse *arbitrantur*; imaginationum vero has quidem veras, has autem falsas *esse*. EPICVRVS *ait* (3) sensum omnem, omnemque imaginationem veram *esse*; sed opinionum has quidem veras, has autem falsas *esse*. Ac sensus quidem unico *solum* modo fal-

O litur

(1) *Xylander* „ Legi enim ὄργανα τεταγμένα, „ ut habet Manuscriptus adstipulante ratione, non τεταμένα.

(2) Philosophis etiam aliis haec *sensus* divisio tribui poterat, praesertim Aristoteli, qui *de Anima Lib. II. c. 5.* & *de Sensu cap. 4.* diserte docuit sensum ὡς δυνάμει *ut facultate*, atque ὡς ἐνεργείᾳ *ut actu*, vel *sensatione* usurpari.

CAP. IX.

Gal c. XXIV.

(3) De hac Epicuri sententia, ex qua plurima Epicureorum placita veluti fonte manarunt, videndus Laërt. *Lib. X. seg.* 31. & Empiricus *adver. Logicos seg.* 203. & 368. qui *seg.* 399. memorat iuxta Xeniadem πάσας τὰς φαντασίας εἶναι ψευδεῖς, καὶ μηδὲν ὅλως ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν ἀληθές *omnia visa esse falsa, & nihil omnino esse veri in rebus*. Vicissim vero iuxta Protagoram Laërtius ait *Lib. IX. seg.* 51. πάντα εἶναι ἀληθῆ *omnia esse vera*.

Itur, *hoc est* circa *illa*, *quae* intelligibilia *sint*, *solaque mente percipi debeant*. Imaginatio vero duplici modo; siquidem imaginatio & de sensibilibus *rebus*, & de intelligibilibus *etiam esse potest*. EMPEDOCLES, HERACLIDES particulares sensus iuxta pororum symmetrias, *aut congruentias* peragi existimarunt; quum ex sensibilibus *imaginibus*, *effluxibus*, *aut obiectis* proprium cuilibet *sensui* accomodetur, *ipsique respondeat*.

τὰς δὲ ψευδεῖς. Καὶ ἡ μὲν αἴσθησις μοναχῶς ψευδοποιεῖται τὰ κατὰ τὰ νοητά. ἡ δὲ φαντασία διχῶς· καὶ γὰρ αἰσθητῶν ἐστι φαντασία, καὶ νοητῶν. Ἐμπεδοκλῆς, Ἡρακλείδης παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι, τοῦ οἰκείου τῶν αἰσθητῶν ἑκάστῃ ἁρμόζοντος.

CAPVT X.

Quot sint Sensus.

STOICI quinque peculiares (1) sensus *enumerant*, Visum, Auditum, Olfactum, Gustum, Tactum. ARISTOTELES sextum quidem *sensum alium admittendum esse* non dicit; communem tamen sensum *admittit* compositarum formarum, *idearumque* iudicem, in quem simplices, *ac peculiares sensus omnes* suas unusquisque imaginationes *aut perceptiones* referat; *&* in quo repraesentatur id, quod ab uno ad *genus* aliud transfertur (2), *atque a pluribus distinctisque sensibus percipitur*, ut figura, & motus. DEMOCRITVS plures esse sensus *existimat* in animalibus rationis expertibus (3), in Diis, ac sapientibus.

CA-

ΚΕΦ. Ι.

Πόσαι εἰσὶν αἱ Αἰσθήσεις.

ΟἹ Στωϊκοὶ πέντε τὰς ἰδικὰς αἰσθήσεις, ὅρασιν, ἀκοὴν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἀφήν. Ἀριστοτέλης ἕκτην μὲν οὐ λέγει, κοινὴν δὲ αἴσθησιν τὴν τῶν συνθέτων εἰδῶν κριτικὴν, εἰς ἣν πᾶσαι συμβάλλουσιν αἱ ἁπλαῖ τὰς ἰδίας ἑκάστῃ φαντασίας· ἐν ᾗ τὸ μεταβατικὸν ἀφ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, οἱονεὶ σχήματος, καὶ κινήσεως, δείκνυται. Δημόκριτος πλείους εἶναι αἰσθήσεις περὶ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ περὶ τοὺς θεοὺς, καὶ σοφούς.

ΚΕΦ.

CAP. X.

Gal. c. XXIV. Stob. pag. 51.

(1) Xylander hanc vocem ἰδικὰς alio prorsus sensu acceperat, ideoque reddidit *sensus, quibus formae apprehendantur*. Longe felicior Budaeus, qui *speciales* interpretatur.

(2) Ex obscurioribus, implexisque Plutarchi verbis vix, opinor, commodum sensum, aut veram Aristotelis sententiam exsculpas; nihilque praesidii ex Budaeo haberi poterit, qui interpretatur: *in quo ipso transitus ab uno ad alterum, veluti figurae, & motus spectatur*. Perspicue, planeque haec omnia Stobaeus *pag.* 150. ἐν ᾗ τὸ μεταβατικὸν ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον, οἷον σχήματος κινήσεως, σώματος μεθορίῳ τοῦ λογικοῦ, καὶ τοῦ ἀλόγου, μνήμης, καὶ τοῦ νοῦ μετέχουσα, διατείνουσα καὶ ἐπὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων, καθ' ὅσον διανοίας ἀναλογίαν ἔχει. κοινὰ δ' ἐστὶ ὄψεως μὲν, καὶ ἀφῆς σχῆμα, ὄψεως, καὶ ἀκοῆς διάστημα, πασῶν δὲ κίνησις, καὶ μέγεθος, καὶ ἀριθμός: *in quem singuli suas imaginationes conferant, quique mutationem figurae, ac motus contineat, rationis compotis, & expertis partis confinium, memoriae mentisque particeps, brutis quoque attributus, quatenus aliquam intellectus habent scintillam. Communia porro sunt Visus quidem, ac Tactus figura; Visus autem, & Auditus intervallum; omnium vero motus, magnitudo, ac numerus*. Qui plura desideret, Aristotelem adeat de communi hoc sensu disserentem *Lib. II. de Anima c. 6. &* *Lib. III. c. 2.* & *Libro de Sensu c. 1.*

(3) Si Democritus plures solum sensus animalibus, Diis, hominibus inesse dixisset, nihil sane egregium, ceterisque ignotum protulisset. At vera Plutarchi lectio ex Galeno restituenda: ἢ περὶ τοὺς θεοὺς &c. *quam in Diis &c.* Itaque plures, debilioresque sensus in brutis, quam in Diis, atque hominibus admisit Democritus.

ΚΕΦ. ΙΑ.

Πῶς γίνεται ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ ἔννοια, καὶ ὁ κατὰ διάθεσιν λόγος.

Οἱ Στωϊκοί φασιν, Ὅταν γεννηθῇ ὁ ἄνθρωπος, ἔχει τὸ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ὥσπερ χάρτης ἐνεργῆς εἰς ἀπογραφήν· εἰς τοῦτο μίαν ἑκάστην τῶν ἐννοιῶν ἐναπογράφεται. Πρῶτος δὲ ὁ τῆς ἀναγραφῆς τρόπος, ὁ διὰ τῶν αἰσθήσεων. Αἰσθανόμενοι γάρ τινος, οἷον λευκοῦ, ἀπελθόντος αὐτοῦ, μνήμην ἔχουσιν, ὅταν δὲ ὁμοειδεῖς πολλαὶ μνῆμαι γένωνται, τότε φασὶν ἔχειν ἐμπειρίαν. ἐμπειρία γάρ ἐστι τὸ τῶν ὁμοειδῶν πλῆθος. Τῶν δὲ ἐννοιῶν αἱ μὲν φυσικαὶ γίνονται κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους καὶ ἀνεπιτεχνήτως· αἱ δὲ ἤδη δι' ἡμετέρας διδασκαλίας καὶ ἐπιμελείας. Αὗται μὲν οὖν, ἔννοιαι καλοῦνται μόνον, ἐκεῖναι δὲ καὶ προλήψεις. Ὁ δὲ λόγος, καθ' ὃν προσαγορευόμεθα λογικοὶ, ἐκ τῶν προλήψεων συμ-

CAPUT XI.

Quomodo fiat sensus, & cogitatio, & composita oratio.

Stoici dicunt „ Quum natus fuerit homo, *is* principem Animae partem veluti chartam habet, *in qua aliquid* exarare (1) conetur; *adeoque* in illa *Animae parte* unamquamque notionem *a se comparatam* inscribit. Primus vero *eiusmodi* scriptionis, *vel scribendi* modus *est ille*, qui per sensus *efficitur*. Qui enim *obiectum* aliquod sentiunt (2), ut album, illo *sublato, vel recedente, eius adhuc* memoriam habent; quum vero plures *eiusmodi* memoriae forma inter sese similes effomatae fuerint, tunc *Stoici* nos experimentum habere dicunt; experimentum enim est multitudo *notionum plurium* (3) forma similium. Notionum vero physicae (4) quidem iuxta praedictos modos fiunt, *solo sensuum*, *naturaeque praesidio*, sine arte; aliae vero doctrina, *studioque*, *vel* industria nostra *comparantur*. Itaque hae quidem notiones solum vocantur; aliae vero anticipationes

CAP. XI.

Gal. c. XXIV.

(1) Certe cum Henrico Stephano in Plutarchi textu pro ἐνεργῶν facile ἀργῆς rescribi debet: ut pro inde facili, nativoque sensu exprimatur principem Animi partem albae, vacuaeque chartae instar esse, in qua nihil inscriptum, pictum, exaratumque sit, quemadmodum prorsus Aristoteles dixerat intellectum esse ὥσπερ γραμματείῳ ᾧ μηθὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον *ut tabula, in qua nihil sit actu scriptum;* & *III. de Anima c. 4. & Lib. de Mem. & Reminisc. c. 5* Animam cerae comparat, quod a Platone quoque *in Theaeteto* factum conspicitur. Certe vox ἐνεργῶν, quae obscurius a Xylandro redditur, a Budaeo vero dissimulatur, locum hic habere, commodumque sensum efficere vix poterit; sin vero ἀργῆς legatur, celebris Stoicorum sententia accurate exprimetur, quam Boëthius *Lib. V. metr. 4.* elegantissime exposuit.

Quondam Porticus attulit
Obscuros nimium senes;
Qui sensus, & imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi,
Ut quondam celeri stilo
Mos est aequore paginae,
Quae nullas habeat notas,
Pressas figere literas.

Itaque corrigendus etiam, opinor, Galeni textus, in quo legitur: ὥσπερ χάρτην ἐνεργοῦντα εἰς ἀπογραφήν· εἰς τοῦτο γὰρ μία ἑκάστη τῶν ἐννοιῶν ἐναπογράφεται *peraeque ac chartam descriptioni rerum delineandae aptam, in ea enim parte unaquaeque notionum delineatur.*

(2) Legerim potius cum Galeno αἰσθανόμενοι γάρ τινος . . . . ἔχομεν *etenim obiectum aliquod sentientes . . . . . habemus.*

(3) Vox φανταστῶν, quae in Plutarcho post ὁμοειδῶν hic exciderat, ex Galeno restituenda.

(4) Clarior, & accuratior Galeni locus αἱ μὲν φυσικῶς *aliae quidem natura &c.*

etiam, *vel praenotiones dicuntur*. Ratio vero, propter quam rationales vocamur, ex anticipationibus *perfici*, *sive* compleri dicitur in primo septenario, *primis nempe septem aetatis annis*. Notio vero, *mentisque conceptus* est imago cogitationis, quae ab animali rationis compote *producatur*. Etenim phantasma, postquam in animam rationalem inciderit, tunc notio (1), *mentisque conceptus* vocatur παρὰ τὸν νοῦν *hoc est* a mente nomen accipiens; *atque* idcirco phantasmata animalibus aliis *ratione*, *menteque carentibus* non accidunt. Quaecumque vero & Diis *simul*, & nobis *etiam adveniunt*, haec phantasmata solum sunt; quaecumque vero nobis *solum*, *non Diis*, *accidunt*, ista quoad genus quidem phantasmata; quoad speciem vero notiones, *sive conceptus*, *sunt*: quemadmodum *prorsus* denarii, & stateres ipsi quidem per se denarii, & stateres sunt; sin vero quis *illos veluti* navigationis pretium dederit, tunc praeterquamquod denarii sunt, etiam portorium *esse* dicuntur.

CAPVT XII.

Quo differant Imaginatio, seu *Phantasia*, *phantaston*, *phantasticum*, *phantasma*.

CHRYSIPPUS haec quatuor inter se differre dicit. Itaque Phantasia quidem, *vel Imaginatio*, est affectio *quaedam* in Anima excitata (2) *obiectum* etiam illud ipsi demonstrans, a quo facta fuerit: ut posteaquam visu album viderimus, fit affectio

συμπληροῦσθαι λέγεται, κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα. Ἔστι δὲ νόημα φάντασμα διανοίας λογικοῦ ζώου. τὸ γὰρ φάντασμα ἐπειδὰν λογικῇ προσπίπτῃ ψυχῇ, τότε ἐννόημα καλεῖται, εἰληφὸς τοὔνομα παρὰ τὸν νοῦν, διόπερ τοῖς ἄλλοις ζώοις οὐ προσπίπτει φαντάσματα. Ὅσα δὲ καὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ἡμῖν γε, ταῦτα φαντάσματα μόνον ἐστίν. ὅσα δὲ ἡμῖν, ταῦτα καὶ φαντάσματα κατὰ γένος, καὶ ἐννοήματα κατ' εἶδος, ὥσπερ τὰ δηνάρια, καὶ οἱ στατῆρες· αὐτὰ μὲν καθ' αὐτὰ ὑπάρχει δηνάρια, καὶ στατῆρες· ἐὰν δὲ εἰς πλοίου δοθῇ μίσθωσιν, τηνικαῦτα πρὸς τῷ δηνάρια εἶναι, καὶ ναῦλα λέγεται.

ΚΕΦ. ΙΒ.

Τίνι διαφέρει φαντασία, φανταστὸν, φανταστικὸν, φάντασμα.

ΧΡύσιππος διαφέρειν ἀλλήλων φησὶ τέτταρα ταῦτα. Φαντασία μὲν οὖν ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτῷ καὶ τὸ πεποιηκός. οἷον, ἐπειδὰν δι' ὄψεως θεωρῶμεν τὸ λευ-

(1) Itaque perspicue corrigendus Galeni textus, in quo reperitur ἐννοήματος δεῖται εἰληφότος τοὔνομα παρὰ τοῦ νοῦ.

CAP. XII.

Gal. c. XXIV.

(2) Clarior, & accuratior Galeni lectio: ἐνδεικνύμενον αὐτόν, καὶ τὸ πεποιηκός· οἷον ἐπειδὰν ἴδωμεν τὸ λευκόν, ὅ ἐστι πάθος ἐγγινόμενον διὰ τῆς ὄψεως ἐν τῇ ψυχῇ ἐναλλακτικὸν τοῦ πεπονθότος *ostendens tum seipsam, tum etiam obiectum illud, a quo facta fuerit; ut quum album cernimus quo affectio insidet animae per aspectum oborta, qua affecta anima immutatur:* neque lectionem hanc, velut indubiam, in Plutarchi textum recipere dubitaverim; quum praesertim Plutarchus ipse mox subdat: ἡ φαντασία δείκνυσιν ἑαυτήν, καὶ τὸ πεποιηκὸς αὐτήν *phantasia ostendit seipsam, & id, a quo facta sit.* Itaque minus accurate Xylander: *affectio animi rem perceptam simul cum percipiente repraesentans.* Neque enim Plutarchi, Stoicorumque mens fuerat affectionem illam, passionem, perceptionemque tum percipientem animum, tum obiectum perceptum exhibere; sed potius tum seipsam, tum obiectum percipienti animo repraesentare. Brevior, & obscurior Budaeus: *affectio in anima facta, quae sui quoque efficiens praefert*. Celebris autem haec & subtilior divisio a Stoicis hic tradita fuse a Laertio exponitur *Lib. VII. seg.* 46 Empirico *advers. Logic. I. seg.* 241. & *Libro II. seg.* 67.

λευκὸν, ἐςὶ πάθος τὸ ἐγγεγενημένον διὰ τῆς ὁράσεως ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ τοῦτο τὸ πάθος εἰπεῖν ἔχομεν, ὅτι ὑπόκειται λευκὸν, κινοῦν ἡμᾶς ὁμοίως, καὶ διὰ τῆς ἀφῆς, ϗ τῆς ὀσφρήσεως. εἴρηται δὲ φαντασία ἀπὸ τοῦ φωτός. Καθάπερ γὰρ τὸ φῶς αὐτὸ δείκνυσι, ϗ τὰ ἄλλα τὰ ἐν αὐτῷ περιεχόμενα, καὶ ἡ φαντασία δείκνυσιν ἑαυτὴν, καὶ τὸ πεποιηκὸς αὐτήν. Φανταςὸν δὲ τὸ ποιοῦν τὴν φαντασίαν, οἷον τὸ λευκὸν, ϗ τὸ ψυχρόν· ϗ πᾶν ὅ, τι ἂν δύνηται κινεῖν τὴν ψυχὴν, τοῦτ' ἔςι φανταςόν. Φανταςικὸν δέ ἐςι διάκενος ἑλκυσμὸς, πάθος ἐν τῇ ψυχῇ ἀπ' οὐδενὸς φανταςοῦ γινόμενον· καθάπερ ἐπὶ τοῦ σκιαμαχοῦντος, καὶ κενὰς ἐπιφέροντος τὰς χεῖρας· τῇ γὰρ φαντασίᾳ ὑπόκειταί τι φανταςὸν, τῷ δέ φανταςικῷ οὐδέν. Φάντασμα δὲ ἐςιν, ἐφ' ὃ ἑλκόμεθα κατὰ τὸν φανταςικὸν διάκενον ἑλκυσμόν. ταῦτα δὲ γίνεται ἐπὶ τῶν μελαγχολώντων, ϗ μεμηνότων. Ὁ γοῦν τραγικὸς Ὀρέςης, ὅταν λέγει,

> Ὦ μῆτερ ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι·
> Τὰς αἱματωποὺς, ϗ δρακοντώδεις κόρας·
> Αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου,

λέγει μὲν αὐτὰ ὡς μεμηνὼς, ὁρᾷ δὲ οὐδὲν, ἀλλὰ δοκεῖ μόνον. διὸ καί φησιν αὐτῷ Ἠλέκτρα,

> Μέν' ὦ ταλαίπωρ' ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις·
> Ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν, ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.

ὡς ϗ παρ' Ὁμήρῳ Θεοκλύμενος.

ΚΕΦ.

ctio per visum in Animam incidens, eique affectioni, *passionique in nobis excitatae*, dicere possumus quod album, *veluti obiectum* nos movens, subiicitur; similiter ut in tactu, & olfactu *contingit*. Phantasia vero dicitur (1) ἀπὸ τοῦ φωτὸς, *hoc est* a lumine; quemadmodum enim lux seipsam ostendit, & alia *etiam corpora*, quae in illa reperiuntur, *ita* quoque Phantasia seipsam ostendit, atque illud *etiam obiectum*, quod illam produxerit. Phantaston vero, *vel phantasia perceptibile*, est *obiectum illud*, quod imaginationem efficit: ut album, & frigidum; ac omne quodcumque animam *percellere*, *afficere*, *sive* movere potest, hoc phantaston est. Phantasticum vero est inanis *quaedam* attractio; affectio *nimirum* in Anima a nullo phantasto, *vel obiecto* producta; sicuti in illo *contingit*, qui cum umbra, *vel tenebris* pugnat, vacuasque *proinde* manus refert. Etenim Phantasiae phantaston aliquod, *veluti ipsius obiectum*, subiicitur; phantastico vero nullum. Phantasma vero est *inane*, *fictumque obiectum illud*, ad quod *eiusmodi* phantastica, inanique attractione trahimur, *atque percellimur*. Haec autem in melancholicis, furentibusque contingunt. Itaque Tragicus Orestes, quum ait (2).

> *O mater, rogo te, ne incutias mihi*
> *Cruentas oculis, & serpentiformes puellas;*
> *Ipsae enim ipsae prope me discurrunt,*

illa quidem ut furens dicit; nihil vero videt; sed *intueri* solum *sibi* videtur. Hinc Electra ipsi dicit

> *Mane, o miser, immotus in cubili;*
> *Vides enim nihil eorum, quae videris manifeste intueri.*

quemadmodum etiam apud Homerum Theoclymenus *inanibus spectris, atque phantasmatis agitatur*.

CA-

(1) Hoc etiam loci Galenum Plutarcho praetulerim. Ille nimirum plenius, & accuratius Phantasiae etymon exprimens ait: εἴρηται δὲ φαντασία ἐκ τοῦ φαίνεσθαι αὐτήν τε, καὶ τὸ πεποιηκὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ φωτὸς *Phantasia nomen duxit ex τοῦ φαίνεσθαι, quod se ipsam, affectionisque caussam declaret; vel ἀπὸ φωτὸς a lumine.*

(2) Euripides in *Oreste vers.* 258. Versus tamen isti a Galeno omittuntur.

CAPUT XIII.

De Visu, & quomodo videamus.

DEMOCRITUS (1), EPICURUS visum (2) contingere existimant propter idolorum, *hoc est imaginum*, incursus. ALII *vero videre nos arbitrantur* propter quorumdam radiorum incursum, qui, postquam *ex oculis* ad subiectum *resistens corpus* pervenerint (3), exinde ad visum iterum convertantur. EMPEDOCLES idolis, *aut imaginibus istis* radios *etiam* immiscuit (4); id, quod *ex utrisque coniunctis* efficitur, imaginis compositae radios appellans. HIPPARCHUS dicit radios ab utroque oculorum extensos suis extremitatibus, veluti manuum contrectationibus, externa corpora circum contingentibus, illorum apprehensionem, *notitiam*, *perceptionemque* ad visum referre. PLATO *visionem peragi existimavit* concursu, *vel coniunctione duplicis* splendoris; luminis *nempe* ex oculis per aliquantum *spatii* in homogeneum, *sibique similem* aërem effluentis, *simulque* luminis a corporibus delati. Interiectum vero aërem (5), quum facile diffundi, *agitari*,

ΚΕΦ. ΙΓ.

Περὶ Ὁράσεως, καὶ πῶς ὁρῶμεν.

ΔΗμόκριτος, Ἐπίκουρος κατὰ εἰδώλων εἰσκρίσεις ᾤοντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν. ἕτεροι, κατά τινων ἀκτίνων εἴσκρισιν, μετὰ τὴν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔνστασιν πάλιν ὑποστρεφουσῶν πρὸς τὴν ὄψιν. Ἐμπεδοκλῆς τοῖς εἰδώλοις τὰς ἀκτῖνας ἀνέμιξε, προσαγορεύσας τὸ γιγνόμενον ἀκτῖνας εἰδώλου συνθέτου. Ἵππαρχος ἀκτῖνάς φησιν ἀφ᾽ ἑκατέρων τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτεινομένας τοῖς πέρασιν αὐτῶν, οἷον χειρῶν ἐπαφαῖς περικαθαπτούσαις τοῖς ἐκτὸς σώμασι, τὴν ἀντίληψιν αὐτῶν πρὸς τὸ ὁρατικὸν ἀποδιδόναι. Πλάτων, κατὰ συναύγειαν, τοῦ μὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν φωτὸς ἐπὶ ποσὸν ἀποῤῥέοντος εἰς τὸν ὁμογενῆ ἀέρα, τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων φερομένου ἀποῤῥεῖν· τὸν δὲ μεταξὺ ἀέρα εὐδιάχυτον ὄντα

CAP. XIII.

Gal c. XXIV. Stob. pag. 151.

(1) Plura de hac Epicuri, & Democriti sententia Laërtius *Lib. IX. seg.* 44. & Plutarchus ipse in *Sympos. Lib. VIII. quaest.* 10. Ceterum, licet haec opinio Epicuro a Plutarcho hic, & Libro I. *adversus Colotem* tribuatur; perspicuum tamen est illam a Platone quoque in *Menone* accurate expressam probatamque fuisse.

(2) Galenus hic, alibique pro ὁρατικὸν habet ὁρᾶν, quod melius, & significantius est

(3) Concinnior, & clarior Galeni lectio: ἀκτίνων ἔκχυσιν μετὰ τὴς πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔντασιν πάλιν ὑποστρεφουσῶν ὄψεως *radiorum effusionem, qui post intensionem ad obiectum depulsam rursus ad oculos revertuntur.*

(4) Aristoteles tamen *Libro de Sensu & Sensili* c. 2 ita Empedoclis opinionem exprimit, ut ille non radios ab oculis prodeuntes, simulque imagines a corporibus oriundas una coniungendas esse putaverit; sed alterutra solum ratione Visum in nobis peragi existimaverit. Ait enim: Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἔοικε νομίζοντι, ὅτε μὲν ἐξιόντος τοῦ φωτός, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, βλέπειν· λέγει γοῦν οὕτως, Ὡς δ᾽ ὅτε &c. ὅτε μὲν οὖν οὕτως ὁρᾶν φησι, ὅτε δὲ ταῖς ἀποῤῥοίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων *Empedocles autem interdum existimare videtur, egrediente lumine, id quod prius diximus, nos cernere: inquit enim ad hunc modum, ut quum &c. Interdum, inquam, nos hoc pacto cernere asserit; interdum defluxibus, & effluviis a re conspecta emissis.*

(5) Psullo aliter haec a Stobaeo efferuntur. Etenim ait: τοῦ δὲ ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀντιφερομένου, τοῦ δὲ περὶ τὸν μεταξὺ ἀέρα εὐδιάχυτον ὄντα, καὶ εὔτρεπτον συνεντεινομένου τῷ πυρώδει *oculorum quidem luce in aërem aliquousque effluente; aëris vero mutabilis cum oculorum igne contendente.* Itaque suspicor vocem ἀποῤῥεῖν temere prorsus in Plutarchi textum irrepsisse; sive potius illam ad versum proxime insequentem ita referendam esse, ut post vocem εὔτρεπτον inseratur. Ceterum hanc Platonis *corradiantiam*, duplicisque lucis unionem ita Plutarchus ipse ex-

ὄντα, καὶ εὔτρεπτον, συνεκτείνοντος τῷ πυρώδει τῆς ὄψεως. αὕτη λέγεται Πλατωνικὴ συναύγεια.

ΚΕΦ. ΙΔ.

Περὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων.

ΕΜπεδοκλῆς κατὰ ἀποῤῥοίας μὲν τὰς συνισαμένας ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῦ κατόπτρου, τελειουμένας δὲ ὑπὸ τῦ ἐκκρινομένου ἐκ τῆς κατόπτρου πυρώδους, καὶ τὸν προκείμενον ἀέρα, εἰς ὃν φέρεται τὰ ῥεύματα, συμμεταφέροντος. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος τὰς κατοπτρικὰς ἐμφάσεις γίνεσθαι κατ' εἰδώλων ὑποστάσεις, ἅ τινα φέρεσθαι μὲν ἀφ' ἡμῶν, συνίςασθαι δὲ ἐπὶ τῦ κατόπτρου κατὰ τὴν ἀντιπερισροφήν. Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου κατὰ ἀντανακλάσεις τῆς ὄψεως, φέρεσθαι μὲν γὰρ τὴν ὄψιν τεταμένην ὡς ἐπὶ τὸν χαλκὸν, σείχουσαν δὲ, πυκνῷ καὶ λείῳ πλη-

tari, convertique *ille* posse, *diffluere* visu sese una cum ignea vi extendente. *Atque* iste Platonicus luminis concursus, *vel synaugia* vocatur.

CAPUT XIV.

De imaginibus in speculo apparentibus.

EMpedocles *illas oriri putavit* ob effluxus, *qui ab obiectis corporibus prodeuntes*, in ipsa quidem speculi (r) superficie consistant, ab igneo vero *corpore* perficiantur, quod a speculo excernitur, atque aërem coram *speculo* collocatum, in quem effluxus *illi* deferuntur, secum transfert. Democritus, Epicurus apparentias, *vel imagines* in speculis efformatas *produci putant* ab idolorum, *atque imaginum* subsistentia, quae ex nobis quidem, *aut corporibus speculo obiectis* efferantur, retrogrado vero motu *e speculo ad nos* conversae in speculo *ipso* subsistere videantur. Pythagorici *vero dicunt imagines*, *& apparentias illas oriri* propter visus reflexionem. Etenim visum quidem ad aes, *aëreumque speculum veluti* intentum deferri *putant*; progredientem vero *in speculum veluti* densum, laevigatumque *corpus* impingere, ipsumque *proinde visum*
in.

exponit in *Sympos. Lib. I. quaest* 8. πνεῦμα τῶν ὀμμάτων αὐγοειδὲς ἐκπίπτον ἀνακιρνᾶται τῷ περὶ τὰ σώματα φωτί, καὶ λαμβάνει σύμπηξιν, ὥστε ἓν ἐξ ἀμφοῖν σῶμα δι' ὅλου συμπαθὲς γενέσθαι. Κεράννυται δὲ ἕτερον ἑτέρῳ συμμετρίας λόγῳ τε, καὶ ποσότητος· οὐ γὰρ ἀναιρεθῆναι δεῖ θάτερον ὑπὸ θατέρου κρατηθὲν, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν εἴς τι μέσον ἁρμονίᾳ, καὶ κοινωνίᾳ συναχθέντων μίαν δύναμιν ἀποτελεσθῆναι *spiritum lucis similem ex oculis excidere, & cum luce, quae circa corpus est, commisceri, ac cum ea concrescere, ita ut ex ambobus unum fiat corpus consentiens. Porro mixtio ea fit unius cum altero ratione proportionis cuiusdam, ac certae quantitatis. non enim debet alterum ab altero superatum aboleri, sed ex ambobus in medium quoddam harmonia, & communione redactis una vis confici.* Quod vero de aëre in postrema placiti parte refert Plutarchus, sensum sequutus exposui, Xylander autem interpretatur: *aërem autem, qui in medio est, diffusu, ac conversu facilem esse; penetrare cum visus vi ignea.* Budaeus: *lumine a corporibus illato aëremque intermedium diffusu, amolituque facilem cum virtuali igne intendente.* At neque Scriptoris nostri verba, neque sensus ipse salvatur.

CAP. XIV.

Gal c. XXV.

(r) Mutilus, & hiulcus Galeni textus hinc corrigi, suppleríque debet. Etenim festinans, oscitansque librarius a voce κατόπτρου, quae primum occurrit, ad aliam temere transilivit, quae paucis interiectis subiicitur; adeoque voces omnes, quae inter similes voces istas reperiuntur, omisit.

in se ipsum converti, *sive reflecti*; *adeoque visum* simile quidpiam pati, quod in extensione manus, eiusdemque ad humerum reversione *contingit*. In explicanda vero ratione, qua videamus, omnibus his capitibus, *aut opinionibus* uti quis poterit (1).

πληχθεῖσαν, ὑποςρέφειν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτήν· ὁμοιόν τι πάσχουσαν τῇ ἐκτάσει τῆς χειρὸς, καὶ τῇ ἐπὶ τὸν ὦμον ἀντεπιςροφῇ. Δύναταί τις τούτοις πᾶσι τοῖς κεφαλαίοις χρῆσθαι ἐπὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν.

CAPUT XV.

An tenebrae visibiles sint.

STOICI tenebras visibiles esse *putarunt*: Etenim splendor quidam ex visu in illas circumfunditur: neque decipitur visus; vere nimirum conspicitur quod tenebrae sint. CHRYSIPPUS *ait* intueri nos propter interpositi aëris intensionem, quem visivus quidem spiritus a principe *Animae* parte ad pupillam usque permeans percellit; atque post appulsum in circumpositum aërem, ipsum in coni, *turbinisque* formam extendit, quando homogeneus, *similisque sibi* sit aër (2). Ignei vero radii a visu profunduntur, non *vero* nigri, vel nebulosi; eaque de causa tenebras visibiles *esse contingit* (3).

ΚΕΦ. ΙΕ.

Εἰ ὁρατὸν τὸ σκότος.

ΟἹ Στωϊκοὶ ὁρατὸν εἶναι τὸ σκότος. ἐκ γὰρ τῆς ὁράσεως περικεῖσθαί τινα εἰς αὐτὸ αὐγὴν, καὶ οὐ ψεύδεται ἡ ὅρασις· βλέπεται γὰρ ταῖς ἀληθείαις, ὅτι ἐςὶ σκότος. Χρύσιππος κατὰ τὴν συνέντασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος ὁρᾶν ἡμᾶς, νυγέντος μὲν ὑπὸ τοῦ ὁρατικοῦ πνεύματος, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει, μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ παρακείμενον ἀέρα ἐπιβολὴν ἐντείνοντος αὐτὸν κωνοειδῶς, ὅταν ᾖ ὁμογενὴς ὁ ἀήρ. Προχέονται δὲ ἐκ τῆς ὄψεως ἀκτῖνες πύριναι, οὐχὶ μέλαιναι, καὶ ὁμιχλώδεις· διόπερ ὁρατὸν εἶναι τὸ σκότος.

CAPUT XVI.

De Auditu (4).

EMPEDOCLES *ait* Auditum fieri per aëris incursum in cochleam

ΚΕΦ. Ις.

Περὶ ἀκοῆς.

ἘΜπεδοκλῆς τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι κατὰ πρόσπτωσιν πνεύματος τοῦ κο-

(1) Integra haec periodus in Galeno desideratur.

CAP. XV.

Gal. c. XXV.

(2) Paullo aliter haec a Galeno afferuntur: προέρχονται δὲ ἐκ τῆς ὄψεως ἀκτῖνες πύριναι, οὐχὶ μέλαιναι, ἢ ὁμιχλώδεις· τὸ μὲν σκότος συνάγει, καὶ συγχεῖ τὴν ὅρασιν ἡμῶν ἐπὶ τὰ ὁρατὰ διὰ τοῦ μεταξὺ ἀέρος. διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν ἡμᾶς ἐν τῷ σκότει, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ σκότος. Χρύσιππος &c. *At excurrunt ex oculis radii ignei, haud nigri, vel caliginosi; tenebrae vero visum colligunt, concitant, ac obtrudunt; lux autem visum nostrum dispergit, & ad res videndas per medium aërem deducit: quamobrem non in tenebris, sed ipsas tenebras dumtaxat, nos intueri licet. Chrysippus &c.*

(3) Fusius, atque accuratius haec peragendae visionis ratio ex Chrysippi, adeoque Stoicorum, sententia exprimitur a Laërtio *VII. seg.* 157.

CAP. XVI.

Gal. c. XXVI. Stob. pag. 152.

(4) Stobaeus hic, ceterisque in Capitibus pone sequentibus fere nos deserit. Quamvis enim ipse quoque de Visu, Auditu, Olfactu, Gustu brevissime disserat; longe tamen a Plutarcho recedit, nullumque ex placitis a Plutarcho memoratis exponit.

κοχλιώδει, ὅπερ φησὶν ἐξηρτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, κώδωνος δίκην αἰωρούμενον, ϗ τυπτόμενον. Α'λκμαίων ἀκούειν ἡμᾶς τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τῶ ὠτός· τῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχοῦν κατὰ τὴν τῶ πνεύματος ἐμβολήν· πάντα γὰρ τὰ κενὰ ἠχεῖ. Διογένης τῶ ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρος ὑπὸ τῆς φωνῆς τυπτομένου, ϗ κινουμένου. Πλάτων, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶ πλήττεσθαι τὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρα· τῦτον δ' ἀνακλᾶσθαι εἰς τὰ ἡγεμονικὰ, καὶ γίνεσθαι τῆς ἀκοῆς τὴν αἴσθησιν.

ΚΕΦ. ΙΖ.

Περὶ Ο'σφρήσεως.

Α'λκμαίων ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ εἶναι τὸ ἡγεμονικόν· τούτῳ οὖν ὀσφραίνεσθαι ἕλκοντι διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς. Ε'μπεδοκλῆς ταῖς ἀναπνοαῖς ταῖς ἀπὸ τῶ πνεύμονος συνεισκρίνεσθαι τὴν ὀσμήν. Ο'ταν γοῦν ἡ ἀναπνοὴ βαρεῖα γένηται, κατὰ τραχύτητα μὴ συναισθάνεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων.

ΚΕΦ.

chleam (1), quam intra aurem suspensam esse dicit, campanaeque instar elevatam, percussamque. Alcmaeon nos audire *dixit* ob inane (2), quod intra aurem *reperitur*; hoc enim esse, quod personat propter spiritus, *aërisve* incursum: siquidem omnia vacua personant. Diogenes *Auditum peragi existimavit* aëre, qui in capite *reperitur*, a voce percusso, atque agitato. Plato, eiusque sectatores *dixere* aërem, qui in capite est, percuti; eumque *ita percussum* ad principes *Animae* partes reflecti, sensumque Auditus *ab illo* produci.

CAPVT XVII.

De Olfactu (3).

Alcmaeon *opinatur* principem *Animae* partem in cerebro reperiri. Itaque *dicit* illa odores inspirando *ad sese* trahente *nos* olfacere. Empedocles (4) ait odorem una cum pulmonis, *aërisque a pulmonibus attracti* inspirationibus incurrere, *ac insinuari*. Itaque quum inspiratio gravis, *ac difficilior* efficitur, ut in iis, qui fluxionibus affecti sunt, tunc *odorem* propter asperitatem non percipi *existimavit*.

P CA-

(1) Fortasse in graeco Budaei Codice graeca vox alia legebatur, interpretatur enim: *allisu in claviculariam aurium partem*. Quamvis autem Empedocles κοχλιώδης *cochleam* veluti Auditus organum hic assignaverit, non eam tamen auris partem expressisse videtur, quae a Recentipribus *cochleae* nomine designatur; adeoque cavendum ne ambigua vocis significatione error admittatur. Siquidem *cochlea* Empedocli memorata, *suspensa*, *sublimis*, ac veluti *pendens* esse debuit, quod verae cochleae repugnat. Neque ego tamen Gassendi coniecturae acquieverim, qui *cochleae* nomine cerebrum ipsum, quod ictu concutiatur, ab Empedocle designatum esse putavit. Certe, ut argumenta cetera omittam, Galenus, qui veram, accuratamque Plutarchi Scripturam nobis conservavit, legit κοχλιώδη χόνδρῳ *in cartilaginem cochleae instar* extensam: quod de cerebro intelligi sane non poterit.

(2) Fortasse Alcmaeonem ipsum innuere videtur Aristoteles *Libr. II. de Anima c.* 8. ubi Veteres illos commendat, qui Auditum in vacuo, hoc est aëre, peragi existimarunt; quum certe sonus sine aëre edi, percipique non possit.

CAP. XVII.

Gal. c. XXVI.

(3) Meliorem odorum originem, & Olfactus sensationem expressit Plutarchus *in Sympos. Lib. V. quaest.* 7

(4) Empedoclis opinio fuit odores aëri quidem illi, qui pulmonum ope per os attrahitur, simulque etiam illi, qui per nares ingreditur, misceri; sed ipsos tamen ex aëre solum nares subeunte excerni, ac percipi. Quin etiam Aristoteles *de Respir. c.* 7. observavit quod Empedocles περὶ τῆς διὰ τῶν μυκτήρων ἀναπνοῆς λέγων αὐτὴν καὶ περὶ τῆς κυρίας λέγειν ἀναπνοῆς *ubi de ea spiratione, quae per nares fit, loquutus est, de principe quoque dixisse putavit*; quum tamen καταχρῆται ἡ φύσις ἐν παρέργῳ τῇ διὰ τῶν μυκτήρων ἀναπνοῇ πρὸς τὴν ὄσφρησιν ἐνίοις τῶν ζώων *Natura obiter abutitur ad Olfactum, in quibusdam animalibus spiratione illa, quae per nares fit*.

CAPVT XVIII.

De Gustu.

ALCMAEON *ait* sapores ob humorem, teporemque, qui praeter mollitiem in lingua *reperitur*, *percipi*, *atque* discerni. DIOGENES *opinatur*, quum lingua mollis, ac rara sit, quumque venae (1) a corpore ad ipsam pertingant, sapores *ab illa*, veluti spongia, attractos ad sensum *usque*, principemque *Animae* partem diffundi.

ΚΕΦ. ΙΗ.

Περὶ Γεύσεως.

Αλκμαίων τῷ ὑγρῷ, καὶ τῷ χλιαρῷ τῷ ἐν τῇ γλώττῃ πρὸς τῇ μαλακότητι διακρίνεσθαι τοὺς χυμούς. Διογένης τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης, καὶ τῇ μαλακότητι, καὶ διὰ τὸ συνάπτειν τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας, διαχεῖσθαι τοὺς χυλοὺς ἑλκομένους ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, καθάπερ ἀπὸ σπογγιᾶς.

CAPVT XIX.

De Voce.

PLATO vocem definit, *aut esse dicit*, spiritum ab animo per os eductum, ictumque ab aëre per aures, & cerebrum, sanguinemque ad animam usque traiectum. Per abusionem vero, *ac improprie* de irrationalibus etiam animalibus, inanimatisque *corporibus* vox dicitur, ut hinnitus *etiam*, ac strepitus *vox appellantur*. Proprie vero vox est *illa*, quae articulata fit, quippe quae conceptum mentis illustret, *adeoque* ἀπὸ τοῦ φωτὸς *a luce* φωνὴ *vox* nominatur. EPICVRVS *ait* vocem esse fluxum a voceantibus, sonantibus, vel strepentibus *corporibus* emissum. Eiusmodi vero fluxum in *ramenta*, *frusta*, *sive* particulas eiusdem figurae concidi; figura vero similia dicuntur esse rotunda rotundis, scalena, ac triangularia *scalenis*, *ac triangularibus sibi similibus*, *aut* homogeneis. His

ΚΕΦ. ΙΘ.

Περὶ Φωνῆς.

Πλάτων τὴν φωνὴν ὁρίζεται, πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἠγμένον, καὶ πληγὴν ὑπὸ ἀέρος δι' ὤτων, καὶ ἐγκεφάλου καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς διαδιδομένην. Λέγεται δὲ καὶ καταχρηστικῶς ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων φωνὴ, καὶ τῶν ἀψύχων, ὡς χρεμετισμοὶ, καὶ ψόφοι. κυρίως δὲ φωνὴ ἡ ἔναρθρός ἐστιν, ὡς φωτίζουσα τὸ νοούμενον. Ἐπίκουρος τὴν φωνὴν εἶναι ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων, ἢ ἠχούντων, ἢ ψοφούντων. τοῦτο δὲ τὸ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύσματα. ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ, καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιογενέσι. τούτων δ' ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς, ἀπο-

CAP. XVIII.

Gal. c. XXVI

(1) Xylander hic quidem vocem φλέβας, quae in Galeno quoque conspicitur, reddidit *nervos*; sive quod ipsi incogitanti vox una pro alia exciderit, sicuti in superioris Capitis fine τῶν ὀσμῶν interpretatur *sapores*; sive potius quod gustus sensationem non *venarum*, sed *nervorum* ope peragi existimaverit. Nihil ego tamen in Plutarchi textu mutaverim. Celebre est enim Veteres interdum *venae* nomine *nervos* intellexisse; quod nimirum arterias, sive, ut ipsi vocabant, *venas nervosas*, dum finduntur, ac tenuantur, in nervos abire putarent: qua ratione nervorum origo ab ipso corde repeti consueverat Videndus Aristoteles *Histor. Anim. Lib. III. c.* 3. & 5. Quin etiam hoc ipso sensu intelligi fortasse potuit, quod Aristoteles ipse *de Part. Animal. Lib. II. c.* 10. ait, quod Gustus, & Tactus φανερῶς ἠρτημένας πρὸς τὴν καρδίαν εἶναι *ex corde aperte dependent*.

ποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς. φανερὸν δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων, καὶ τῶν ἐκφυσώντων κναφέων τοῖς ἱματίοις. Δημόκριτος καὶ τὸν ἀέρα φησὶν εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι σώματα· (ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις) καὶ συγκαλινδεῖσθαι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς θραύσμασι.

> Κολοιὸς γὰρ παρὰ κολοιὸν ἱζάνει,

Καὶ

> Ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον.

Καὶ γὰρ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς αἱ ὅμοιαι ψῆφοι κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους ὁρῶνται· κατ' ἄλλο μὲν αἱ σφαιροειδεῖς, κατ' ἄλλο δὲ αἱ ἐπιμήκεις. καὶ ἐπὶ τῶν κοσκινευόντων δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναυλίζεται τὰ ὁμοιοσχήμονα, ὥστε χωρὶς εἶναι τοὺς κυάμους, καὶ ἐρεβίνθους. Ἔχοι δ' ἄν τις πρὸς τούτοις εἰπεῖν, Πῶς ὀλίγα θραύσματα πνεύματος μυρίανδρον ἐκπληροῖ θέατρον; Οἱ δὲ Στωϊκοὶ φασι τὸν ἀέρα μὴ συγκεῖσθαι ἐκ θραυσμάτων, ἀλλὰ συνεχῆ εἶναι, δι' ὅλου μηδὲν κενὸν ἔχοντα. ἐπειδὰν δὲ πληγῇ πνεύματι, κυματοῦσθαι κατὰ κύκλους ὀρθοὺς εἰς ἄπειρον, ἕως πληρώσῃ τὸν περικείμενον ἀέρα, ὡς ἐπὶ τῆς

His vero *particulis* in aures incidentibus vocis sensationem effici. Id autem manifestum fieri *existimavit* ex utribus perfluentibus, atque fullonibus vestes inflantibus. Democritus dicit (1) *ipsum* quoque aërem in *exigua* corpora similis figurae conteri; figura vero similia *corpora* dicuntur *esse* teretia teretibus, & *eas aëris ita concisi particulas* una cum particulis *sibi similibus* ex voce *emissis* volutari (2).

> *Monedula enim prope monedulam sedet.*

Et

> *Semper adducit Deus simile ad* sibi *simile*

Siquidem in litoralibus etiam locis similes calculi iisdem in locis *sibi invicem proximi* conspiciuntur; *ut* alibi quidem sphaerici, alibi vero oblongi; quumque *diversa, variique generis legumina* cribrantur, in locum eumdem congregantur *illa, quae* figura similia *sint*, ut fabae, ac ciceres seorsim *positi, seiunctique* sint. Ad ista tamen reponere quis possit, Quomodo pauca spiritus ramenta, *aërisve concisi particulae* theatrum *aliquod* implere possint, in quo decem hominum *auditorumque* millia *reperiantur*? Stoici dicunt aërem non ex particulis *interiecto inani discretis, disgregatisque* componi; sed continuum *illum* esse, nullumque omnino inane *spatium* habere. Vbi vero *aër ipse vocali* spiritu percussus fuerit, *asserunt illum* per rectos circulos in infinitum fluctuare, donec circumpositum aërem *eodem ipso motu* repleat; ut in piscina *contingit, quae* lapide per-

S A P. XIX.

P 2

(1) Democriti verba nobis servavit Empiricus *Lib. I. adv. Logic. segm.* 117. 118. Καὶ γὰρ ζῷα, φησίν, ὁμογενέσι ζώοις συναγελάζεται, ὡς περιστεραὶ περιστεραῖς, καὶ γέρανοι γεράνοις, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀλόγων. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων. καθάπερ ὁρᾶν πάρεστιν ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων. ὅπου μὲν γὰρ κατὰ τὸν κοσκίνου δῖνον διακριτικῶς φακοὶ μετὰ φακῶν τάσσονται, καὶ κριθαὶ μετὰ κριθῶν, καὶ πυροὶ μετὰ πυρῶν. ὅπου δὲ κατὰ τὴν τοῦ κύματος κίνησιν, αἱ μὲν ἐπιμήκεις ψηφῖδες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ταῖς ἐπιμήκεσιν ὠθοῦνται, αἱ δὲ περιφερεῖς ταῖς περιφερέσιν, ὡς ἂν συναγωγόν τι ἐχούσης τῶν πραγμάτων τῆς ἐν τούτοις ὁμοιότητος. *Animantia enim, inquit, simul congregantur cum eiusdem generis animantibus, ut columbae cum columbis, & grues cum gruibus, & ita in aliis brutis. Similiter autem & in inanimis, ut licet videre in seminibus, quae cribrantur, in lapillis, qui educuntur a fluctibus; quum ex cribri quidem circumactione separatim lens cum lente collocetur, ordeum cum ordeo, & frumentum cum frumento. Ex undarum autem motione oblongi quidem calculi pellantur ad eumdem locum, quo oblongi; teretes autem, ad quem teretes, utpote rerum in his similitudine habente vim quamdam congregandi.*

(2) Adagium, quod etiam a Suida profertur in κολοιός. Videndus ibi Schottus.

percussa *fuerit*. Atque ipsa quidem circulariter *solum in superficie* movetur; aër vero sphaerice (1) *quamcumque in partem in orbem agitatur*. ANAXAGORAS *ait* vocem fieri spiritu in solidum quidem *densioremve* aërem incidente; eius autem ictus conversione, *reditu, vel repercussu* ad aures usque perveniente (2): qua ratione *eum* quoque sonum, *aut vocem* fieri *existimavit*, quae dicitur Echo.

τῆς κολυμβήθρας τῆς πληγείσης λίθῳ. κ̀ αὕτη μὲν κυκλικῶς κινεῖται, ὁ δ' ἀὴρ σφαιρικῶς. Ἀναξαγόρας τὴν Φωνὴν γίνεσθαι πνεύματος ἀντιπεσόντος μὲν στερεμνίῳ ἀέρι, τῇ δ' ὑποστροφῇ τῆς πλήξεως, μέχρι τῶν ἀκοῶν προσενεχθέντος· καθὸ καὶ τὴν λεγομένην ἠχὼ γίνεσθαι.

CAPVT XX.

An incorporea sit Vox; & quomodo fiat Echo.

PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES *vocem* incorpoream *esse putarunt*. Non enim aërem *ipsum*, sed aëris *solum* figuram, & superficiem, iuxta qualitatem ictus, vocem evadere, *ipsamque vocem efficere existimarunt*: quaelibet porro *corporis* superficies incorporea est; siquidem *illa* cum corporibus quidem una movetur, ipsa vero corporis expers omnino quiescit. Sicuti in inflexa virga superficies quidem nihil patitur; materia vero sola est *illa*, quae inflectitur. STOICI vocem corpus *esse dixerunt*. Quidquid enim agit, vel *aliquid* efficit, corpus *est*; vox autem *aliquid* operatur, atque efficit: etenim audimus, atque sentimus illa in auditum *nostrum* incidente, & *formam* in ipso, veluti annulus in cera, imprimente. Insuper *etiam* omne, quod *delectando* movet, vel *moleste* perturbat, corpus est; concinnitas autem *vocis* nos movet, inconcinnitas vero conturbat. Ad haec omne, quod movetur, corpus est; movetur autem vox, atque in laevigata loca incidit, atque *inde* reflectitur, sicuti in pila in murum proiecta *contingit*. Itaque in Aegypti pyramidibus vox una intra edita quatuor, vel etiam quinque voces, *sive repetitos sonos*, efficit.

ΚΕΦ. Κ.

Εἰ ἀσώματος ἡ Φωνὴ, κ̀ πῶς Ἠχὼ γίνεται.

ΠΥθαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης ἀσώματον. Οὐ γὰρ τὸν ἀέρα, ἀλλὰ τὸ σχῆμα τὸ περὶ τὸν ἀέρα, κ̀ τὴν ἐπιφάνειαν, κατὰ ποιὰν πλῆξιν γίνεσθαι Φωνήν· πᾶσα δὲ ἐπιφάνεια ἀσώματος. Συγκινεῖται μὲν γὰρ τοῖς σώμασιν, αὐτὴ δὲ ἀσώματος πάντως καθέστηκεν· ὥσπερ ἐπὶ τῆς καμπτομένης ῥάβδου, ἡ μὲν ἐπιφάνεια οὐδὲν πάσχει, ἡ δὲ ὕλη ἐστὶν ἡ καμπτομένη. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ σῶμα τὴν Φωνήν. Πᾶν γὰρ τὸ δρώμενον, ἢ κ̀ ποιοῦν, σῶμα· ἡ δὲ Φωνὴ ποιεῖ, κ̀ δρᾷ. ἀκούομεν γὰρ αὐτῆς, κ̀ αἰσθανόμεθα προσπιπτούσης τῇ ἀκοῇ, κ̀ ἐκτυπούσης, καθάπερ δακτύλιον εἰς κηρόν. Ἔτι πᾶν τὸ κινοῦν, κ̀ ἐνοχλοῦν, σῶμά ἐστι· κινεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ εὐμουσία, ἐνοχλεῖ δὲ ἡ ἀμουσία. Ἔτι πᾶν τὸ κινούμενον, σῶμά ἐστι· κινεῖται δὲ ἡ Φωνὴ, κ̀ ἐμπίπτει εἰς τοὺς λείους τόπους, καὶ ἀντανακλᾶται, καθάπερ ἐπὶ τῆς σφαίρας τῆς βαλλομένης εἰς τοῖχον. Ἐν γοῦν ταῖς κατ' Αἴγυπτον πυραμίσιν ἔνδον Φωνὴ μία ῥηγνυμένη τέτταρας, ἢ καὶ πέντε ἤχους ἀπεργάζεται.

CA- ΚΕΦ.

(1) Galenus pro σφαιρικῶς habet σφαιροειδῶς; sed utraque lectio recipi, probarique potest.

(2) Haec vocis definitio, quae Anaxagorae a Plutarcho tribuitur, a Laërtio *Lib. II. seg.* 17. Archelao adscribitur. Facile uterque idem senserat.

ΚΕΦ. ΚΑ.

Πόθεν αἰσθητικὴ γίνεται ἡ Ψυχὴ, ϗ τί αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν.

ΟΙ Στωϊκοὶ φασιν εἶναι τῆς ψυχῆς ἀνώτατον μέρος τὸ ἡγεμονικὸν τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας, ϗ τὰς συγκαταθέσεις, ϗ αἰσθήσεις, ϗ ὁρμάς· καὶ τῦτο λογισμὸν καλοῦσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμονικῦ ἑπτὰ μέρη εἰσὶ τῆς ψυχῆς ἐκπεφυκότα, ϗ ἐκτεινόμενα εἰς τὸ σῶμα, καθάπερ αἱ ἀπὸ τῦ πολύποδος πλεκτάναι. Τῶν δὲ ἑπτὰ μερῶν τῆς ψυχῆς πέντε μὲν εἰσὶ τὰ αἰσθητήρια, ὅρασις, ὄσφρησις, ἀκοὴ, γεῦσις, ϗ ἁφή. Ὧν ἡ μὲν ὅρασίς ἐςι πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ ἡγεμονικῦ μέχρις ὀφθαλμῶν· ἀκοὴ δὲ πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ ἡγεμονικῦ μέχρις ὤτων· ὄσφρησις δὲ πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι μυκτήρων λεπτῦνον· γεῦσις δὲ πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι γλώττης· ἁφὴ δὲ πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τῦ ἡγεμονικῦ μέχρις ἐπιφανείας εἰς θίξιν εὐαίσθητον προσπιπτόντων. Τῶν δὲ λοιπῶν ὁ μὲν λέγεται σπέρμα, ὅπερ καὶ αὐτὸ πνεῦμά ἐςι διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῶν παραςατῶν· τὸ δὲ φωνᾶεν ὑπὸ τῦ Ζήνωνος εἰρημένον, (ὃ ϗ φωνὴν καλοῦσιν) ἔςι πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τῦ ἡγεμονικῦ μέχρι φάρυγγος, ϗ γλώττης, ϗ τῶν οἰκείων ὀργάνων. Αὐτὸ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν, ὥσπερ ἐν κόσμῳ, κατοικεῖ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σφαιροειδεῖ κεφαλῇ.

ΚΕΦ.

CAPVT XXI.

Vnde Anima sentiat, & quae princeps Animae *ipsius pars* sit.

STOICI supremam Animae partem *ipsius etiam* principem esse dicunt, quae phantasias, & assensiones, & sensationes, & appetitus efficit; atque hanc *ipsam principem Animae partem* ratiocinationem vocant. A principe vero *Animae* parte septem *aliae* Animae partes enatae, atque per corpus extensae sunt, quemadmodum *fere* cirri, *vel brachia* a polypode *extenduntur*. Ex *eiusmodi* vero septem Animae partibus quinque quidem sunt sensoria, *vel sensuum sedes*, Visus *nimirum*, Olfactus, Auditus, Gustus, & Tactus. Quorum *sensuum* Visus quidem est spiritus a principe *Animae* parte ad oculos usque porrectus. Auditus autem spiritus ab *eadem* principe parte ad aures usque extensus. Olfactus vero spiritus a principe parte ad nares usque attenuatus. Gustus autem spiritus ab *ipsa* parte principe extensus usque ad linguam. Tactus vero spiritus (1) ab *eadem* principe *Animae* parte usque ad superficiem *corporum*, quae in Tactum facile sensitivum incidant, diffusus. Reliquarum vero *Animae partium* haec quidem dicitur semen, quod & ipsum spiritus est a principe *Animae* parte usque ad parastatas extensus; *altera vero pars* illa, a Zenone vocalis (2) appellata, quam *Stoici* vocem etiam nominant, est spiritus a principe parte ad pharyngem usque, *vel asperam arteriam*, & linguam, & organa *sibi* propria, *& accommodata* extensus. Ipsa vero princeps *Animae* pars in sphaerico capite nostro (3), veluti in Mundo, habitat.

CA-

CAP. XXI.
Gal. C. XXVIII.

(1) Xylander interpretatur: *spiritus propagatus usque ad superficiem, ut facile sentiat occurrentia*; adeoque sensum potius, quam Plutarchi verba, nobis expressit. Pressior Budaeus: *spiritus ad superficiem tendens, rerum tactui facile sensili obnoxiarum.*

(2) Galenus pro φωνᾶεν legit φωνητικόν.

(3) Plutarchus noster hic certe fallitur, sibique non constat. Dixerat Cap. V. Animam a Stoicis omnibus in corde, veluti sede, collocari, quod a Scriptoribus etiam aliis asseritur. Quin etiam Plutarchus ipse

CAPVT XXII. / ΚΕΦ. ΚΒ.

De Respiratione.

EMPEDOCLES (1) primam primi, *recensque geniti* animalis respirationem fieri *existimavit* humiditate in infantibus separationem accipiente, *sensimque a corporibus exeunte*, ac *vicissim* exteriori aëre in vacua, & aperta *corporis* vasa *respirationi destinata* ingrediente. Deinde vero ingenito calore *internum* aërem ad exteriora impetu iam protrudente exspirationem *fieri existimavit*; contraria vero, *sive reciproca* recessione *caloris* introrsum, reditum aëri praebente, inspirationem. *Respirationem* vero, quae nunc fit, *oriri putat* a sanguine ad *corporis* superficiem delato, suisque effluxibus aërem per nares extrudente; *adeoque* aëris ipsius discessione, *vel egressu* exspirationem fieri. *Eodem vero sanguine* rursus *ad cor* remeante, atque aëre in raritates, *vel inania loca* a sanguine *relicta* introducto, inspirationem. ASCLEPIADES autem hoc *ipsum* in clepsydra, *velut exemplo*, demonstrat (2). Etenim *ille* pulmonem infundibuli instar constituit, caussamque inspirationis *esse* sup-

Περὶ Ἀναπνοῆς.

ΕΜπεδοκλῆς τὴν πρώτην ἀναπνοὴν τῦ πρώτου ζώυ γενέσθαι, τῆς ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, προς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τῆς ἔξωθεν τῦ ἐκτὸς ἀερώδους γινομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων. τὸ δὲ μετὰ τῦτο ἤδη τῦ ἐμφύτου θερμοῦ τῇ πρὸς τὸ ἐκτὸς ὁρμῇ τὸ ἀερῶδες ὑπαναθλίβοντος τὴν ἐκπνοὴν, τῇ δ' εἰς τὸ ἐντὸς ἀνθυποχωρήσει τῷ ἀερώδει τὴν ἀντεπείσοδον παρεχομένυ τὴν εἰσπνοήν· τὴν δὲ νῦν κατέχουσαν φερομένου τῦ αἵματος ὡς πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὸ ἀερῶδες διὰ τῶν ῥινῶν ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιῤῥοίαις ἀναθλίβοντος, ϗ τὴν ἐκχώρησιν αὐτοῦ γίνεσθαι τὴν ἐκπνοήν· παλινδρομοῦντος δὲ, ϗ τοῦ ἀέρος ἀντεπεισαχθέντος εἰς τὰ διὰ τοῦ αἵματος ἀραιώματα, τὴν εἰσπνοήν. Ὑπομιμνήσκει δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῆς κλεψύδρας Ἀσκληπιάδης· τὸν μὲν πνεύμονα χώνης δίκην

pse Libro de *Commun. Notion.* adversus Stoicos miratur ipsos τας ἀρετας, καὶ τας κακίας, πρὸς δὲ ταύταις τὰς τέχνας, καὶ τας μνημας πάσας, ἔτι δὲ φαντασίας, καὶ πάθη, καὶ ὁρμὰς, καὶ συγκαταθέσεις, σώματα ποιουμένους, ἐν μηδενὶ φάναι κεῖσθαι, μηδὲ ὑπάρχειν, τόπον τινὰ ἕνα τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ πόρον στιγμιαῖον ἀπολιπεῖν, ὅπου τὸ ἡγεμονικὸν συνελαύνουσι τῆς ψυχῆς, *virtutes, vitia, artes, memorias omnes, visa, affectiones, incitationes, & assensiones, quum faciant corpora, nullibi locum iis statuentes, in corde unicum iis relinquere meatum puncti magnitudine, quo principem animi partem contrudunt.* Ergo, ubi nunc Stoicos animam in cerebro collocasse dicit, Platonicorum opinionem Stoicis ipsis perperam adscribit.

CAP. XXII

(1) Clarius haec ipsa Empedoclis opinio ab Aristotele *in Libro de Respiratione c.* 7. subiects etiam Empedoclis versibus exhibetur: Γίνεσθαι δέ φησι τὴν ἀναπνοὴν, καὶ ἐκπνοὴν, διὰ τὸ φλέβας εἶναί τινας, ἐν αἷς ἔνεστι μὲν αἷμα, οὐ μέν τοι πλήρεις εἰσὶν αἵ-

μασι, ἔχουσι δὲ πόρους εἰς τὸν ἔξω ἀέρα, τῶν μὲν τοῦ αἵματος μορίων ἐλάττους, τῶν δὲ τοῦ ἀέρος μείζους. διὸ τὸ αἵματος κινεῖσθαι ἄνω καὶ κάτω πεφυκότος· κάτω μὲν φερομένου, εἰσρεῖν τὸν ἀέρα, καὶ γίνεσθαι ἀναπνοήν, ἄνω δὲ ἰόντος ἐκπίπτειν θύραζε, καὶ γίνεσθαι τὴν ἐκπνοὴν, παρεικάζων τὸ συμβαῖνον ταῖς κλεψύδραις: *Porro respirationem, & exspirationem fieri asserit, propterea quod venae quaedam habeantur, in quibus inest quidem sanguis, non tamen plenae sunt eodem; sed meatus extra prominentes obtinent, sanguinis quidem partibus angustiores, aeris vero ampliores. Ideoque, quum sanguis aptus sua natura sit sursum & deorsum moveri, quando deorsum fertur, aerem effluere, & respirationem fieri: quando vero sursum commeat, aerem influere, & expirationem committi praedicat. quod ubi evenit, ei quod in vasis accidit, quas clepsydras vocamus, assimilans.*

„ (2) *Xylander* „ Ἀπεικάζει. Παρεικάζει Manuscri„ptus.

Sed ex Aristotele iam demonstravi hoc ipsum clepsydrae exemplum ab Empedocle usurpatum fuisse.

δίκην συνίστησιν, αἰτίαν δὲ τῆς ἀναπνοῆς τὴν ἐν τῷ θώρακι λεπτομέρειαν ὑποτίθεται, πρὸς ἣν τὸν ἔξωθεν ἀέρα ῥεῖν τε, καὶ φέρεσθαι παχυμερῆ ὄντα. πάλιν δὲ ἀπωθεῖσθαι, μηκέτι τοῦ θώρακος οἵουτε ὄντος μήτ' ἐπεισδέχεσθαι, μήθ' ὑστερεῖν· ὑπολειπομένου δέ τινος ἐν τῷ θώρακι λεπτομεροῦς ἀεὶ βραχέος, (οὐ γὰρ ἅπαν ἐκκρίνεται) πρὸς τοῦτο πάλιν τὸ ἴσω ὑπομένον βαρύτητα τοῦ ἐκτὸς ἀντεπεισφέρεται. Ταῦτα δὲ ταῖς σικύαις ἀπεικάζει. Τὴν δὲ κατὰ προαίρεσιν ἀναπνοὴν γίνεσθαί φησι συναγομένων τῶν ἐν τῷ πνεύμονι λεπτοτάτων πόρων, καὶ τῶν βραγχίων στενουμένων· τῇ γὰρ ἡμετέρᾳ ταῦθ' ὑπακούει προαιρέσει. Ἡρόφιλος δυνάμεις ἀπολείπει περὶ τὰ σώματα τὰς κινητικὰς ἐν νεύροις, ἐν ἀρτηρίαις, ἐν μυσί. Τὸν οὖν πνεύμονα νομίζει μόνον ὀρέγεσθαι διαστολῆς τε, καὶ συστολῆς φυσικῶς· εἶτα δὲ καὶ τἄλλα. Ἐνέργειαν μὲν εἶναι τοῦ πνεύμονος, τὴν ἔξωθεν τοῦ πνεύματος ὁλκήν· ὑπὸ δὲ τῆς πληρώσεως τῆς θύραθεν γινομένης ἐφέλκεται. Παρακειμένως δὲ διὰ τὴν δευτέραν ὄρεξιν ἐπ' αὐτὸν ὁ θώραξ τὸ πνεῦμα μετοχετεύων, πληρωθεὶς δὲ, καὶ μηκέτι ἐφέλκεσθαι δυνάμενος, πάλιν εἰς τὸν πνεύμονα τὸ περιττὸν ἀντιμεταῤῥεῖ, δι' οὗ πρὸς τὰ ἐκτὸς

supponit exilitatem thoracis, *aëris nempe in thorace positi raritatem*, ad quam extrinsecus aër fluere, & ferri *conetur*, quum crassior sit. Iterum vero *aërem ipsum antea receptum* extrudi, quum thorax amplius *aërem* recipere, neque *tamen alio novoque aëre* carere possit. *Aëre* vero quodam(1) exili, semperque celeri in thoraee relicto (non enim *aër* omnis *exspirando* excernitur) ad hunc rursus aequaliter constitutum, *eadem nempe raritate praeditum*, exterioris (2) *aëris* gravitas, *hoc est gravior externus aër* defertur. Haec autem *Asclepiades ipse* cucurbitulis assimilat. Spontaneam vero expirationem fieri dicit exiguis poris, qui in pulmone sunt, contractis, branchiisque compressis; siquidem haec electioni nostrae obediunt. Herophilus vires corporum motrices nervis, arteriis, musculis adscribit. Itaque pulmonem existimat systolem solum, ac diastolem vere appetere, *atque efficere*; deinde vero & ceteras *quoque* (3) *corporis partes, ad illam conferre*. Ac pulmonis quidem vim, *opusque* esse dicit extrinseci *aëris*, *aut* spiritus attractionem, qui donec confertior ad orificium usque pervenerit, trahitur. *Deinde* vero cohaerenterque, propter secundam appetentiam, *hoc est attractionis nisum*, thorax spiritum in se ipsum derivans, *atque ipso* repletus, neque *aërem alium* amplius trahere potens (4), superfluum *aërem* in pulmonem immittit, per quem secretiones versus ex-

(1) Galenus hic legit τοῖς ἐν τῷ σώματι ὑπὸ λεπτομεροῦς ἀεὶ βραχέος: *quum in corpore aliqua portio aeris perpetuo pauca relinquatur*.

(2) *Xylander* „ Manuscriptus ἔσω, quod omnino reponendum est pro ἴσω; & pro ὑπ' αὐτὸν, „ ἐπ' αὐτὸν Sed & reliqua sunt, ut multa alia „ [& κόλπον nihil hic facit] mutila, & prava

(3) Plutarchi textum hic mutilum, & hiulcum esse vix dubitem; ut ipsum proinde rationem, verborumque contextum sequutus, suppleverim. Dicit Herophilus vires corporum motrices in nervis solum, arteriis, ac musculis reperiri; adeoque non aliam pulmoni vim insitam esse, quam ut systolem, diastolemque appetat. Ergo, quum Plutarchus subdit καὶ τ' ἄλλα, perspicue apparet ibi exprimendum, vel intelligendum esse, quod alia corporis membra nervis, musculis, arteriisque praedita systolem illam, ac diastolem perficiunt; ut proinde καὶ τ' ἄλλα μέρη *& aliae partes*, vel quidpiam simile intellig., suppleri que debeat. Ita Plutarchus exposita iam tum pulmonis, tum thoracis functione subdit τῶν σωματικῶν μερῶν ἀντιπασχόντων ἀλλήλοις *corporis partibus in se se mutuo agentibus*. Ergo praecebeat ad respirationem, motusque illos pulmonem appetitu sibi natura indito. καὶ τ' ἄλλα μέρη *& alias quoque corporis partes conferre*.

(4) Paullo aliter haec Herophili opinio a Galeno describitur: ὑπὸ δὲ τῆς πληρώσεως τῆς ἔξωθεν γινομένης μὴ δυνάμενον εἰς τὸν θώρακα ἐφέλκεσθαι τὸ περιττὸν ἀναπέμπειν, τὸν δὲ εἰς τὸν ἔξωθεν ἀέρα ἀπωθεῖν· ὡς τέτταρας &c. *ob repletionem autem, quae extrinsecus accidit, quum attrahere nequeat in thoracem, supervacaneum amandare, ipsumque foras in aerem expellere: proindeque quatuor &c.*

exteriora *corporis membra* fiunt, *ita variis* corporis partibus in ſeſe mutuo agentibus. Etenim aliquando diaſtole, *vel* pulmonis *dilatatio* producitur mutua participatione tum repletionis, tum exinanitionis facta. Itaque quatuor in pulmone motus reperiuntur. Ac primus quidem *eſt ille*, ſecundum quem aërem ab extrinſeco recipit; ſecundus vero, quo illud ipſum, quod in orificio receptum eſt, intra ipſum ad thoracem influit; tertius, quo aërem a thorace compreſſum iterum *pulmo* in ſe recipit; quartus, quo & illud idem, quod ex converſione in illum venerat, foras emittit. Eiuſmodi vero motuum duo quidem diaſtoles, *vel dilatationes* ſunt, haec quidem ab extrinſeco, haec vero a thorace *facta*; duo vero ſyſtoles, *vel contractiones*; haec quidem quando thorax ſpiritum in ſeipſum attraxerit; illa vero quando thorax ipſe aërem in *pectus*, *aut* ſinum ſecreverit. Siquidem duo ſolum *motus in thorace*, *vel* circa thoracem fiunt; diaſtole quidem quum *aërem* pulmone trahit; ſyſtole vero quando *aërem* ipſum rurſus reddit.

τὸς τὰ τῆς ἀποκρίσεως γίνεται, τῶν σωματικῶν μερῶν ἀντιπασχόντων ἀλλήλοις. Ὅτε μὲν γὰρ διαστολὴ γίνεται πνεύμονος ταῖς ἀλλήλων ἀντιμεταλήψεσι, πληρώσεώς τε, καὶ κενώσεως γινομένης, ὡς τέτταρας μὲν γίνεσθαι κινήσεις περὶ τὸν πνεύμονα· τὴν μὲν πρώτην, καθ' ἣν ἔξωθεν ἀέρα δέχεται· τὴν δὲ δευτέραν, καθ' ἣν τοῦθ' ὅπερ ἐδέξατο θύραθεν, ἐντὸς αὐτοῦ πρὸς τὸν θώρακα μεταῤῥεῖ· τὴν δὲ τρίτην, καθ' ἣν τὸ ἀπὸ τοῦ θώρακος συστελλόμενον, αὖθις εἰς αὐτὸν ἐκδέχεται· τὴν δὴ τετάρτην, καθ' ἣν καὶ τὸ ἐξ ὑποστροφῆς ἐν αὐτῷ γινόμενον, θύραζε ἐξερᾷ. Τούτων δὲ τῶν κινήσεων δύο μὲν εἶναι διαστολάς, τήν τε ἔξωθεν, τήν τε ἀπὸ τοῦ θώρακος· δύο δὲ συστολάς, τὴν μὲν, ὅταν ὁ θώραξ ὑπ' αὐτὸν τὸ πνευματικὸν ἑλκύσῃ, τὴν δὲ, ὅταν αὐτὶς εἰς τὸν κόλπον ἀέρα ἀποκρίνῃ. Δύο γὰρ μόναι γίνονται περὶ τὸν θώρακα· διαστολὴ μὲν, ὅταν ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἐφέλκηται, συστολὴ δὲ, ὅταν αὐτὸ πάλιν ἀνταποδιδῷ.

CAPVT XXIII.

De paſſionibus corporeis, & utrum Anima quoque *cum illo patiatur*, ac doleat.

STOICI paſſiones quidem in affectis locis, ſenſus vero in principe *Animae* parte *conſtituunt*. EPICVRVS *autem* cum paſſiones, tum ſenſus *etiam* in affectis locis *eſſe*, *vel peragi exiſtimavit*. Etenim princeps pars *Animae* paſſionis expers *eſſe debet*. STRATO tum paſſiones Animae, tum ſenſus *etiam* in principe *ſolum* parte, non in affectis locis, conſiſtere *ait*. Siquidem in ipſa tolerantia reperitur(1): ut in gravibus, ac dolorificis rebus, ut in fortibus *etiam*, ac timidis *viris obſervatur*.

Quin-

ΚΕΦ. ΚΓ.

Περὶ παθῶν σωματικῶν, καὶ εἰ συναλγεῖ τούτῳ ἡ Ψυχή.

ΟΙ Στωϊκοὶ τὰ μὲν πάθη ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις, τὰς δὲ αἰσθήσεις ἐν τῷ ἡγεμονικῷ. Ἐπίκουρος καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις· τὸ γὰρ ἡγεμονικὸν ἀπαθές. Στράτων καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, οὐκ ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις συνίστασθαι. ἐν γὰρ ταύτῃ κινεῖσθαι τὴν ὑπομονὴν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν δεινῶν, καὶ ἀλγεινῶν, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ἀνδρείων, καὶ δειλῶν.

Τοῦ

CAP. XXIII.

(1) *Xylander* ,, Pro κινεῖσθαι Budaeus legit κεῖσθαι, quod probarem, etiam ſi ſcriptus errorem ,, admiſiſſet. Locus eſt miſere mutilus.

Galenus etiam habet κεῖσθαι, quae proinde vera lectio cenſeri iam debet.

Τῦ πέμπτυ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ βιβλίυ περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς Φιλοσόφοις Κεφάλαια.

Πό-

Libri V. Plutarchi de Placitis Philosophorum Capita.

Q Quan-



ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ

Β Ι Β Λ Ι Ο Ν Ε.

PLVTARCHI DE PLACITIS PHILOSOPHORVM

L I B E R V.

ΚΕΦ. Ι.

Περὶ Μαντικῆς.



ΛΑΤΩΝ, καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὴν μαντικὴν εἰσάγουσι κατὰ τὸ ἔνθεον, ὅπερ ἐστὶν ἐνθουσιαστικόν· κατὰ θειότητα τῆς ψυχῆς, ὅπερ εἶπεν ἐνθουσιαστικόν, καὶ τὸ ὀνειροπολικόν. οὗτοι τὰ πλεῖστα μέρη τῆς μαντικῆς ἐγκρίνουσιν. Ξενοφάνης, καὶ Ἐπίκουρος ἀναιροῦσι τὴν μαντικήν. Πυθαγόρας δὲ μόνον τὸ θυτικὸν οὐκ ἐγκρίν-

CAPVT I.

De Divinatione.



LATO, ac STOICI divinationem admittunt (1) *tum* propter oestrum, quod *divinationis genus* afflatus divinus vocatur, tum propter animi divinitatem, quod enthusiasticum *genus* appellant, & ex somniorum conjectura; *adeoque* isti (2) plurimas divinationis partes admittunt. XENOPHANES, & EPICVRVS divinationem *omnem* auferunt. PYTHAGORAS vero immolatricem solum *divinationis speciem*, *quae* Sa-

CAP. I.

Galenus c. XXX.

(1) Longe clarior, & accuratior Galeni lectio, qui ita sententiam illam expressit . . . εἰσάγουσι, ᾗ γὰρ θεόπεμπτον εἶναι, ὅπερ ἐστὶν ἐνθεαστικόν, καὶ κατὰ θειότητα . . *admittunt*. *Etenim* quoddam divinat onis genus *esse a Deo missum*, *quod est divino afflatum Numine*, *&* *propter animi divinitatem* Gr. Ac certe quidem in Plutarchi textu prorsus immerito vox ἐνθουσιαστικὸν utrique divinationis generi tributa, adeoque repetita, conspicitur; ut priori proinde loco ἐνθεαστικὸν rescribi debeat. Ita mox in Galeno legitur ὀνειροπολικόν, καὶ τὸ ἀστρονομικόν, καὶ ὀρνεοσκοπικὸν divinationis genus, *quod somnia interpretatur*, *quod astrorum aspectus*, & influxûs *explicat*, *&* *quod auguratur*.

(2) Integra haec periodus in Galeno desideratur, vel ut inutilis omissa fuit.

sacrificiis peragitur, reprobat (1). ARISTOTELES, & DICAEARCHVS solum *divinationis genus*, quod enthusiasmo, somniisque fiat, introducunt; animum *nempe* non immortalem quidem, divini tamen cuiusdam *numinis* participem, esse putantes.

κρίνει. Ἀριστοτέλης, καὶ Δικαίαρχος τὸ κατ' ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι, καὶ τοὺς ὀνείρους, ἀθάνατον μὲν εἶναι οὐ νομίζοντες τὴν ψυχὴν, θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.

CAPVT II.

Quomodo somnia fiant.

DEMOCRITVS somnia fieri *existimavit* propter imaginum appulsus (2). STRATO animi natura, *seu parte* (3) rationis experte, quae in somnis maiorem quodammodo sentiendi vim aquirat, ideoque cognitionis capax efficiatur. HEROPHILVS (4) somnia *quidem* divinitus inspirata necessario contingere, *vel necessitate fieri putavit*; naturalia vero *oriri dixit ab* anima, quae *aliquid* sibi conveniens, atque exinde futu-

ΚΕΦ. Β.

Πῶς ὄνειροι γίνονται.

Δημόκριτος τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις. Στράτων ἀλόγῳ φύσει τῆς διανοίας ἐν τοῖς ὕπνοις αἰσθητικωτέρας μέν πως γινομένης παρ' αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ γνωστικῷ κινουμένης. Ἡρόφιλος τοὺς ὀνείρους· τοὺς θεοπνεύστους κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τοὺς δὲ φυσικοὺς, ἀνειδωλοποιουμένης ψυχῆς τὸ συμ-

(1) Oppositam prorsus sententiam Pythagorae hic affingit Galenus ubi pro οὐκ ἐγχωρεῖ legit οὐκ ἀναιρεῖ. *non tollit*. Sed certe ille fallitur, eiusque textus ex Plutarcho facile corrigendus erit, sive delendo οὐκ, sive rescribendo ἐγχωρεῖ. Siquidem haec opinio, quae Pythagorae hic a Plutarcho tribuitur, Pythagorae praeceptis, atque instituto mire consentit, qui Laertio teste *Lib. VIII. seg.* 20. Θυσίαις ἐχρῆτο ἀψύχοις *sacrificiis utebatur inanimatis*; quod Porphyrius etiam, & Suidas a Menagio laudati fusios exponunt. Ceterum, immolatrice solum excepta, reliquas divinationis species a Pythagora usurpatas esse Laertius ipse testatur: Μαντικῇ ἐχρῆτο τῇ διὰ τῶν κληδόνων τε, καὶ οἰωνῶν, ἥκιστα δὲ διὰ τῶν ἐμπύρων, ἔξω τῆς διὰ λιβάνου *divinatione utebatur, quae fit per vaticinia, & auguria, minimum vero ea, quae fit per ignem, thure tantum excepto*. Atque de his solum divinationis generibus intelligi Laertius debet ubi mox *seg.* 24. addit Pythagorae praeceptum esse Μαντικὴν πᾶσαν τιμᾶν *divinationem omnem honorare*; ut nihil proinde sit cur Casaubonus in Laertii textu rescribendum putaverit: Μαντικὴν οὐ πᾶσαν. Illud potius a Porphyrio perperam traditum quod Pythagoras τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ πρῶτος ἐχρήσατο *ea divinatione, quae thure fit, primus usus est*. Siquidem Homericis etiam temporibus haec ipsa divinationis species usurpata fuerat; unde ab Homero, qui hoc divinandi genere utebantur θυοσκόοι sunt appellati; quumque purior ille divinandi ritus in Etruris doceri, vel adhiberi soleret, inde *Thuscorum* nomen derivatum esse plures existimarunt. Qui plura de variis Divinationis generibus desideret etiam Fabricium adire poterit ad Empiricum *I. adversus Physicos*.

CAP. II

Gal. c XXX.

(2) Galenus hic pro παραστάσεις habet παρατηρήσεις, quod Charterius interpretatur *observationes*. Vtraque tamen lectio recipi, defendique poterit, si imagines illae non somni tempore nobis advenire dicantur; sed quum antea vigiliae tempore sensibus exceptae cerebroque impressae illae fuerint, in illo conserventur; dumque somni tempore excitantur, somnia in nobis efficere intelligantur. Itaque fortasse παρατηρήσεως nomine non *observatio*, sed *conservatio*, hic exprimitur: quod nempe imagines sensibus exceptae conserventur, atque ex illis iterum excitatis somnia producantur.

(3) Clarior, atque concinnior Galeni lectio αἰσθητικωτέρας μέν πως τῆς ψυχῆς γινομένης. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο γνωστικῆς γινομένης *quod anima in somnis quodammodo maiorem sentiendi vim aquirat, adeoque propterea cognoscendi vi praedita fiat*. Itaque lectionem hanc in Plutarchi textum recipere vix dubitaverim.

(4) Paullo aliter Galenus τῶν ὀνείρων τοὺς μὲν θεοπνεύστους *somniorum ea quidem, quae divinitus inspirata sint* &c.

συμφέρον αὐτῇ, καὶ τὸ πρὸς τούτοις, ἐσόμενον· τοὺς δὲ συγκριματικοὺς, ἐκ τῆς αὐτομάτου κατ' εἰδώλων πρόσπτωσιν ὅταν δὲ βουλόμεθα βλέπωμεν, ὡς ἐπὶ τῶν τὰς ἐρωμένας ἔχειν ἐν ὕπνῳ γίνονται.

turum, *vel eventurum* imaginetur; mixta vero, *vel composita somnia* fortuito *solum* iuxta imaginum appulsum *produci*; quum ea, quae *vigilando* appetimus, *in somnis* videmus: cuiusmodi (1) *somnia* in illis contingunt, qui amicis in somno potiri *se putant*.

ΚΕΦ. Γ.

Τίς ἡ οὐσία τῆς σπέρματος.

Αριστοτέλης, Σπέρμα ἐστὶ τὸ δυνάμενον κινεῖν ἐν ἑαυτῷ εἰς τὸ ἀποτελέσαι τὶ τοιοῦτον οἷόν ἐστι τὸ, ἐξ οὗ συνεκρίθη. Πυθαγόρας ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος τὸ σπέρμα, περίττωμα τῆς τροφῆς, ὥσπερ τὸ αἷμα, καὶ μυελόν. Ἀλκμαίων. ἐγκεφάλου μέρος. Πλάτων μυελοῦ τῆς νωτιαίου ἀπόῤῥοιαν. Ἐπίκουρος ψυχῆς, καὶ σώματος ἀπόσπασμα. Δημόκριτος, Ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν ὁ γόνος τῶν σαρκικῶν ἰνῶν.

ΚΕΦ

CAPUT III.

Quae sit substantia seminis.

Aristoteles (2) *ait*: Semen est *quidpiam*, quod in seipso moveri potest, ut aliquid tale, *vel eiusmodi* perficiat, quale sit illud, ex quo *semen ipsum* secretum fuerit. Pythagoras *esse dixit* optimi sanguinis spumam, *atque* alimenti superfluitatem, *prorsus* (3) ut sanguinem *ipsum*, ac medullam. Alcmaeo cerebri partem *esse putavit*. Plato vertebralis medullae effluvium. Epicurus *aliquid* ab anima, corporeque avulsum. Democritus ait: A corporibus totis, praecipuisque *corporis* partibus semen *excernitur*, *ut* carneis (4) fibris.

CA-

(1) Galenus hic habet ὡς ἐπὶ τῶν φιλούντων γίγνεται τὰς ἐρωμένας ὁρώντων εἰς ὕπνους *ut amantibus contingit, qui per somnia amicis frui videntur.*

Xylander,, Τὰς ἐρωμένας ἔχειν. Deest ὁμιλεῖν, ,, aut aliud tale. Sed in his libris hoc emendandi ge- ,, nere uti nolui.

Mihi quoque in eiusmodi Philosophorum Placitis, quae in hoc Libro a Plutarcho memorantur, parum immorari libuit, quamvis ipsorum singulis aut confirmandis, aut refellendis plurima tum ex veteribus, tum ex recentioribus etiam Medicis, ac Philosophis opportune proferri possent. Itaque ea solum, & quidem brevissime, complectar, quae Plutarchi textum misere plerumque mutilum, obscurum, aut vitiatum restituere, ac illustrare possint, quum cetera aliis ex fontibus hauriri debeant. Ingenue hic tamen fateri, Lectoremque monere iuvent, quod cum ex prioribus quatuor Plutarchi Libris maxima subinde utilitas haberi possit, atque in plerisque Philosophorum Placitis, quae ab illo exhibentur, Veterum solertia mire effulgeat, opiniones illae, quae in quinto proferuntur, rudiores sunt certe, si paucas admodum exceperis, quae cum accuratissimis Recentiorum Placitis conferri possint.

CAP. III.

Galen. c. XXXI.

(2) Clarius, atque uberius Aristotelis opinio a Galeno describitur: Ἀριστοτέλης σπέρμα εἶναι φησι τὸ περίττωμα τροφῆς, καὶ τῆς ἐσχάτης, ἢ τὸ αἷμα, ἢ τὸ ἀνάλογον, ἢ ἐκ τούτων τι τὸ δυνάμενον κινεῖν &c. *Aristoteles semen esse dicit excrementum alimenti ultimi, aut sanguinem, aut quid analogum, aut ex his aliquid, quod facultate pollet movendi &c.*

(3) Voces istae in Galeno desiderantur.

(4) Budaeus ait: *veluti carnosis fibris, & ossibus*; Amiotus autem solam *carneorum nervorum genituram* ex praecipuis corporis partibus secerni dixit. Fortasse legendum ὁ γόνος· ὡς τῶν σαρκῶν, ἰνῶν &c. Galenus tamen ita locum hunc exhibet . . . . κυριωτάτων μερῶν· οἷον τῶν σαρκικῶν, ὀστῶν, καὶ ἰνῶν τὸν γόνον ἀποῤῥεῖν.

CAPVT IV.

An semen corpus sit.

LEVCIPPVS, & ZENO *semen existimant esse* corpus; siquidem *illud ab anima avulsum*, *vel* animae avulsionem esse. PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES seminis quidem vim incorpoream esse *arbitrantur*, sicuti mentem, quae *corpus* movet; materiem vero, quae profunditur, corpoream. STRATO, & DEMOCRITVS *ipsam* quoque vim corpus esse, cum spiritalis *illa* sit.

ΚΕΦ. Δ.

Εἰ σῶμα τὸ σπέρμα.

ΛΕύκιππος, καὶ Ζήνων σῶμα· ψυχῆς γὰρ εἶναι ἀπόσπασμα. Πυθαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης ἀσώματον μὲν εἶναι τὴν δύναμιν τοῦ σπέρματος, ὥσπερ νοῦν τὸν κινοῦντα σωματικὴν δὲ τὴν ὕλην τὴν προχεομένην. Στράτων, καὶ Δημόκριτος καὶ τὴν δύναμιν σῶμα· πνευματικὴ γάρ.

CAPVT V.

An etiam feminae semen emittant.

PYTHAGORAS, EPICVRVS, DEMOCRITVS feminas etiam semen emittere *existimarunt*, parastatas enim, *sed* inverso (1) *tamen* situ, habent; adeoque etiam praeter usum appetitum habent. ARISTOTELES, & ZENO humidam quidem materiem, veluti sudores in exercitatione, *illas* effundere *arbitrantur*; non tamen *aliquid*, *quod* geniturae vi praeditum *sit*. HIPPO mulieres nihilo minus quam mares semen emittere; hoc tamen ad generationem non conferre quod extra uterum decidat; ideoque nonnullas, praesertim viduas, saepius absque viris genituram effundere; ac ossa quidem *in foetu* a mare, carnes autem a femina oriri *putavit*.

C A-

ΚΕΦ. Ε.

Εἰ καὶ αἱ θήλειαι προΐενται σπέρμα.

ΠΥθαγόρας, Ἐπίκουρος, Δημόκριτος καὶ τὸ θῆλυ προΐεσθαι σπέρμα. ἔχει γὰρ παραστάτας ἀπεστραμμένως· διὰ τοῦτο καὶ ὄρεξιν ἔχει παρὰ τὰς χρήσεις. Ἀριστοτέλης, καὶ Ζήνων ὕλην μὲν ὑγρὰν προΐεσθαι οἱονεὶ ἀπὸ τῆς συγγυμνασίας ἱδρῶτας, οὐ μὴν σπερματικόν. Ἵππων προΐεσθαι μὲν σπέρμα τὰς θηλείας οὐχ ἥκιστα τῶν ἀῤῥένων, μὴ μέντοι γε εἰς ζωογονίαν τοῦτο συμβάλλεσθαι, διὰ τὸ ἐκτὸς πίπτειν τῆς ὑστέρας. ὅθεν ὀλίγας προΐεσθαι πολλάκις δίχα τῶν ἀνδρῶν σπέρμα, καὶ τὰς μάλιστα χηρευούσας. καὶ εἶναι τὰ μὲν ὀστᾶ παρὰ τοῦ ἄῤῥενος, τὰς δὲ σάρκας παρὰ τῆς θηλείας.

ΚΕΦ.

CAP. V.

Gal. c. XXXI.

(1) Galenus levi varietate legit ἀπεστραμμένως *inversas*.

ΚΕΦ. ϛ.

Πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται.

ΑΡιστοτέλης τὰς μὲν συλλήψεις γίνεσθαι προανελκομένης μὲν ὑπὸ τῆς καθάρσεως τῆς μήτρας, τῶν δὲ καταμηνίων συνεπισπωμένων ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄγκου μέρος τι τοῦ καθαροῦ αἵματος· ὡς συμβαίνειν τὸν τοῦ ἄῤῥενος γόνον· μὴ γίνεσθαι δὲ τὰς κυήσεις παρ' ἀκαθαρσίαν τῆς μήτρας, ἢ ἐμπνευμάτωσιν, ἢ φόβον, ἢ λύπην, ἢ ἀσθένειαν τῶν γυναικῶν, ἢ δι' ἀτονίαν τῶν ἀνδρῶν.

ΚΕΦ. Ζ.

Πῶς ἄῤῥενα γίνεται, καὶ θήλεα.

ΕΜπεδοκλῆς ἄῤῥενα, καὶ θήλεα γίνεσθαι παρὰ θερμότητα, καὶ ψυχρότητα. ὅθεν ἱστορεῖται τοὺς μὲν πρώτους ἄῤῥενας πρὸς ἀνατολῇ, καὶ μεσημβρίᾳ γεγενῆσθαι μᾶλλον ἐκ τῆς γῆς, τὰς δὲ θηλείας πρὸς ταῖς ἄρκτοις. Παρμενίδης ἀντιστρόφως, τὰ μὲν πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἄῤῥενα βλαστῆσαι. τοῦ γὰρ πυκνοῦ μετέχειν πλείονος, τὰ δὲ πρὸς ταῖς μεσημβρίαις θήλεα, παρὰ τὴν ἀραιότητα. Ἱππῶναξ παρὰ τὸ συνεστὼς, ἢ καὶ ἰσχυρὸν, παρὰ τὸ ῥευστικόν τε, καὶ ἀσθενέστερον σπέρμα. Ἀναξαγόρας, Παρμενίδης τὰ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν καταβάλλεσθαι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη

CAPUT VI.

Quomodo conceptiones fiant.

ARistoteles *existimavit* conceptiones quidem fieri quod loci a purgatione sursum trahantur (1), ac menstrua ab universa *corporis* mole quandam puri sanguinis partem attrahant, ut in maris *etiam* semine contingit. Conceptus autem ipsos non contingere, *vel impediri putavit* ob locorum impuritatem, aut inflationem, aut pavorem, aut maerorem, aut infirmitatem mulierum, aut ob virorum languorem.

CAPUT VII.

Quomodo mares gignantur (2), *& feminae,*

EMpedocles (3) marem, ac feminam fieri *existimavit* iuxta calorem, & frigiditatem: unde memoratur primos quidem mares ad orientem, ac meridiem potius e terra natos esse; feminas autem ad boream. Parmenides vicissim *ait* boreales quidem *Terrae* partes mares produxisse; quod *illi* plus densitatis habeant; australes vero *partes produxisse* feminas propter raritatem. Hipponax *marem potius, aut feminam gigni dicis* prout semen consistens, validumque sit; aut fluxum, infirmiusque *fuerit*. Anaxagoras, Parmenides *existimarunt*, quae a dextris quidem *corporis partibus prodierint*, in dextras uteri partes dirigi, quae vero a sinistris in sinistras, *sicque mares produci*; sin vero mo-

CAP. VI.
Galen. c. XXXII.

(1) *Xylander* „ προανελκομένης. Manuscriptus παρελκομένης.

CAP. VII.
Gal. c. XXXII.

(2) *Xylander* „ Manuscriptus in inscriptione Capi„ tis γεννῶνται pro γίνονται.

(3) Galenus Empedocli Asclepiadem quoque coniungit. Haec autem Empedoclis opinio fusius, & accuratius a Censorino nobis exponitur *de die Natali c. X.* ubi varias etiam aliorum sententias exponit Qui plura desiderat, adire poterit Galenum in Libro *de* For-

motus *ille* inversus fuerit, feminas gigni. CLEOPHANES (1), cuius meminit ARISTOTELES, *existimavit* mares quidem ex dextro, feminas autem ex sinistro teste *generari*. LEVCIPPVS *id oriri putat* ex partium inversione, quod mas quidem colem, femina vero matricem habeat; hoc enim solum *Leucippus ipse* dicit. DEMOCRITVS partes quidem *maribus feminisque* communes *produci putat* ex quocumque parente prodierint; peculiares vero pro *alterutrius parentis, aut geniturae* praevalentia. HIPPONAX (2) *ait*: Si quidem semen praevaluerit, mas; sin vero alimentum, femina *producitur*.

ρη τῆς μήτρας, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ ἀριστερά· εἰ δ᾽ ἐναλλαγῇ τὰ τῆς καταβολῆς, γίνεσθαι θήλεα. Λεωφάνης (οὗ μέμνηται Ἀριστοτέλης) τὰ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ διδύμου, τὰ δὲ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ. Λεύκιππος διὰ τὴν παραλλαγὴν τῶν μορίων, καθ᾽ ἣν ὁ μὲν καυλὸν, ἡ δὲ μήτραν ἔχει, τοσοῦτον γὰρ μόνον λέγει. Δημόκριτος τὰ μὲν κοινὰ μέρη, ἐξ ὁποτέρου ἂν τύχῃ· τὰ δ᾽ ἰδιάζοντα, καὶ κατ᾽ ἐπικράτειαν. Ἱππώναξ, εἰ μὲν ἡ γονὴ κρατήσει, ἄρρεν· εἰ δ᾽ ἡ τροφὴ, θῆλυ.

CAPVT VIII.

Quomodo monstra fiant.

EMPEDOCLES *arbitratur* monstra fieri ex abundantia, vel defectu seminis; vel ex motus initio, vel ex divisione in plura, vel ex aberratione: ita *nimirum ille* omnes fere

ΚΕΦ. Η.

Πῶς τέρατα γίνεται.

Ἐμπεδοκλῆς τέρατα γίνεσθαι παρὰ πλεονασμὸν σπέρματος, ἢ παρ᾽ ἔλλειψιν, ἢ παρὰ τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἢ παρὰ τὴν εἰς πλείω διαίρεσιν, ἢ πα-

Formatione foetus. Lactantium *de Opificio c.* 12. & Gassendum *sect. III. Lib. IV. c.* 4. *pag.* 246. ut innumeros Recentiores omittam, qui reiectis Veterum commentis veram admirabilis opificii huius caussam indicarunt.

(1) Leophanis huius nomen aut temere in Plutarchi textum irrepsisse, aut exscriptoris oscitantia vitiatum esse vix dubitem; quum nullibi sane *Leophanes* ullus in Aristotele, aut in Scriptoribus aliis occurrat. Verum Philosophi, Medicique huius nomen, adeoque sinceram Plutarchi lectionem nobis servavit Galenus, qui perspicue hic habet Κλεωφάνης *Cleophanes*; ut proinde Plutarchi locus hic corrigi, levique mutatione restitui debeat. Cleophanes autem ille, vel ut alicubi nominatur *Cleophantes*, *Cleophantas*, *Cleophantus* a Plinio, Galeno, Celso, Aureliano laudatus Medicae artis gloria plurimum floruit; eamque Sectam instituit, quae *Cleophantina* vocata fuit. Itaque, quum Antigenes, & Memnon Sidetes Cleophanis auditores Ptolemaei Evergetae aetate, hoc est circa Ol. 133. floruerint, Cleophanes ipse circa Ol. 120. vixisse debuit; ut proinde ab Aristotele memorari potuerit, qui pleraque Opera post Olympiadem hanc edidit. Hunc optime Celsus *Cleophantem* antiquioribus Medicis accensendum asserit. Quandoquidem vero in Aristotelis Libris adhuc superstitibus nulla *Cleophanis* mentio reperitur, suspicari fortasse cui liceat Aristotelem ipsius meminisse in Libro περὶ μέθης *de ebrietate*, quum Plinio teste *Cleophanes* vini rationem illustraverit. Videndus Fabricius *Bibl. Graec. Lib. VI. c.* 9. *pag.* 122.

(2) *Xylander* „ Hippo, Hipponax producitur. Ap„ paret alterum esse mendosum.

Quamvis in Galeno quoque *Hipponactis* nomen semel iterumque occurrat, facile tamen Xylandro assentiar, adeoque vel *Hipponis*, vel *Hipponactis* nomen vitiatum esse concesserim. Quandoquidem vero *Hipponis* physici mentio apud Scriptores alios occurrit, nullibi vero *Hipponax* aut physicus, aut medicus memoratur, utrobique *Hipponem* rescribendum esse putaverim, quum praesertim utraque opinio, quae seorsim a Plutarcho proponitur, una eademque videatur; quod nimirum secunda primam clarius exponat.

CAP. VIII.

Gal. c. XXXII.

(3) Nullus hic dubito quin in graecum Plutarchi tex-

ἢ παρὰ τὸ ἀπονεύειν. οὕτω προειληφὼς φαίνεται σχεδόν τι πάσας τὰς ἀπολογίας. Στράτων παρὰ πρόσθεσιν, ἢ ἀφαίρεσιν, ἢ μετάθεσιν, ἢ πνευμάτωσιν. Τῶν ἰατρῶν τινες παρὰ τὸ διαςρέφεσθαι τότε τὴν μήτραν ἐμπνευματουμένην.

Κ Ε Φ. Θ.

Διὰ τί ἡ γυνὴ πολλάκις συνȣσιάζȣσα οὐ συλλαμβάνει.

ΔΙοκλῆς ὁ ἰατρὸς ἢ παρὰ τὸ μηδ᾽ ὅλως ἐνίας σπέρμα προΐεσθαι, ἢ παρὰ τὸ ἔλαττον τȣ̃ δέοντος, ἢ διὰ τὸ τοιοῦτον, ἐν ᾧ τὸ ζωοποιητικὸν ȣ̓κ ἔςιν, ἢ διὰ θερμασίας, ἢ ψύξεως, ἢ ὑγρασίας, ἢ ξηρότητος ἔνδειαν, ἢ κατὰ παράλυσιν τῶν μορίων. Οἱ δὲ Στωϊκοὶ κατὰ λοξότητα τȣ̃ καυλοῦ, μὴ δυναμένου τὸν γόνον εὐθυβολεῖν· ἢ παρὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν μορίων, ὡς πρὸς τὴν ἀπόςασιν τῆς μήτρας. Ἐρασίςρατος παρὰ τὴν μήτραν ὅταν τύλους ἔχῃ, καὶ σαρκώδης, ἢ ἀραιοτέρα ᾗ τȣ̃ κατὰ φύσιν, ἢ μικροτέρα.

ΚΕΦ.

re monſtrorum cauſſas complexus videtur. Strato *monſtra fieri exiſtimavit* ex additione, vel ademptione, vel tranſpoſitione, vel inflatione. Medicorum quidam *id oriri putant ex eo* quod uterus tunc a ſpiritu, *vel flatu* pervertatur.

C A P V T IX.

Cur mulier ſaepius veneri indulgens non concipiat.

Diocles medicus *id oriri putat* quod *illa* vel nullam prorſus, vel minorem, quam par ſit, genituram emittat, vel talem, in qua nihil prolificum ſit; vel ob caloris, aut frigoris, aut humiditatis, aut (1) ſiccitatis inopiam; vel ob partium, *locorumque* paralyſim. Stoici (2) propter colis obliquitatem, qui genituram recta proiicere nequeat; vel propter partes, ob uteri diſtantiam, interſeſe minime commenſuratas. Erasistratus propter mulierum locos; ubi *nempe* vel callos contraxerint, vel carnoſiores, aut rariores *effecti fuerint*, quam natura poſtulat, aut minores.

R C A-

textum error aliquis irrepſerit; cum vox ἀρχὴν hic perſpicuum, commodumque ſenſum efficere non poſſit. Ac Budaeus quidem coniecturam potius, quam graeca Plutarchi verba ſequutus haec reddidit *propter agitationis turbulentiam*: Xylander vero *aut a motus initio*; nemo tamen vitium deliteſcere hic obſervavit. Suſpicor a Plutarcho ſcriptum, adeoque levi, facilique mutatione reſcribendum παρὰ την τῆς κινήσεως ἀργίαν *propter motus ſegnitiem*: quod nimirum ceteris cauſis aliis, ex quibus monſtra oriantur, non modo geniturae tenuitas, diviſio, aliaeque id genus affectiones ab Empedocle numeratae, ſed eiuſdem quoque *inertia, veternitas*, ac veluti torpor accenſeri debeat. Optime quidem novi Gaſſendum *Sect. III. Lib. IV. c. 5. pag.* 250. volgatam hactenus Plutarchi lectionem ſequutum interpretari *motus principium* nempe vim illam, quae plaſtica, vel formatrix vocatur. Perſpicue tamen apparet hic ab Empedocle non formatricem, plaſticamque vim, ſed variaſ ſolum, ac vitiatas geniturae affectiones veluti monſtrorum cauſſas enumerari.

CAP IX.

Galen c. XXXII.

(1) Integra, & accurata lectio ex Galeno ſupplenda, in quo reperitur ξηρότητος πλεόνασμον, ἢ ἔνδειαν *ſiccitatis exceſſum, aut defectum*.

(2) *Xylander* „ Quod Stoicis Cap IX tribuitur, „ Diocli adſcribitur Cap XIII. ſed omnia annotare „ non vacat.

Ac certe quidem Stoicorum, & Eraſiſtrati opinio ad Cap. IX ſpectare non poterat, ſolaque Scriptorum oſcitantia huc e XIII. translata, vel repetita videtur. Quin etiam opiniones omnes, Medicorumque placita, quae hic a Plutarcho proferuntur, argumento propoſito reſpondere vix poſſunt; ut proinde locus integer vitiatus facile videatur, qui tamen ſine ſcripti Codicis ope reſtitui, ſanarique non poſſit.

CAPVT X.

Quomodo gemini, & tergemini gignantur.

EMPEDOCLES geminos, & tergeminos produci *putat* ex abundantia, & divisione seminis. ASCLEPIADES ob *maiorem* seminum praestantiam, velut ordei spicae duobus, ac *etiam* tribus granorum ordinibus *constant*: siquidem semina foecundissima sunt. ERASISTRATVS ob superfoetationes, *prorsus* ut in brutis animantibus *contingit*; cum enim loca purgata fuerint, tunc superfoetationem, *novumque conceptum* admittunt. (1) STOICI ob loca *plura*, quae in utero *reperiuntur*; ubi nempe genitura in primum, secundumque locum inciderit, tunc superfoetationem fieri *existimant* (2), *adeoque geminos*, ac tergeminos *foetus* produci.

ΚΕΦ. Ι.

Πῶς δίδυμα, ϗ τρίδυμα γίνεται.

ΕΜπεδοκλῆς δίδυμα, καὶ τρίδυμα γίνεσθαι κατὰ πλεονασμὸν, καὶ περισχισμὸν τȣ͂ σπέρματος. Α᾽σκληπιάδης παρὰ τὴν τῶν σπερμάτων διαφορὰν, ὥσπερ τὰς κριθὰς διςίχους, καὶ τριςίχους. εἶναι γὰρ σπέρματα γονιμώτατα. Ε᾽ρασίςρατος διὰ τὰς συλλήψεις, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων. ὅταν γὰρ ἡ μήτρα εἴη κεκαθαρμένη, τότε ἐπὶ σύλληψιν ἔρχεται. Οἱ Στωϊκοὶ παρὰ τοὺς ἐν μήτρᾳ τόπους, ὅταν εἰς πρῶτον, καὶ δεύτερον ἐμπέσῃ σπέρμα, τότε γίνεσθαι τὰς ἐπισυλλήψεις, καὶ τὰ τρίδυμα.

CAPVT XI.

Vnde genitorum, vel progenitorum similitudines cum filiis *oriantur*.

EMPEDOCLES *ait* similitudines *illas* produci iuxta feminum vigorem; dissimilitudines vero ob calorem, qui in femine *fuerat*, evaporatum. PARMENIDES *existimavit quod* quando quidem a dextra uteri parte genitura excernatur, *tunc* patribus; quando vero a sinistra, *tunc* matribus *similes filii efficiantur*. STOICI a toto corpore, animaque semina prodire *putarunt*;

ΚΕΦ. ΙΑ.

Πόθεν γίνονται τῶν γονέων ὁμοιώσεις καὶ τῶν προγόνων,

ΕΜπεδοκλῆς ὁμοιότητας γίνεσθαι κατ᾽ ἐπικράτειαν τῶν σπερματικῶν γόνων· ἀνομοιότητας δὲ τῆς ἐν τῷ σπέρματι θερμασίας ἐξατμισθείσης. Παρμενίδης ὅταν μὲν ἀπὸ τȣ͂ δεξιοῦ μέρȣς τῆς μήτρας ὁ γόνος ἀποκριθῇ, τοῖς πατράσιν, ὅταν δὲ ἀπὸ τȣ͂ ἀριςεροῦ, ταῖς μητράσιν. Οἱ Στωϊκοὶ ἀπὸ τȣ͂ σώματος

CAP. X.

Gal. c. XXXII.

(1) *Xylander* „ Legitur sane ἐπὶ σύλληψιν ἔρχεται. „ Suspicor legendum ἐπὶ σύλληψιν *superfoetationem* „ δέχεται, alioquin nihil haec ad propositum. Sed „ nimis multa sunt talia; & aliunde res melius co„ gnoscentur.

Certe Galenus etiam paullo superius non ἐπὶ συλλήψεις, sed ἐπισυλλήψεις legit; licet infra ipse quoque habeat ἐπὶ σύλληψιν ἔρχεται.

(2) Galenus hic plenior καὶ διδύμους, καὶ τριδύμους *& geminos, & tergeminos*.

CAP. XI.

Gal. c. XXXII. Stobaeus pag. 87.

τος ὅλου, καὶ τῆς ψυχῆς φέρεσθαι τὰ σπέρματα, καὶ τὰς ὁμοιότητας ἀναπλάττεσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν γενῶν τοὺς τύπους, καὶ τοὺς χαρακτῆρας, ὡσπερανεὶ ζωγράφον ἀπὸ ὁμοίων χρωμάτων εἰκόνα τοῦ βλεπομένου. προΐεσθαι δὲ καὶ τὴν γυναῖκα σπέρμα· κἂν μὲν ἐπικρατήσῃ τὸ τῆς γυναικὸς, ὅμοιον εἶναι τὸ γεννώμενον τῇ μητρί· ἐὰν δὲ τὸ τοῦ ἀνδρὸς, τῷ ἀνδρί.

runt; atque propterea similitudines, formas, characteres ex gentilibus ipsis exprimere: perinde ut pictor conspectae rei imaginem ex coloribus *illi* similibus *efformat*. *Quandoquidem vero* mulier quoque semen emittit, si mulieris semen praevaleat, prolem matri; sin autem viri, *tunc* patri (1) similem esse *oportere*.

ΚΕΦ. ΙΒ.

Πῶς ἄλλοις γίνονται ὅμοιοι, καὶ οὐ τοῖς γονεῦσιν.

ΟΙ μὲν πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν τυχικῶς, καὶ αὐτομάτως ἐκ τοῦ ὅταν διαψυχθῇ τὸ σπέρμα καὶ τὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὸ τῆς γυναικὸς, ἀνόμοια γίνεσθαι τὰ παιδία. Ἐμπεδοκλῆς τῇ κατὰ τὴν σύλληψιν φαντασίᾳ τῆς γυναικὸς μορφοῦσθαι τὰ βρέφη. πολλάκις γὰρ εἰκόνων, καὶ ἀνδριάντων ἠράσθησαν γυναῖκες, καὶ ὅμοια τούτοις ἀπέτεκον. Οἱ Στωϊκοὶ συμπαθείᾳ τῆς διανοίας, κατὰ ῥευμάτων εἰσκρίσεις, καὶ ἀκτίνων, οὐκ εἰδώλων, γίνεσθαι τὰς ἀλλήλων ὁμοιότητας.

ΚΕΦ

CAPUT XII.

Quomodo aliis, non vero parentibus, filii similes gignantur.

MEDICORUM plerique *id* temere *solum*, ac fortuito *fieri dicunt*; cum *utrumque* viri, feminaeque semen refrigeratum sit, filios parentibus dissimiles fieri. EMPEDOCLES foetus *sola* mulieris inter concipiendum (2) imagiuatione conformari *putavit*. Etenim saepe mulieres imagines, statuasque in deliciis habuere, iisque similes *partus* edidere. (3) STOICI cogitationis, affectionumque concordia, cum fluxus insinuantur, non *vero* radiorum (4), aut imaginum *consensione* mutuas *parentum cum filiis* similitudines oriri *dicebant*.

CA-

(1) Voces aliae, quae mox in Plutarchi textu occurrunt, in Galeno omittuntur.

C A P. XII.

Gal. c. XXXII.

(2) Galenus interserit vocem aliam, legitque τὴν σύλληψιν ὄψεως, καὶ φαντασίᾳ *visu*, & *imaginatione*.

(3) Quod hic ab Empedocle memoratur, Galenus in Libro *de Theriaca c. 11.* exemplo confirmat. Sed iamdiu est quod eiusmodi imaginationis vires, aut phantasiae portenta ab accuratioribus Medicis in dubium revocari, aut aperte refelli coeperunt.

(4) Voces istae οὐκ εἰδώλων in Galeno desiderantur.

CAPVT XIII.

Quomodo mulieres steriles, virique infecundi fiant.

MEDICI feminas steriles fieri *existimarunt* ob uterum; quod *ille nimirum* vel densior, vel rarior, vel durior sit, vel callo, sive carne obstruatur; vel ob animi languorem, vel nutritionis vitium, vel pravam *corporis* habitudinem, vel figurae conversionem, aut convulsionem. DIOCLES *autem* viros infecundos *esse arbitratur* sive quod nullum prorsus semen emittant, sive quod *illud* necessario minus, aut infecundum sit; sive ob partium dissolutionem, vel colis obliquitatem, qua recta genituram effundere nequeat; vel quod partes ob uteri distantiam commensuratae non sint. STOICI vires, & qualitates in mare, feminaque dissimiles *sterilitatis* caussas esse arbitrantur; quas si ab invicem dissociari contingat, aliisque sibi similibus, *convenientibusque* coniungi, *tunc* iuxta naturam contemperatur, fetusque perficitur.

ΚΕΦ. ΙΓ.

Πῶς στεῖραι γίνονται γυναῖκες, καὶ ἄγονοι ἄνδρες.

ΟἹ ἰατροὶ στείρας γίνεσθαι παρὰ τὴν μήτραν, ἢ παρὰ τὸ πυκνοτέραν εἶναι, ἢ παρὰ τὸ ἀραιοτέραν, ἢ παρὰ τὸ σκληροτέραν, ἢ παρά τινας ἐπιπωρώσεις, ἢ σαρκώσεις, ἢ παρὰ μικροθυμίαν, ἢ παρ᾽ ἀτροφίαν, ἢ παρὰ καχεξίαν, ἢ παρὰ τὸ διαστρέφεσθαι τὸν σχηματισμὸν, ἢ διὰ παρασπασμόν. Διοκλῆς ἀγόνους τοὺς ἄνδρας ἢ παρὰ τὸ μήθ᾽ ὅλως ἐνίους σπέρμα προΐεσθαι, ἢ παρὰ τὸ ἔλαττον τοῦ δέοντος, ἢ παρὰ τὸ ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα, ἢ κατὰ παράλυσιν τῶν μορίων, ἢ κατὰ λοξότητα τοῦ καυλοῦ μὴ δυναμένου τὸν γόνον εὐθυβολεῖν, ἢ παρὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν μορίων, πρὸς τὴν ἀπόστασιν τῆς μήτρας. Οἱ Στωϊκοὶ αἰτιῶνται τὰς ἀσυμφύλους εἰς ἑκάτερον τῶν πλησιαζόντων δυνάμεις τε, καὶ ποιότητας· αἷς ὅταν συμβῇ χωρισθῆναι μὲν ἀπ᾽ ἀλλήλων, συνελθεῖν δὲ ἑτέροις ὁμοφύλοις, συνεκρατήθη τὸ κατὰ φύσιν, καὶ βρέφος τελεσιουργεῖται.

CAPVT XIV.

Cur mulae steriles sint.

ALCMAEO mulos quidem steriles esse *dicit* propter geniturae tenuitatem, hoc est feminis frigiditatem; mulas *vero* propterea quod *ipsarum* loca minime laxentur, hoc est non hient, sic enim ille dixit. EMPEDOCLES *id oriri putat* ob matricis exilitatem, & depressionem, & angustiam, quae utero *sic* inverse adnata sit, ut neque semen in ipsam recta illabatur; neque, si feratur, ab illa recipiatur. DIOCLES autem illi adstipulatur assereus *quod* in dissectionibus sae-

ΚΕΦ. ΙΔ.

Διὰ τί αἱ ἡμίονοι στεῖραι.

ἈΛκμαίων τῶν ἡμιόνων τοὺς μὲν ἄῤῥενας ἀγόνους παρὰ τὴν λεπτότητα τῆς θορῆς, ὅ ἐστι σπέρματος ψυχρότητα· τὰς δὲ θηλείας παρὰ τὸ μὴ ἀναχάσκειν τὰς μήτρας, ὅ ἐστιν ἀναστομοῦσθαι· οὕτω γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν. Ἐμπεδοκλῆς διὰ τὴν σμικρότητα, καὶ ταπεινότητα, καὶ στενότητα τῆς μήτρας, κατεστραμμένως προσπεφυκυίας τῇ γαστρὶ, μήτε τοῦ σπέρματος εὐθυβολοῦντος εἰς αὐτὴν, μήτε, εἰ καὶ φθάσειεν, αὐτῆς ἐκδε-

δεχομένης. Διοκλῆς δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, λέγων ἐν ταῖς ἀνατομαῖς πολλάκις ἑωράκαμεν τοιαύτην μήτραν τῶν ἡμιόνων· κ̕ ἐνδέχεσθαι διὰ τοιαύτας αἰτίας κ̕ τὰς γυναῖκας εἶναι στείρας.

Κ Ε Φ. ΙΕ.

Εἰ τὸ ἔμβρυον ζῶον.

ΠΛάτων, ζῶον τὸ ἔμβρυον· κ̕ γὰρ κινεῖσθαι ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τρέφεσθαι. Οἱ Στωϊκοὶ μέρος εἶναι αὐτὸ τῆς γαστρὸς, οὐ ζῶον. ὥσπερ γὰρ τοὺς καρποὺς μέρη τῶν φυτῶν ὄντας πεπαινομένους ἀποῤῥεῖν, οὕτω καὶ τὸ ἔμβρυον. Ἐμπεδοκλῆς μὴ εἶναι μὲν ζῶον τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἔμπνουν ὑπάρχειν ἐν τῇ γαστρί. Πρώτως δὲ ἀναπνοὴν τοῦ ζώου γίνεσθαι κατὰ τὴν ἀποκύησιν, τῆς μὲν ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τοῦ ἐκτὸς ἀερώδους γενομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων. Διογένης γεννᾶσθαι μὲν τὰ βρέφη ἄψυχα, ἐν θερμασίᾳ δέ. ὅθεν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, εὐθέως προχυθέντος τοῦ βρέφους, εἰς τὸν πνεύμονα ἐφέλκεται. Ἡρόφιλος κίνησιν ἀπολείπει φυσικὴν τοῖς ἐμβρύοις, οὐ πνευματικήν. τῆς δὲ κινήσεως αἴτια νεῦρα. τότε δὲ ζῶα γίνεσθαι ὅταν προχυθέντα προσλάβῃ τι τοῦ ἀέρος.

ΚΕΦ

ſaepius mularum uteros tales *eſſe* conſpeximus. Fieri quoque poſse *Diocles exiſtimavit* ut iiſdem *prorſus* de cauſſis *ipſae* quoque mulieres ſteriles ſint.

C A P V T XV.

An fetus in utero animal ſit.

PLato fetum utero incluſum animal *eſſe opinatur:* quod *ille* nimirum in utero moveatur, ac nutriatur (1). Stoici non animal, ſed uteri partem, ipſum eſse *dixerunt*; quemadmodum enim fructus, quum arborum partes ſint, ubi maturuerint, defluunt; ſic etiam fetus *ex utero decidit*. Empedocles *ait* fetum animal quidem non eſse, ſed ſpirantem tamen, *vel ſpiritu, vitaque praeditum*, eſse in utero. Primam (2) vero animalis reſpirationem edito *iam* partu produci; humore quidem, qui in fetibus *editis* reperitur, recedente; aëre vero, qui extrinſecus eſt, in vacuum, *vel inania*, *&* aperta vaſa ingrediente. Diogenes *fetus*, *aut* infantes inanimatos quidem. ſed tamen cum calore, naſci; unde calor ingenitus (3) *frigidum aerem*, edito iam fetu, repente in pulmonem attrahit. Herophilvs naturalem *quidem*, *ſed* non ſpiritalem *tamen*, *vel animalem*, motum fetibus tribuit. *Eiuſmodi vero* motus cauſsae *ſunt* nervi. Tunc autem *fetus ipſos in* animalia evadere *exiſtimavit* quum *ex utero* effuſi aliquid aeris *inſpirando* recicipiant.

CA-

C A P. XV.

Galen. c. XXXIII.

(1) Galenus ait *καὶ τρέφεσθαι, καὶ αὔξεσθαι & nutriatur, & augeatur*.

(2) Galenum potius hic ſequi libuit, qui levi diſcrimine legit *πρώτην δὲ ἀναπνοὴν*.

(3) Plutarchi locus mutilus, ac hiulcus erat, adeoque perperam ab Interpretibus explicatus. Optime Galenus locum ipſum expreſſit: *τοῦ βρέφους, τὸ ψυχρὸν εἰς τὸν πνεύμονα ἐφέλκεται edito fetu frigidum in pulmonem attrahit*. Itaque Diogenis ſententia fuit inſpirationem frigidi aëris, adeoque vitam, ex interno fetus calore produci.

CAPVT XVI.

Quomodo foetus in utero nutriantur.

DEMOCRITVS, EPICVRVS foetum in utero ore nutriri, *vel alimentum sumere existimarunt*; unde statim ac editus, *natusque ille* fit ad mamillam ore fertur. Namque & in utero *quoque* (1) mamillas quasdam, & oscula reperiri *illi dicunt*, quibus *foetus* nutriantur. STOICI 2) per secundinas, & umbilicum *nutriri foetus dixere*; ideoque obstetrices confestim *umbilicum* hunc ligare, & *infantis* os aperire, ut 3) alterius nutrimenti cura *in infante* producatur. ALCMAEO *vero dixit* foetum universo corpore nutriri; spongiae nimirum instar ex alimento, *partibusque alendo idoneis*, ea sibi sumere, quae *in alimentum* converti possunt.

ΚΕΦ. Ις.

Πῶς τρέφεται τὰ ἔμβρυα.

ΔΗμόκριτος, Ἐπίκουρος τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ διὰ τοῦ στόματος τρέφεσθαι· ὅθεν εὐθέως γεννηθὲν ἐπὶ τὸν μαςὸν φέρεται τῷ στόματι. εἶναι γὰρ ἐν τῇ μήτρᾳ θηλάς τινας, καὶ στόματα, δι' ὧν τρέφονται. Οἱ Στωϊκοὶ διὰ τοῦ χορίου, καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ. ὅθεν τοῦτον εὐθέως ἀποδεῖν τὰς μαιουμένας, καὶ ἀνευρύνειν τὸ στόμα, ἵνα γένηται ἡ μελέτη τῆς τροφῆς ἑτέρα. Ἀλκμαίων δι' ὅλου τοῦ σώματος τρέφεσθαι. ἀναλαμβάνειν γὰρ αὐτῷ, ὥσπερ σπογγιὰν, τὰ ἀπὸ τῆς τροφῆς θρεπτικά.

CAPVT XVII.

Quid primum in utero perficiatur.

STOICI *putant* (4) universum *animalis corpus* una simul formari. ARISTOTELES lumbos primum, ut navis carinam, *produci*.

ΚΕΦ. ΙΖ.

Τί πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρί.

ΟἹ Στωϊκοὶ ἅμα ὅλον γίνεσθαι, Ἀριστοτέλης πρῶτον τὴν ὀσφὺν, ὡς τρόπιν νεώς. Ἀλκμαίων τὴν κεφα-

CAP. XVI.

Gal. c. XXXIII.

(1) Paullo aliter Galenus: εἶναι γὰρ ἐν τῷ σώματι θηλάς τινας ἐπιπεπρωμένας *esse enim in corpore mamillas quasdam oppletas.*

(2) Aut aliter in Graeco Plutarchi textu legerat Amiotus, aut certe fallitur ubi reddit *Stoici lacte, & umbilico* nutriri foetum existimant.

(3) Galenus ἵνα διὰ τοῦ σώματος αἰσθητῶς τρέφεσθαι *ut per os manifeste nutriatur.* Nihil tamen in Plutarchi loco mutandum.

CAP. XVII.

(4) *Xylander* „ Stoicorum sententia est manca: „ Budaeus nescio an librum bonum, an vero secutus „ sit suum sensum.

Etenim Budaeus interpretatur: *Stoici in plerisque membra simul omnia absolvi* putant: quod nimirum, opinor, eadem ipsa Plutarchi verba, quae nobis occurrunt, ille fusius expresserit. Vbi vero Xylander interpretatur: *Stoici plerisque fieri* . . . adeoque Plutarchi locum veluti hiulcum exhibet. Stoicorumque sententiam mancam esse pronunciat, perspicue fallitur. Siquidem id illis a Plutarcho tribuitur, quod corpus omne, vel singulas animalis partes uno, eodemque tempore simul formari censerent; quod a Stoicis traditum esse a Scriptoribus aliis accepimus. Amiotus autem nescio an coniecturam, an vitiatum Plutarchi textum sequutus utramque sententiam ita permixtam, temereque confusam expressit: *Stoici in plerisque dorsi spinam omnium primam, veluti na-*

φαλὴν, ἐν ᾗ ἐςι τὸ ἡγεμονικόν. Οἱ ἰατροὶ τὴν καρδίαν, ἐν ᾗ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι. οἱ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον τοῦ ποδός· ἄλλοι δὲ τὸν ὀμφαλόν.

ci. ALCMAEO caput, in quo principale, *vel princeps Animae pars*, reperitur. MEDICI (1) cor, in quo venae, ac arteriae, *ipsarum nempe origines*, *observantur*. Alii vero maximum pedis digitum. ALII autem umbilicum.

ΚΕΦ. ΙΗ.

Διὰ τί τὰ ἑπταμηνιαῖα γόνιμα.

ΕΜπεδοκλῆς, ὅτε ἐγεννᾶτο τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ τῆς γῆς, τοσαύτην γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου, διὰ τὸ βραδυπορεῖν τὸν ἥλιον, τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐςιν ἡ δεκάμηνος· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τοσαύτην γενέσθαι τὴν ἡμέραν ὁπόση νῦν ἐςιν ἡ ἑπτάμηνος, διὰ τοῦτο καὶ τὰ δεκάμηνα γόνιμα, καὶ τὰ ἑπτάμηνα, τῆς φύσεως τοῦ κόσμου οὕτω μεμελετηκυίας αὔξεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ᾗ τίθεται νυκτὶ τὸ βρέφος. Τίμαιος

CAPUT XVIII.

Cur septimestres foetus *vitales* sint.

EMPEDOCLES *ait quod* quando hominum genus ex terra natum fuit, dies ob tarditatem, *segnitiemve* Solis tanta temporis longitudine *vel diuturnitate* fuerat, quanta nunc *est* decem mensium spatium; *atque* propterea tum decimestres, tum septimestres *foetus* vitales esse: quod ita *nempe tunc* Mundi natura curaverit, ut infantes unica *ea* die augerentur, cuius nocte positi (2), *vel concepti* fuerant. TIMAEUS (3) vero *decem semper quidem menses esse arbitratur*, *illos tamen* non decem ait, sed novem menses censeri quod *plerumque* con-

navis carinam formari. Id vero potius hic observandum quod Stoici Galeno teste in Libro *de Foetus format. c. 14.* dixere prius in animali corpore cor produci, ex quo ceterae deinde partes oriantur. Quandoquidem tamen Censorinus etiam universa simul membra formata a Stoicis asseri memoravit, nihil in Plutarchi textu mutaverim; cum praesertim maxima hac in parte varietas inter Stoicos ipsos haberi potuerit.

(1) Gassendus hic optime observavit aut Plutarchi verba, ac periodos temere perturbatas esse, aut opinionem illam Aristoteli adscribi, quae ab illius mente plurimum dissidet. Etenim Aristoteles *Libro I. de Generat. Animal. c. 4. & 5.* nitide, diserteque docet cor initio formari; ut quemadmodum nempe cor ultimum moritur, ita omnium quoque primum nascatur, formeturve. Sic Censorinus etiam id ab Aristotele traditum esse testatur; eoque duce Lactantius. Itaque Gassendus opinatur sententiam illam, quae *Medicis* mox a Plutarcho tribuitur, Aristoteli tribuendam esse; sicuti vicissim placitum, quod Aristoteli adscribitur, Medicis affingendum fore, cum praesertim Galenus ipse dixerit viscera ἐν τῇ ὀσφύϊ καθάπερ πλοίου τρόπιν, *quae in lumbis sunt, ut navigii carinam*, primum formari.

CAP. XVIII.
Gal. c. XXXIV. Stob pag 87.

(2) *Xylander* „ ᾗ τίθεται νυκτὶ nulla sententia „ Forte ᾗ τίκτεται νῦν. Sed & reliqua sunt manca.

Verum Empedoclis sensum Xylander hic certe non viderat, adeoque manca reliqua existimavit, & Plutarchi locum immerito sollicitavit. Dixit Empedocles initio Mundi Solis motum tardiorem adeo fuisse, ut diurnam orbitam ab ortu in occasum, nonnisi decem mensium spatio, hoc est 300. diebus, conficeret; adeoque spatium illud, quo infans in utero perficitur, nunc quidem decem menses, tunc vero unicam solum diem confecisse: quod ita nimirum tunc a natura comparatum foret, ut infans unica solum die perficeretur; adeoque eadem ipsa die labente nasceretur, cuius nocte conceptus fuerat. Quamvis autem deinde Solis celeritas aucta foret, idem tamen temporis intervallum perficiendo foetui necessarium esse putavit Empedocles; adeoque decimestres solum partus vitales esse. Itaque nihil in Plutarchi textu mutandum, ne Empedoclis sententia omnino perturbetur; aut, si quidpiam hic corrigi debeat, libentius rescriberem ᾗ ἐτίθεντο νυκτὶ, quemadmodum prorsus interpretando expressi.

(3) Budaeus oppositam prorsus sententiam Timaeo ad-

concepto fetu menstrua sistantur. Ita quoque *fetus illos* septimestres censeri *dicit*, qui *vere* septimestres non sunt; quod etiam post conceptum (1) purgationum numerus ignoretur. POLIBVS, DIOCLES, EMPIRICI octavum quoque mensem genitalem, *vel partui aptum* agnovere, quodammodo tamen languidius; quod *nimirum fetus* plures *octimestres* ex imbecillitate saepe intereant. Quamvis autem (2) in universum nemo fere octimestres *partus* alere velit, plures tamen octimestres in viros evasisse *videntur*. ARISTOTELES, & HIPPOCRATES dicunt: Si uterus mensibus septem impleatur, tunc vitales *fetus* erumpere, ac nasci; sin vero erumpant quidem, non autem nutriantur, quod umbilicus languescat eo quod *uterus* labore, *difficilique partu* ipsum ediderit, tunc (3) fetum ipsum nutriri, *vivereque* non posse. Quod si *fetus integros* menses novem in utero manserit, tunc editus, perfectus est. POLIBVS centum octoginta duos dies, & *diei* semissem ad vitales partus *necessarios* esse *putavit*. Hoc enim semestre *temporis spatium* esse, quod etiam Sol tanto temporis spatio a tropicis, *hoc est ab uno ad tropicum alium*, ac-

μαιος δὲ οὐ δέκα μῆνάς φησιν, ἐννέα δὲ νομίζεσθαι παρὰ τὰς ἐπισχέσεις τῶν μηνιαίων τῆς πρώτης συλλήψεως. οὕτω καὶ τὰ ἑπτάμηνα νομίζεσθαι, οὐκ ὄντα ἑπτάμηνα. ἔγνωτε γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν πᾶσαι καθάρσεως. Πόλυβος, Διοκλῆς, οἱ Ἐμπειρικοὶ καὶ τὸν ὄγδοον μῆνα ἴσασι γόνιμον, ἀτονώτερον δέ πως, τῷ πολλάκις διὰ τὴν ἀτονίαν πολλοὺς φθείρεσθαι. καθολικώτατον δὲ μηδένα βούλεσθαι τὰ ὀκτάμηνα τρέφειν, γεγεννῆσθαι δὲ πολλοὺς ὀκταμηνιαίους ἄνδρας. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης, καὶ Ἱπποκράτης φασὶν, ἐὰν ἐκπληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἑπτὰ μησὶ, τότε προκύπτειν, καὶ γεγεννῆσθαι γόνιμα· ἐὰν δὲ προκύψῃ μὲν, μὴ τρέφηται δὲ, (ἀσθενοῦντος τοῦ ὀμφαλοῦ, διὰ τὸ ἐπίπονον αὐτὴν γεγεννῆσθαι τὸ κρῖμα) τότε ἔμβρυον ἄτροφον εἶναι· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μῆνας ἐν τῇ μήτρᾳ, προκύψαν τότε ὁλόκληρόν ἐστι. Πόλυβος ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἡμέρας γίνεσθαι εἰς

adscribit: *Timaeus non decem menses, sed novem esse existimat. Verum quandoquidem & ante conceptus menstrua sisterentur, propterea decem existimatos*. Amiotus etiam ita Timaei sententiam expressit, ut ille non decem, sed novem solum, menses absolvendo fetui necessarios esse putaverit. At perspicua verborum series, & contextus ostendit infantes omnes ex Timaei sententia *decimestres* esse oportere. quamvis ex ambiguo purgationum tempore, vel *novimestres*, vel *septimestres* etiam credantur. Itaque libenter particulam οὐ ex Plutarchi textu expungerem, ut concinnius legatur Τιμαῖος δὲ δέκα μῆνας φησὶ *Timaeus autem decem menses esse dicit*.

(1) Meliorem, ac fortasse veram Plutarchi lectionem nobis servavit Galenus: ἔγνωτε γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν παῦσαι καθάρσεως *novit enim etiam post conceptionem purgationem desiisse*. Perspicuus tamen sensus, & argumenti vis hic postulat ut legatur οὐ παῦσαι; ut nempe exprimatur post conceptum etiam fetum purgationes adhuc haberi, adeoque infantis menses, qui ab inhibitis purgationibus numerantur, iusto pauciores computari.

(2) *Xylander* „ Scriptus habet καθολικώτερον, quod melius est superlativo.

(3) *Xylander* „ Legi hic τὸ κύημα, ut habet Ma„ nuscriptus. Locus in nostro erat male distinctus, & „ κρῖμα legebat, nullo plane sensu, errore facili.

Quamvis tamen Xylander hic optime interpretetur *laboriose gestato fetu*, atque Budaeus *concrementum* partus reddiderit, *partum* ego potius, quam *gestatum fetum* propius ad Hippocratis, & Plutarchi mentem expressi. Sed integrum quoque Galeni locum exscribere hic libet, non modo quod exinde Plutarchi textus alioquin obscurior intelligi, ac illustrari facile possit; verum etiam quod alicubi ex Galeno ipso restitui, corrigique debeat. Itaque Galenus habet: διὰ τὸ ἐπίπονον, ἔμβρυον ἄτροφον γίνεσθαι διὰ τοῦτο τὰ ὀκτάμηνα οὐ παραγίνεσθαι· ἐὰν δὲ μείνῃ &c. *debilitato ob laborem umbilico, fetus impastos edi, ac proinde octimestrem fetum non vivere: sin vero maneat &c.* Sic etiam inferius ipse legit: ὅταν προκύψαντος μὲν τοῦ βρέφους τῆς μήτρας ἐπιπλέοντι ὀμφαλὸς ἐβασανίσθη διατεινόμενος ἄτροφον γὰρ γίνεται τὸ ἔμβρυον τῆ τρέφοντος αἰτίας ὁ ὀμφαλὸς *quod uteri quidem fetu foras procumbente vehementius umbilicus distendatur, crucieturque, nam fetus alimento fraudatur: nutritionis siquidem causa umbilicus*.

εἰς τὰ γόνιμα. εἶναι γὰρ ἑξάμηνον, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ τροπῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παραγίνεσθαι. λέγεσθαι δὲ ἑπταμηνιαίους, ὅταν τὰς ἐλλειπούσας ἡμέρας τούτου τοῦ μηνὸς, ἐν τῷ ἑπτὰ προσλαμβάνεσθαι. τὰ δὲ ὀκταμηνιαῖα μὴ ζῆν, ὅταν προκύψῃ μὲν τῆς μήτρας τὸ βρέφος, ἔτι πλεῖον δὲ ὁ ὀμφαλὸς βασανισθῇ. ἄτροφος γὰρ γίνεται, ὡς τοῦ τρέφοντος αἴτιος. Οἱ δὲ Μαθηματικοὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας ἀσυνδέτους φασὶν εἶναι πάσης γενέσεως· τοὺς δὲ ἑπτὰ, συνδετικούς. τὰ δὲ ἀσύνδετα ζώδιά ἐστιν, ἐὰν τῶν οἰκοδεσποτούντων ἀστέρων τυγχάνῃ. ἐὰν γάρ τις τούτων τὴν ζωὴν, καὶ τὸν βίον κληρώσηται, δυστυχεῖς, καὶ ἀχρόνους σημαίνει. ἀσύνδετα δέ ἐστι ζώδια, ὀκτὼ ἀριθμούμενα, οἷος κριὸς πρὸς σκορπίον ἀσύνδετος, ταῦρος πρὸς τοξότην ἀσύνδετος, δίδυμοι πρὸς αἰγόκερον, καρκίνος πρὸς ὑδροχόον, λέων πρὸς ἰχθύας, παρθένος πρὸς κριόν. διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἑπτάμηνα ὄντα, καὶ δεκάμηνα, γόνιμα εἶναι· τὰ δὲ ὀκτάμηνα, διὰ τὸ ἀσύνδετον τοῦ κόσμου, φθείρεσθαι.

ΚΕΦ.

accedat. Septimestres autem *fetus quosdam* vocari quando dies, qui huic (1) *sexto* mensi *perficiendo* desunt, in septimo assumuntur, *ac veluti septimi numerantur*. Octimestres *dentum partus* (2) non vivere quando infans ex utero quidem erumpat, sed umbilicus tamen plurimum laedatur; tunc enim *umbilicus ipse, qui* nutritionis caussa *est*, nutritionis expers efficitur. Mathematici vero menses octo nulli partui *convenientes, vel* (3) sociabiles esse dicunt; septem autem sociabiles. Animalia vero, *vel caelestia signa partui convenientia, vel* sociabilia non sunt si in stellas domicilii *caelestis* dominas incidant. Etenim, si *istarum* aliqua vitam, vitaeque rationem auspicetur, *infantes sub illa natos* infelices, brevique interituros *esse* portendit. *Animalia vero vel signa vitae contraria, sive* dissociata sunt illa, quae octava numerantur; *nempe quorum unum ab altero octavum numeretur:* ut Aries Scorpioni, Taurus Sagittario, Gemini Capricorno, Cancer Aquario, Leo Piscibus, Virgo Arieti sociari non potest. Quapropter *partus* etiam, qui decimestres, ac septimestres sunt, vitales esse; octimestres vero propter *hanc siderum, vel* Mundi diffidentiam interire. (4)

S CA-

(1) Amiotus, qui locum hunc ita reddidit: *quum dies, qui primo mensi desunt, in septimo sumuntur*, in graeco fortasse Plutarchi codice non τούτου, sed πρώτου aut scriptum, aut scribendum viderat; sicuti Budaeus ubi latine reddidit *quandoquidem sexti mensis dies in septimo implent*, ἕκτου legisse videtur. Vterque tamen fortasse sensu potius, & coniectura, quam Codicis praesidio Plutarchi mentem expresserit. Certe Plutarchi sensus hic esse debet, quod dies illi, qui temere veluti septimi iam ineuntis mensis numerantur, ad praecedentes referri debent, quibus surrepti fuerant; quod nempe verum conceptionis tempus serius constitui, adeoque *primi* mensis initium, ac dies serius numerari coeperint; totidemque diebus fetus conceptio praecesserit, quot deinde, velut in septimo, numerantur. Itaque facile pro τούτου, quae nihili vox est, ἕκτου rescribendum putaverim.

(2) Integra haec periodus de octimestri partu a Budaeo prorsus omittitur; sive quod is incautus illam praeterierit; sive quod in graeco ipsius textu excidisset.

(3) Mutilus, ac obscurus Plutarchi locus ex Galeno suppleri, exponique debet. Ille nimirum sit: . . ἀσυνδέτους φασὶ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐστερῆσθαι πάσης γενέσεως *insociabiles* stellas *esse dicunt, adeoque omni generatione privari*. Sic etiam inferius habet: τὰ δὲ ἀσύνδετα ζῶα ἔχειν τοὺς οἰκοδεσποτοῦντας φαύλους τῶν ἀστέρων *disiuncta animalia zodiaci habere domorum dominos sibi adversarios planetas*.

(4) Galenus post vocem φθείρεσθαι sententiam aliam adiecit, quae facile tamen cum superiori a Plutarcho quoque memorata confundi poterit. Τίμαιος καὶ δωδεκάμηνά φασί τινα κυΐσκεσθαι παρὰ τὴν ἐπίσχεσιν τῶν καταμηνίων τῆς πρώτης συλλήψεως, ὥστε καὶ ἑπτάμηνα νομίζεσθαι οὐκ ὄντα προεγνωσμένης τῆς συλλήψεως, δυναμένης δὲ τῆς μήτρας εἰς καταμήνια καὶ μετὰ σύλληψιν *Timaeus, & duodecimestrem asserit aliquem fe-*

tum

CAPVT XIX.

De animalium ortu: quomodo nata sint animalia, & an corruptibilia sint.

IIs quidem (1) *Philosophis*, quibus Mundus genitus *existimatur*, animalia quoque genita, & corruptibilia *dicuntur*. EPICVREI, quibus *Mundus* ingenitus *existimatur*, animalia ex mutua in sese mutatione nata *putarunt*: siquidem *illa* Mundi huius (2) partes sunt: quod ANAXAGORAS etiam, & EVRIPIDES existimavit inquiens (3) *Nihil moritur*, sed *aliud in aliud conversum formas.*

ΚΕΦ. ΙΘ.

Περὶ ζώων γενέσεως, πῶς ἐγένοντο ζῶα, καὶ εἰ φθαρτά.

ΚΑΘ' οὓς μὲν γενητὸς ὁ κόσμος, γενητὰ τὰ ζῶα, καὶ φθαρτά εἶναι. Οἱ περὶ Ἐπίκουρον, καθ' οὓς ἀγένητος, ἐκ μεταβολῆς τῆς ἀλλήλων γεννᾶσθαι τὰ ζῶα. μέρη γὰρ εἶναι τοῦ κόσμου τούτου. ὡς καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Εὐριπίδης, θνήσκει, μεταμειβόμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο, μορφὰς ἔδειξεν. Ανα-ξι-

tum utero gestari ob suppressionem menstruorum, quae ante conceptionem prodibant. Sic & septimestrem aestimari non existentem, priusquam conceptio fuerit, sed quod uterus ad menstrua & post conceptionem valeat.

CAP. XIX.

Galen. c. XXXV.

(1) Galenus alia prorsus ratione Caput hoc exorditur, aliamque Epicuro sententiam adscribit: Ἐπίκουρος εἰ ἐγένετο ὁ κόσμος καὶ τὰ ζῶα γεννητὰ, καὶ φθαρτὰ· καὶ εἰ ἀγένητος, ἐκ μεταβολῆς *Epicurus* ait, *si generatus est Mundus, animalia quoque generata, & interitura sunt: quae si ingenitus est, ex mutua commutatione generantur.*

(2) Concinnior, ac vera Galeni lectio τοῦ κόσμου ταῦτα.

(3) *Xylander* „ Ex Euripide videntur versus pro„ lati „

Aliter hos Euripidis versus Galenus expressit: Εὐριπίδης· Οὐκ δὲ οὐδὲν τῶν γιγνομένων φθείρεται, διακρινόμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο. μορφὰς ἑτέρας ἐπίδειξεν *Euripides, nihil eorum, quae generantur, perit, sed ea quum solvuntur, alias aliorum formas diversas induunt.*

At versus ipsos ex nitida Barnesii editione subiecisse nunc libet, ut depravatus Plutarchi, simulque Galeni locus opportune restituatur. Itaque Euripides in *Chrysippo*, cuius Tragoediae fragmentum unicum superest, ita loquitur.

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς, εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν, θνήσκει δ' οὐδὲν
Τῶν γιγνομένων· διακρινόμενον
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
Μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξεν.

Retroque meant, quae terra dedit,
Iterum in terram; quod ab aetherea
Venerat ortu, caeleste poli
Repetit templum; quae sunt, horum
Nil emoritur; sed secretum
Illud ab illo
Propria sub imagine paret.

Versus ipsos profert Philo *de Mundo* dissimulato tamen Poetae, Fabulaeque nomine; integrumque Euripidis locum Grotius in *Excerptis Euripidis* exhibuit. Nonnulla quoque Clemens Alexandrinus exscripsit, sed pro ἰδίαν legit ἑτέραν.

Ceterum haec Euripidis sententia ex ipsis Pythagoricae doctrinae fontibus profluxisse videtur; quum Pythagoras elementa singula in sese mutuo converti, atque ex novo illorum ordine, textura, secretione nova corpora, novosque effectus apparere putaverit. Celebrem hanc ipsius opinionem elegantissime expressit Ovidius *Metamorph. Lib. XV. ver. . . .* ubi Pythagoram ita de de Elementis loquentem inducit:

Quae quamquam spatio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt, revolutaque Tellus
In liquidas rarescit aquas, tenuatus in auras
Ae-

ξίμανδρος ἐν ὑγρῷ γεννηθῆναι τὰ πρῶτα ζῶα, φλοιοῖς περιεχόμενα ἀκανθώδεσι, προβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀποβαίνειν ἐπὶ τὸ ξηρότερον, καὶ περιῤῥηγνυμένου τοῦ φλοιοῦ, ἐπ' ὀλίγον χρόνον μεταβιῶναι. Ἐμπεδοκλῆς τὰς πρώτας γενέσεις τῶν ζώων, καὶ φυτῶν μηδαμῶς ὁλοκλήρους γενέσθαι, ἀσυμφυέσι δὲ τοῖς μορίοις διεζευγμένας· τὰς δὲ δευτέρας, συμφυομένων τῶν μερῶν εἰδωλοφανεῖς· τὰς δὲ τρίτας, τῶν ἀλληλοφυῶν· τὰς δὲ τέτταρας, οὐκ ἔτι ἐκ τῶν ὁμοίων, οἷον ἐκ γῆς, καὶ ὕδατος, ἀλλὰ δι' ἀλλήλων ἤδη, τοῖς μὲν πυκνωθείσης, τῆς τροφῆς, τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν ἐπερεθισμὸν τοῦ σπερ-

mas varias ostendit, Anaximander (1) *ait* animalia prima in humido spinosis corticibus inclusa nata fuisse; aetate vero procedente aridiora evasisse, disruptoque cortice post non multum temporis interiisse. Empedocles primos animalium, & plantarum ortus nequaquam perfectos fuisse *dicit*, inconditis nempe partibus *illa* coaluisse; secundos autem *ortus* coalescentibus *iam* partibus *animalium plantarumque* imagines, *ac species* ostendisse. Tertios vero ex *partibus* invicem ex sese nascentibus *prodiisse*; quartos autem *ortus* non iam ex similibus, *ac homogeneis*, ut ex terra, & aqua, sed ex *animalibus* inter sese *formatos esse*; *quum* aliis quidem confertior (2) cibus, *ac uberior nutritio*; aliis autem mulierum venustas emittendae geniturae incitamentum attulisset. Ceterum animalium

om-

Aeraque humor abit, demto quoque pondere rursus
In superas aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit,
Hic in aquas tellus glomerata cogitur unda,
Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix
Ex aliis alias reddit natura figuras,
Nec perit in tanta quidquam (mihi credite) mundo,
Sed variat, faciemque novat, nascique vocatur
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
Desinere illud idem; cum sint huc forsitan illa,
Haec translata illuc, summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim &c

(1) Haec Anaximandri sententia paullo aliter a Plutarcho ipso nobis exponitur *Sympos. Lib. VIII. quest.* 8. Ἀναξίμανδρος οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἰχθῦς καὶ ἀνθρώπους, ἀλλ' ἐν ἰχθύσιν ἐγγίνεσθαι τὸ πρῶτον ἀνθρώπους, ἀποφαίνεται, καὶ τραφέντας ὥσπερ οἱ γαλεοὶ, καὶ γενομένους ἱκανοὺς ἑαυτοῖς βοηθεῖν, ἐκβληθῆναι τηνικαῦτα, καὶ γῆς λαβέσθαι *Anaximander non in iisdem pisces & homines, sed homines in piscibus innatos principio adseruit; cumque nutriti essent (ut veteres putant) & iam ad se tuendum satis haberent virium, eiectos terram occupasse.* Ita prorsus homines ipsos ex alterius speciei animalibus ortos esse Anaximander apud Eusebium existimavit *Praepar. Evang. Lib. I. c.* 8. cuius locus cum superiori Plutarchi testimonio conferri poterit,

(2) *Xylander* „ Πυκνωθείσης τῆς τροφῆς. Scriptus „ τοῖς δὲ καὶ τοῖς ζώοις τοῖς τροφαῖς Manca sunt haec „ omnia, & inconcinne videntur in compendium fuis„ se redacta. Et si quis scire velit sententiam Em„ pedoclis hac super re, multo commodius discet ex „ Simplicii in II. Physicorum Aristotelis Commen„ tariis, ubi de monstris, & causa finali agitur, & βυ„ γενῆ ἀνδρόπρωρα Empedoclea referuntur.

Itaque mirari non licet, si Xylander quidem Amiotum sequutus divinando reddiderit; *quum alimentum aliarum esset densatum, aliis mulierum formae venustas incitamentum attulisset &c.* Budaeus vero: *ex terra, & aqua, verum ex sese vicissim genitis, gignentibusque; illa quidem adstipata, hac in alimentum cedente, feminarum vero forma irritamentum ingenerante &c.* Uterque tamen & ab Empedoclis sententia aberravit, & Plutarchi textum mutilum, ac vitiatum esse immerito existimavit. Itaque nihil hic ego mutaverim, verumque Empedoclis sensum hunc esse dixerim, animalia demum non ex terra, aut aqua, quod initio contigerat, sed ex animalibus aliis generari coepisse, quod in quibusdam quidem animalibus uberior cibus, in aliis vero feminarum forma liberorum procreandorum cupiditatem ingenerasset.

omnium genera propter varia *illorum* temperamenta distincta fuisse: ut *animalia aquae* accomodatiora appetitum in aquam *ipsam* habeant; quaedam in aërem adspirent, prout ignei plus habeant; quae autem graviora sint, super terram *incedant*; quae vero temperamento *quodam* aequalibus *omnium elementorum* partibus constent, pectoribus omnibus, *vel e toto pectore* vocem emisisse (1).

C A P V T XX.

Quot animalium genera, & an omnia sensitiva, & ratione praedita sint.

EST *quoddam* ARISTOTELIS Opus, in quo animalium genera (2) quatuor esse dicit; terrestria *nimirum*, aquatilia, volucria, caelestia: etenim astra quoque animalia vocari, Mundum, & Deum animal *esse* ratione praeditum, *ac* immortale. DEMOCRITVS, EPICVRVS caelestia *solum*, ANAXAGORAS *autem* animalia singula agentem *quidem* rationem habere *dixit*; patientem vero mentem, quae mentis interpres vocatur, minime habere. PYTHAGORAS, PLATO *eorum* etiam animalium, quae irrationalia vocantur, animas ratione praeditas esse; illas tamen ob pravam corporum temperiem, & quod loquendi vi careant, secun-

σπερματικοῦ κινήματος ἐμποιησάσης. τῶν δὲ ζώων πάντων τὰ γένη διακριθῆναι διὰ τὰς ποιὰς κράσεις· τὰ μὲν οἰκειότερα εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν, τὰ δὲ εἰς ἀέρα ἀναπνεῖν, ἕως ἂν πυρῶδες ἔχῃ τι πλέον· τὰ δὲ βαρύτερα ἐπὶ τὴν γῆν, τὰ δὲ ἰσόμοιρα τῇ κράσει, πᾶσι τοῖς θώραξι πεφωνηκέναι.

K E Φ. K.

Πόσα γένη ζώων, καὶ εἰ πάντα αἰσθητὰ, καὶ λογικά.

ΕΣΤΙ πραγματεία Ἀριστοτέλους, ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησὶ, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, οὐράνια. καὶ γὰρ τὰ ζῶα λέγεσθαι καὶ κόσμον, καὶ τῶν γηΐνων. ζῶον λογικὸν ἀθάνατον. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος τὰ οὐράνια. Ἀναξαγόρας πάντα ζῶα λόγον ἔχειν τὸν ἐνεργητικὸν, τὸν δ᾽ οἱονεὶ νοῦν μὴ ἔχειν τὸν παθητικὸν, τὸν λεγόμενον τῦ νοῦ ἑρμηνέα. Πυθαγόρας, Πλάτων λογικὰς μὲν εἶναι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων καλουμένων τὰς ψυχὰς, οὐ μὴν λογικῶς ἐνεργούσας παρὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν

(1) Galenus opinionem aliam, quae fortasse in Plutarchi textu nunc excidit, in ipsa Capitis calce adtexuit: Δημόκριτος γεγεννῆσθαι εἶναι τὰ ζῶα συνάσει, εἰ δὲ ἐν ἄστρον πρῶτον τοῦ ὑγροῦ ζωογονοῦντα *Democritus genita esse animalia congressu; at, si unum astrum primum humidi extiterit, animalia gignere.*

C A P. XX.

Gal c. XXV. Stob. p. 87.

(2) Plutarchi locus hic misere mutilus, ac depravatus, adeoque perperam ab Interpretibus omnibus explicatus. Facile hunc tamen ex Stobaeo corrigi, suppleríque posse observavi. Ille nimirum sic Aristotelis opinionem expressit: Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης τέσσαρα γένη ζώων, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, οὐράνια· καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα λέγεσθαι, καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὸ θεῖον (legendum τὸν θεὸν) ζῶον λογικὸν, ἀθάνατον *Plato, & Aristoteles quatuor ponunt animalium genera, terrena, aquea, volucria, & caelestia. Nam & stellas animalia dici, & mundum, & Deum animal esse rationis particeps, immortale.* Eadem fere Galenus etiam exhibuit, in quo legitur καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα εἶναι, καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ζῶον λογικὸν, ἀθάνατον *etenim astra ipsa animalia esse, & mundum ipsum animal rationale, immortale.*

τῶν σωμάτων, καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὸ φραϛικὸν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πιθήκων, ϗ τῶν κυνῶν· λαλοῦσι μὲν γὰρ οὗτοι, ὀ φράζουσι δὲ. Διογένης μετέχειν μὲν αὐτὰ τῦ νοητοῦ, καὶ ἀέρος, διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν πυκνότητι, τὰ δὲ πλεονασμῷ τῆς ὑγρασίας, μήτε διανοεῖσθαι, μήτε αἰσθάνεσθαι, προσφερῶς δὲ αὐτὰ διακεῖσθαι τοῖς μεμηνόσι, παρεπταικότας τῦ ἡγεμονικοῦ.

cundum rationem non operari, ut in simiis, & canibus *apparet;* haec nimirum *animalia* vocem quidem edunt, non tamen loquuntur. Diogenes haec *animalia bruta* rationis quidem, & aëris participare; quaedam tamen ob crassitiem, quaedam vero ob humoris abundantiam, *aut excessum* non intelligere, neque sentire; eademque fere ratione dispofita, *vel affecta* esse, qua furentes, *ac insanientes*, cum princeps animae pars *in illis* decipitur, *ac perturbatur*.

ΚΕΦ. ΚΑ.

Ἐν πόσῳ χρόνῳ μορφοῦται τὰ ζῶα ἐν τῇ γαϛρὶ ὄντα.

Ἐμπεδοκλῆς ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἄρχεσθαι τῆς διαρθρώσεως ἀπὸ ἕκτης καὶ τριακοϛῆς, τελειοῦσθαι δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ πεντηκοϛῆς, μιᾶς δεούσης. Ἀσκληπιάδης ἐπὶ μὲν τῶν ἀῤῥένων, διὰ τὸ θερμότατα εἶναι, τὴν διάρθρωσιν γίνεσθαι ἀπὸ ἕκτης καὶ εἰκοϛῆς, πολλὰς δὲ καὶ ἐνδοτέρω· πληροῦσθαι δὲ ἐν τοῖς τῆς πεντηκοϛῆς μορίοις. ἐπὶ δὲ τῶν θηλυκῶν ἐν διμήνῳ διαρθροῦσθαι, ἐν τετραμήνῳ δὲ τελειοῦσθαι, διὰ τὸ ἐνδεῖν τῦ θερμοῦ· τὰ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων, ὁλοτελῆ παρὰ τὰς συγκράσεις τῶν ϛοιχείων.

ΚΕΦ.

CAPUT XXI.

Quo tempore animalia utero inclusa formentur.

Empedocles in hominibus quidem membrorum formationem a vicesimo sexto *post conceptionem die* incipere; *perfectis* vero partibus undequinquagesimo absolvi. Asclepiades in maribus quidem, quod (1) calidissimi ii sint, membrorum formationem a vicesimo sexto *incipere;* saepius (2) autem maturius; partibus vero perfici in quinquagesimo. In feminis vero, ob caloris inopiam, post bimestre (3) incipere formationem, & quadrimestri compleri. Irrationalium vero animalium *fetus* iuxta elementorum contemperationes perfici *existimavit*.

CA-

CAP. XXI.

(1) Paullo aliter Galenus: διὰ τὸ θερμοτέραν εἶναι τὴν κρᾶσιν *quod temperamentum* in illis *calidius sit*.
(2) Voces istae in Galeno desiderantur.
(3) Aliter haec in Galeno efferuntur: πληροῦσθαι δὲ ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς· τῶν δὲ θηλειῶν ἐν δ'. μησὶ γίνεσθαι τὴν διάρθρωσιν διὰ τὸ ἐνδεὲς τοῦ θερμοῦ *quinquagesimo vero perfici: in mulieribus autem quatuor mensibus fieri conformationem, quod caloris sint inoper.*

CAPUT XXII.

Quibus ex elementis quodlibet membri genus in nobis componatur.

EMPEDOCLES *ait* carnes quidem ex (1) quatuor elementorum, quae *corpori* insunt, contemperatione produci; nervos autem ignis, *ac* terrae partibus dupla ratione permixtis constare; ungues vero *in* animalibus oriri ex nervis ubi aëri occurrunt, refrigeratis (2), *atque rigentibus*. Ossa autem aqua, internaque terra *constare* videntur. Ex quatuor vero ignis, ac terrae portionibus una temperatis sudorem, & lacrimam produci (3) . . . .

ΚΕΦ. ΚΒ.

Ἐκ πόσων συνίσταται στοιχείων ἕκαστον τῶν ἐν ἡμῖν γενικῶν μορίων.

ΕΜπεδοκλῆς τὰς μὲν σάρκας γεννᾶσθαι ἐκ τῶν ἔσω τῇ κράσει τεττάρων στοιχείων· τὰ δὲ νεῦρα, πυρὸς, γῆς, τὰ διπλασίονα μιχθέντα. τοὺς δὲ ὄνυχας τοῖς ζώοις γεννᾶσθαι τῶν νεύρων καθὸ τῷ ἀέρι συνέτυχε περιψυχθέντων. ὀστᾶ δὲ δοκεῖ μὲν ὕδατος, καὶ τῆς ἔσω γῆς· τεττάρων δὲ, πυρὸς, γῆς, τούτων συγκραθέντων μερῶν, ἱδρῶτα, καὶ δάκρυον γίνεσθαι τοῦ σωματικοῦ οὕτως.

CAPUT XXIII. (4)

Quomodo somnus, vel mors aut animae, vel corporis fiat.

ALCMAEO somnum fieri dicit receptu sanguinis in confluentes venas; *vigiliam vero, vel* expergiscendi vim *sanguinis eiusdem* diffusionem *esse*; plenum autem, *perfectumque* sanguinis receptum *in venas* mor-

ΚΕΦ. ΚΓ.

Πῶς ὕπνος γίνεται, ἢ θάνατος τῆς ψυχῆς, ἢ σώματος.

ΑΛκμαίων ἀναχωρήσει τοῦ αἵματος εἰς τὰς ὁμόῤῥους φλέβας ὕπνον γίνεσθαί φησι· τὴν δὲ ἐξέγερσιν, διάχυσιν· τὴν δὲ παντελῆ ἀναχώρησιν, θάνα-

CAP. XXII.

Gal. c. XXXVI.

(1) Galenus hie optime: *ἐκ τῆς ἰσοκρατείας τῶν δ στοιχείων. τὰ δὲ νεῦρα ἐκ τοῦ πυρὸς, καὶ ὕδατος διπλασίω μιχθέντος ex aequali quatuor elementorum mixtione procreari, nervos autem ex igne & terra, cum duabus aquae partibus permixtis.*

(2) Itaque corrigendus Galeni locus, in quo legitur περὶ ψυχθέντων τῶν λοιπῶν στοιχείων *elementis aliis frigefactis.*

(3) Locus hic misere depravatus, qui sine scripti Codicis ope sanari certe non poterit. Nescio an Budaeus aliquid in graeco Plutarchi textu invenerit, quum haec ita reddidit: *ex quatuor denique commixtis sudorem, lacrymamque composita, liquefacto utique sanguine, extenuatuque diffusa*; sive potius illa, quae in vulgatis Plutarchi codicibus desiderantur, ex Galeno desumpserit. Certe Galenus hic habet: *ἱδρῶτα, καὶ δάκρυον γίνεσθαι τηκομένου τοῦ αἵματος, καὶ περὶ τὸ λεπτύνεσθαι διαχεομένου sudorem, & lacrimam oriri eliquato sanguine, qui quum attenuatus fuerit, diffunditur.*

CAP. XXIII

Galen. c. XXXVI.

(4) *Xylander* „ Quod Budaeus ordinem Capitum „ 23. & 24 invertit, quem scriptus quoque habet, „ id nequaquam ratione caret.

Co-

νατον. Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν ὕπνον καταψύξει τοῦ ἐν τῷ αἵματι θερμοῦ συμμέτρῳ γίνεσθαι, παντελεῖ δὲ θάνατον. Διογένης εἰ ἐπὶ πᾶν τὸ αἷμα διαχεόμενον, πληρώσει μὲν τὰς φλέβας, τὸν δὲ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενον ἀέρα ὤσει εἰς τὰ στέρνα, καὶ τὴν ὑποκειμένην γαστέρα, ὕπνον γεγενῆσθαι, καὶ θερμότερον ὑπάρχειν τὸν θώρακα· ἐὰν δὲ ἅπαν τὸ ἀερῶδες ἐκ τῶν φλεβῶν ἐκλίπῃ, θάνατον τυγχάνειν. Πλάτων, οἱ Στωϊκοὶ τὸν μὲν ὕπνον γίνεσθαι ἀνέσει τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος, οὐ κατὰ ἀναχαλασμὸν, καθάπερ ἐπὶ τῆς γῆς, φερομένου δὲ ὡς ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν μεσόφρυον, ὅταν δὲ παντελῶς γένηται ἡ ἄνεσις τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος, τότε γεγενῆσθαι θάνατον.

mortem *producere*. Empedocles somnum quidem fieri *existimavit* moderata caloris, qui in sanguine est, refrigeratione; *ea vero* perfecta mortem. Diogenes, (1) si sanguis totus in venas diffusus, *ipsas* quidem impleat, aërem vero in *venis* ipsis contentum in pectus, subiectumque ventrem protrudat, somnum fieri *existimavit*, ac thoracem *tunc* calidiorem esse; quum vero universus aër ex venis eruperit, mortem contingere. Plato, & Stoici somnum quidem fieri dicunt sensitivi spiritus remissione (2), non relaxatione, perinde quasi *spiritus ille inferius*, veluti in terram *descendat*; sed illo *potius* ad principem *Animae* partem, *hoc est* superciliorum interstitium, ascendente. Quando vero *haec ipsa* sensitivi spiritus remissio perfecte fiat, tunc mortem produci.

Κ Ε Φ. ΚΔ.

Πότε, καὶ πῶς ἄρχεται ὁ ἄνθρωπος τῆς τελειότητος.

Ἡράκλειτος, καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἄρχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους τελειότητος περὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα, περὶ ἣν ὁ σπερματικὸς κρίνεται ὀῤῥός. τὰ γὰρ δένδρα ἄρχεται τότε τελειότητος, ὅταν ἄρχηται γεννᾶν τὰ σπέρματα. ἀτελῆ δέ ἐστι, καὶ ἄωρα, καὶ ἄκαρπα ὄντα. τέ-

C A P V T XXIV.

Quando, & quomodo homo perfici incipiat.

Heraclitus, & Stoici homines perfici incipere *existimarunt* circa secundum septenarium *annorum*, circa quod *tempus* genitalis humor (3) secernitur. Siquidem plantae *quoque* tunc perfici incipiunt quum semina producere inceperint; imperfectae vero, & immaturae *illae sunt*, dum fructu *adhuc destitutae*, *vel* carentes *sunt*. Ita-

Certe 24. Caput rerum seriem perturbat; adeoque de hominis perfectione 23. loco differendum fuerat; ut deinde 24. 25. ceterisque sequentibus de somno, ac morte ageretur. Itaque Galenus Capitum seriem a Budaeo expressam adhibuit. Ego vero vulgatam Plutarchi seriem exhibendam esse putavi.

(1) Integra haec periodus, vel Diogenis opinio, in Galeno prorsus omittitur.

(2) Aliter haec, &c. opinor, sola coniectura Budaeus *Somnum fieri sensilis quidem spiritus remissione, & tanquam laxatione; quemadmodum & super terram considente flatu; eodem vero se recipiente ad superciliorum interstitium, idest animae principatum.*

C A P. XXIV.

Galen c. XXXVI.

(3) Galenus σπερματικὸς κινεῖται πέρι.

Itaque tunc homo perfectus (1) *erit*. *Quinetiam* circa secundum *hoc* septenarium boni, malique, eorumque doctrinae, *ac praeceptorum* notitia *in homine* producitur.

τέλειος οὖν τότε ἄνθρωπος. περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα ἔννοια γίνεται καλοῦ τε, καὶ κακοῦ, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν.

CAPUT XXV.

Cuius sit somnus, vel mors, animae vel corporis.

ΚΕΦ. ΚΕ.

Ὁποτέρου ἐστὶν ὕπνος, ἢ θάνατος, ψυχῆς, ἢ σώματος.

ARISTOTELES Somnum quidem animae, corporique communem esse *putavit*. Somnus (2) autem est *Aristoteli* humidi evaporatio ex thorace in loca capiti vicina, & calor cordis a subiecto cibo refrigeratus. Perfectam vero, *& absolutam caloris huius* refrigerationem mortem esse *putavit*: *eiusmodi* (3) *vero* mortem solius corporis esse, non animae: quum huius mors, *ac interitus ullus* non sit. ANAXAGORAS (4) autem corporeae facultati somnum accidere *existimavit*, corpoream enim, non animalem, *animae nimirum*, affectionem *hanc* esse; mortem vero esse animae divulsionem, *vel separationem a corpore*. LEVCIPPVS

Ἀριστοτέλης κοινὸν μὲν τὸν ὕπνον σώματος, καὶ ψυχῆς. ἐστὶ δὲ αὐτῷ τὸ ἀναθυμιαθὲν ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ θώρακος εἰς τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν τόπους, καὶ τῆς ὑποκειμένης τροφῆς, τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ παραψυχθὲν θερμόν. τὸν δὲ θάνατον εἶναι παντελῆ κατάψυξιν. θάνατον δὲ εἶναι μόνου τοῦ σώματος, οὐ ψυχῆς. ταύτης γὰρ οὐχ ὑπάρχει θάνατος. Ἀναξαγόρας δὲ τῆς σωματικῆς ἐνεργείας γίνεσθαι τὸν ὕπνον. σωματικὸν γὰρ εἶναι τὸ πάθος, οὐ ψυχικόν· εἶναι δὲ καὶ ψυχῆς θάνατον τὸν διαχωρισμόν.

(1) Aliter in Graeco Budaei codice legebatur. Etenim, quum praemisisset: *proinde tum denique perfectus est homo*, subdit: *Aristoteles circiter septenarium secundum honesti, pravique notionem existere, utique quum disciplinis initiantur. Sunt qui putent tertia hebdomade consumari hominem, ut quum viribus suis utitur*. Plenam, accuratamque Plutarchi sententiam expressit Galenus, qui post voces καὶ ἄναρχα ὄντα repente subdit: Ἀριστοτέλης κατὰ τὴν α' ἑβδομάδα, καθ' ἣν ἔννοια γίνεται καλῶν τε, καὶ αἰσχρῶν διδασκαλίας ἀρχή. ἕτεροι δὲ νομίζουσι τελειοῦσθαι ἡμᾶς τῇ τρίτῃ ἑβδομάδι, ὅταν καὶ γένεια ἔχωμεν, καὶ τῇ ἰσχύϊ χρώμεθα *Aristoteles primo septenario; quo notitia oritur rerum honestarum, & turpium; quod est disciplinae initium. Alii denique existimant nos tertio perfici septenario, quum & pubescimus, & virium robore utimur*.

Quamvis tamen & in Galeni, & in Plutarchi, quem exscripserat Budaeus, textu legatur τῇ τρίτῃ ἑβδομάδι *tertio septenario*; fortasse tamen utrobique τῇ δευτέρᾳ *secundo* rescribi debet: nisi septenarium ipsum incipiens intelligatur; quod nimirum ineunte iam tertio annorum septenario viri pubescere, viribusque pollere incipiant.

CAP. XXV.

Galen. c. XXXVII.

(2) Optime, accurateque Galenus: αἴτιον δὲ αὐτοῦ τὸ ἀναθυμιαθὲν ὑγρὸν *caussa vero* somni *ipsius est humidum evaporatum &c.*

(3) Periodus ista in Galeno prorsus omittitur, nullisque dubito quin temere in Plutarchi textum irrepserit. Siquidem Plutarchus ipse Cap. II. iam dixerat ex Aristotelis sententia humanos animos mortales esse.

(4). Plutarchi locus ex Galeno corrigi, suppleríque debet, in quo perspicuo, certoque sensu legitur: Ἀναξαγόρας κατὰ κόπον τῆς σωματικῆς &c.

μόν. Λεύκιππος οὐ μόνον σώματος γίνεσθαι, ἀλλὰ κράτει τοῦ λεπτομεροῦς πλείονι τῆς ἐκκράσεως τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ τὸν πλεονασμὸν, αἰτίαν θανάτου. ταῦτα δὲ εἶναι πάθη σώματος, οὐ ψυχῆς. Ἐμπεδοκλῆς τὸν θάνατον γεγενῆσθαι διαχωρισμὸν τοῦ πυρώδους, ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις τῷ ἀνθρώπῳ συνεστάθη. ὥστε κατὰ τοῦτο κοινὸν εἶναι τὸν θάνατον σώματος, καὶ ψυχῆς· ὕπνον δὲ γίνεσθαι διὰ χωρισμόν τινα τοῦ πυρώδους.

Κ Ε Φ. ΚϚ.

Πῶς ηὐξήθη τὰ φυτὰ, καὶ εἰ ζῶα.

Πλάτων, Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὰ φυτὰ ἔμψυχα, καὶ ζῶα. Φανερὸν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι, καὶ ἐντεταμένους ἔχειν τοὺς κλάδους, καὶ ἐν ταῖς ἐπαναγωγαῖς εἴκειν, καὶ πάλιν σπουδαίως ἀναχαλασθέν. ὥστε καὶ συντελεῖν. Ἀριστοτέλης ἔμψυχα μὲν, οὐ μὴν καὶ ζῶα. Τὰ γὰρ ζῶα ὁρμητικὰ εἶναι, καὶ αἰσθε-

vus (1) somnum corporis solum esse; sed tenuium partium cum animalis caloris secretione mixtarum excessum, *aut abundantiam* mortis caussam *esse*. Eiusmodi autem affectiones corporis *esse*, non animae. Empedocles *ait* mortem esse separationem igneae partis *eorum elementorum*, ex quibus hominis compages constituta fuit: adeoque hac de caussa mortem corpori, animaeque communem esse. Somnum vero *imperfectam*, *tenuemque* quamdam igneae partis avulsionem, *aut separationem* esse.

C A P V T XXVI.

Quomodo Plantae augeantur; & an animalia illae sint.

Plato, Empedocles Plantas etiam animatas, & animalia *esse dixerunt*. *Id* vero exinde quoque manifestum *fieri existimarunt* quod illae nutent, & quod ramos extensos habeant, atque in inflexionibus, *hoc est ubi inflectantur*, cedant; iterumque (2) *tamen* valide remittantur. Aristoteles Plantas *ipsas* animatas quidem, non tamen animalia etiam, *esse dixit*, si-

T

(1) Periodum hanc, integramque Leucippi sententiam Budaeus dissimulavit; sive quod illa in graeco ipsius Codice desideraretur; sive quod ex obscuro, vitiatoque Plutarchi textu sensum exsculpere desperaret. Amiotus ita Leucippi mentem expressit, perinde quasi *somnus ex tenuium partium concretione* produceretur, *nimia vero naturalis caloris excretione mors* oriretur. Quacumque tamen ratione Plutarchi locus intelligi debeat, perspicue apparet particulam οὐ delendam esse, ne Leucippus ipse sibi inconstans dicatur.

C A P. XXVI.
Galen. c. XXXVIII.

(2) *Xylander* „ Καὶ πάλιν σπουδαίως ἀναχαλασθέν. „ Sic & Manuscriptus. Est autem hoc quidem mon„ strum lectionis. Videtur dicere ramos arborum in„ flexos, si relaxentur, rursus in suam sese redigere „ rectitudinem.

Atque ita sane Amiotus etiam Plutarchi locum exposuit. Budaeus autem liberiori quodam interpretandi genere integrum ita locum expressit: *quod tractanti eos arboratori non sine violentia cedant, rursumque laxati in pristinum adeo habitum erescendo se revocent; aut etiam renitentia pondera evincant.* At vera lectio, verusque Platonis sensus facile ex Stobaeo repeti, exponique poterit. Ita nimirum in illo legitur: Πλάτων, καὶ Θάλης καὶ τὰ φυτὰ ἔμψυχα ζῶα. Φανερὸν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι, καὶ ἐντεταμένους ἔχειν τοὺς κλάδους, καὶ ταῖς ἐπαγωγαῖς εἴκειν, καὶ πάλιν σφοδρῶς ἀναχαλᾶσθαι, ὥστε καὶ συνεπέλκειν (legendum συνεφέλκειν) βάρη. *Plato, & Thales stirpibus quoque vitam tribuit, quoniam concutiantur, & ramos erigant, ac tum abducantur, tum rursus valide reducantur, ut pondera quoque* contranitentia, vel inflectentia *trahant*. Ita propemodum in Galeno quoque exaratum conspicitur; nisi quod voces illae καὶ ἐντεταμένους ἔχειν τοὺς κλάδους in

ſiquidem animalia appetitu, & ſenſu, & ratione praedita ſunt, *quibus Plantae carent*. Stoici vero, & Epicvaei *Plantas* animae expertes *exiſtimant*; etenim *animalium* quaedam appetentis animae, & concupiſcentis, quaedam vero rationalis etiam participes eſse. Plantas autem fortuito propemodum, non animae vi, (1) produci. Empedocles ait inter animalia, *vel animata corpora*, Plantas omnium primas enatas eſſe priuſquam Solis *converſio*, *vel circularis* motus expanſus foret; & ante quam dies a nocte ſecretus eſset; atque ob temperamenti *ſymmetriam*, *ſive* concinnitatem, *quamdam veluti* maris, *ac* feminae rationem *illas* habere. *Plantas* autem *ipſas* ex caloris terrae incluſi diſtributione augeri; adeoque *Plantas* terrae partes eſse, proiſus ut fetus utero incluſi ipſius partes *ſunt*. Fructus autem aquae, & ignis Plantis incluſi excrementa eſſe; ac Plantis illis, quibus humor minor ſit, hoc aeſtate exſiccato folia defluere, iis vero, quibus uberior eſt, conſervari, ut lauro, oleae, palmae. Succorum (2) vero diſcrimina varietatem *illam* producere, quae

σθητικὰ δὲ, ϗ λογικά. Οἱ Στωϊκοὶ δὲ, καὶ Ε'πικούρειοι οὐκ ἔμψυχα. τινὰ γὰρ ψυχῆς ὁρμητικῆς εἶναι, καὶ ἐπιθυμητικῆς, τινὰ δὲ καὶ λογικῆς· τὰ δὲ φυτὰ αὐτομάτως πως γεγενῆσθαι, οὐ δια ψυχῆς. Ε'μπεδοκλῆς πρῶτα τῶν ζώων τὰ δένδρα ἐκ γῆς ἀναδῦναι φησι. πρὶν τὸν ἥλιον περιαπλωθῆναι, ϗ πρὶν ἡμέραν, ϗ νύκτα διακριθῆναι. διὰ δὲ συμμετρίας τῆς κράσεως τὸν τῦ ἄῤῥενος, τῦ θήλεος περιέχειν λόγον. αὔξεσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ θερμῦ διαιρουμένου, ὥςε γῆς εἶναι μέρη, καθάπερ καὶ τὰ ἔμβρυα τὰ ἐν τῇ γαςρὶ, τῆς μήτρας μέρη. τοὺς δὲ καρποὺς περιττεύματα εἶναι ἐν τοῖς φυτοῖς ὕδατος, καὶ πυρὸς· καὶ τὰ μὲν ἐλλιπὲς ἔχοντα τὸ ὑγρὸν, ἐξικμαζομένου αὐτῦ τῷ θέρει φυλλοῤῥοεῖν, τὰ δὲ πλείονα παραμένειν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς δάφνης, καὶ τῆς ἐλαίας, καὶ τῦ φοίνικος. τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν, παραλλαγὰς τῆς πολυμερείας, ϗ τῶν αἰτίων

in illo deſiderantur, moxque levi diſcrimine habetur καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἴσχειν μετὰ βίας, καὶ πάλιν σφοδρῶς ἀνακλᾶσθαι, ὅτι καὶ συνάλγειν βάρη. Quandoquidem vero hunc ipſum fere ſenſum Budaeus etiam expreſſit, perſpicue apparet in graeco ipſius codice Plutarchi verba ea propemodum ratione concepta fuiſſe, quam Stobaeus innuerat. Ceterum ſuſpicor Platonis, vel Plutarchi verba ἀπὸ τοῦ ἐντεταμένως ἔχειν τὰς κλάδους *quod ramos porrectos habeant*, non ad quaelibet arborum genera, ſed ad palmas ſolum referri, in quibus peculiaris quaedam ramorum extenſio reperiri dicitur, quae ſine ſenſu, ac amore produci non poſſe putatur; ut optime proinde ex eiuſmodi ramorum ordine, ac directione ipſas animatas, ſenſuque praeditas eſſe deduceretur. Etenim fertur mares palmas tacito veluti pondere in feminas palmas nutare, ramoſque ſuos verſus illas extendere; ſicuti viciſſim feminae palmae, ſi maribus proximae fuerint, fecundiores eſſe dicuntur. Hinc palmae ipſae θελυμανεῖς dicuntur διὰ τὸ θελυμανεῖν *quod feminas appetant*. Scholiaſtes Homericus ad Iliad. N. verſ. 739 Α'νδρόμαχος ἐν Ε'τυμολογικοῖς φησι προθέλυμνα κυρίως λέγεσθαι τὰ ἐπαλλήλους κλάδους ἔχοντα δένδρα διὰ τὸ θελυμανεῖν *Andromachus in Etymologicis ait proθέλυμνα proprie vocari arbores, quae ramos alios aliis ſuperimpoſitos habent, propter* θελυμανεῖν, *feminas appetere*. Cumque in Etymologo Magno legatur θέλυμνα λέγεται τὰ ἐπαλλήλους ἔχοντα τὰς κλάδους δένδρα διὰ τὸ θελυμανεῖν exinde in Faſtis Atticis *Tomo I. pag.* 386. conieci verum Ethymologici Magni auctorem facile non alio, quam *Andromachi* nomine vocandum eſſe.

(1) Gaſſendus hic optime pro γεγενῆσθαι, quod minus appoſitum eſt, κινεῖσθαι legendum eſſe arbitratur.

(2) Integer hic Plutarchi locus facile ex Galeno corrigi, vel illuſtrari poterit. Ille nimirum legit: τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν παραλλαγὰς γίνεσθαι τῆς πολυμερείας. καὶ τῶν φυτῶν διαφόρων, ἑλκόντων τὰς ἀπὸ τῶν τρεφόντων ὁμοιομερείας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων· οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων ποιοῦσι τὸν οἶνον διαλλάττοντα, ἀλλὰ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους *ſuccorum autem differentias oriri ex diverſitate cum multitudinis partium, tum plantarum diſcrepantium a rebus alentibus, quae ſibi ſimilia ſunt attrahentium, quemadmodum in vitibus innoteſcit. Non enim earum differentiae vinorum diverſitatem efficiunt, ſed nutrientis ſoli*.

τίων γίνεσθαι, διαφορὰς ἐχόντων τὰς ἀπὸ τῦ τρέφοντος πολυμερείας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων. οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων χρηστικὸν οἶνον ποιῦσιν, ἀλλ' ἐκ τῦ τρέφεσθαι ἐδάφοις.

quae in partium multitudine *reperitur*: quas quidem varietates *succi* recipiunt ex multitudine, *aut varietate* partium *soli* nutrientis, ut in vitibus *contingit*: etenim non *vitium* ipsarum varietates utile (1) *bonumque* vinum producunt; sed quod *illae hoc potius, quam alio*, solo nutriantur.

ΚΕΦ. ΚΖ.

Περὶ τροφῆς, καὶ αὐξήσεως.

ΕΜπεδοκλῆς τρέφεσθαι μὲν τὰ ζῶα διὰ τὴν ὑπόστασιν τῦ οἰκείου, αὔξεσθαι δὲ διὰ τὴν παρουσίαν τῦ θερμοῦ· μειοῦσθαι δὲ, καὶ φθίνειν διὰ τὴν ἔκλειψιν ἑκατέρων. τοὺς δὲ νῦν ἀνθρώπους τοῖς πρώτοις συμβαλλομένους, βρεφῶν ἐπέχειν τάξιν.

CAPUT XXVII.

De nutritione, & augmentatione. animalium.

EMPEDOCLES *ait* animalia nutriri quidem ex *accomodati, sibique* convenientis *cibi* substantia; ex caloris autem accessu, *sive praesentia* augeri; utriusque vero defectu decrescere, atque consumi. Homines autem, qui nunc *temporis* sunt, ad primos *hominum* comparatos infantium instar esse.

ΚΕΦ. ΚΗ.

Πόθεν αἱ ὀρέξεις γίνονται τοῖς ζώοις, καὶ ἡδοναί.

ΕΜπεδοκλῆς τὰς μὲν ὀρέξεις γίνεσθαι τοῖς ζώοις κατὰ τὰς ἐλλείψεις τῶν ἀποτελούντων ἕκαστον στοιχείων, τὰς δὲ ἡδονὰς ἐξ ὑγροῦ, καὶ τὰς τῶν κινδύνων, καὶ ὁμοίων κινήσεις, τὰς δὲ ὀχλήσεις, καὶ τὰς . . . . .

ΚΕΦ.

CAPUT XXVIII.

Unde appetitus, ac voluptates in *animalibus fiant.*

EMPEDOCLES appetitus quidem *in* animalibus oriri *dicit* secundum elementorum *illorum* defectus, quibus *animalium* quodlibet componitur; voluptates autem ex humido; motusque ex periculis, aliisque id genus *excitatos*, perturbationes, & (2) . . .

T 2 CA-

(1) *Xylander* „ Χρηστικόν. Manuscriptus Χρηστικὸν, ego Χρηστικῶν.

CAP. XXVIII.

(2) Quum Plutarchi locus postrema parte mutilus, vitiatusque sit, Budaeus voces proxime sequentes omisit. Nullum vero ex Galeno praesidium haberi potest, quum integrum hoc Caput in illo desideretur.

CAPVT XXIX.

Quomodo fiat febris, & an affectio, vel affectionis alterius *accessio sit*.

ERASISTRATVS ita febrim definit: Febris est motus sanguinis in spiritus, (1) *aëris, vel pulmonis* vasa incidentis, qui *motus* praeter voluntatem *nostram, nobisque invitis* peragatur. Quemadmodum enim mare, quum nihil ipsum perturbet, quiescit; violento autem vento praeter naturam spirante, tunc (2) totum agitatur; ita *prorsus contingit* in corpore; quum sanguis moveatur, tunc ille in vasa quidem spirituum incidit, effervescens vero universum corpus calefacit. Ipsique (3) *Erasistrato* placet febrim *morbi iam producti* appendicem, *& effectum* esse. DIOCLES autem dicit: Ea, quae apparent, occultorum *indicia, signa, vel* ostensiones sunt. Iis vero, quae *perspicua, vel* apparentia sint, adnata, *vel superaddita* febris videtur, ut vulneribus, pituitosis collectionibus, & bubonibus. (4)

ΚΕΦ. ΚΘ.

Πῶς γίνεται ὁ πυρετὸς, καὶ εἰ ἐπιγέννημα ἐςι.

ΕΡασίςρατος ὁρίζεται τὸν Πυρετὸν οὕτως, Πυρετὸς ἐςὶ κίνημα αἵματος παρεμπεπτωκὸς εἰς τὰ τῦ πνεύματος ἀγγεῖα ἀπροαιρέτως γινόμενον. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὅταν μηδὲν αὐτὴν κινῇ, ἠρεμεῖ, ἀνέμου δὲ ἐμπνέοντος βιαίου παρὰ φύσιν, τότε ἐξ ὅλης κυκλεῖται, οὕτω καὶ ἐν τῷ σώματι, ὅταν κινηθῇ τὸ αἷμα, τότε ἐμπίπτει μὲν εἰς τὰ ἀγγεῖα τῶν πνευμάτων, πυρούμενον δὲ θερμαίνει τὸ ὅλον σῶμα. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ καὶ ἐπιγέννημα εἶναι ὁ πυρετός. Διοκλῆς δέ φησιν ὄψεις ἀδήλων τὰ φαινόμενα· ἐπὶ δὲ τοῖς φαινομένοις ὁρᾶται ὁ πυρετὸς ἐπιγενόμενος, τραύματα, ϰ φλεγμοναὶ, ϰ βουβῶνες.

CAPVT XXX.

De sanitate, & morbo, & senectute.

ALCMAEO facultatum quidem, *aut qualitatum, hoc est* humidi, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, & reliquarum *qualitatum* aequabilitatem sanitatis conservatricem esse *putavit*; unius autem *ex quali-*

ΚΕΦ. Λ.

Περὶ ὑγείας, καὶ νόσου, ϰ γήρως.

ΑΛκμαίων τῆς μὲν ὑγείας εἶναι συνεκτικὴν ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων, ὑγρῦ, θερμοῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, πικρῦ, γλυκέος, ϰ τῶν λοιπῶν· τὴν δ' ἐν αὐτοῖς μο-

CAP. XXIX.
Gal c. XXXIX.

(1) Amiotus ita locum hunc interpretatur: *vasa spirituum, quae sunt arteriae*.

(2) *Xylander* „ Ἐξ ὕλης κυκλεῖται. Scriptus ἐξ ὅ„ λης. Sed in fine Codicis hoc ipsum Caput repeti„ tum erat, ibique ἐξ ὅλης legitur.

(3) Haec periodus in Galeno desideratur,

(4) Graecus Budaei codex Herophili quoque sententiam hic exprimit, quam ille latine sic reddidit: *Herophilus nulla etiamnum praecedente caussa nonnullos interdum febricitare*; at in Amioto, & Xylandro ne vestigium quidem opinionis huius occurrit. Itaque Budaeus integriorem Plutarchi textum hic habuit, vel fortasse Galenum expresserat, ubi nunc legitur: Διοκλῆς δὲ φησιν ἐπιγέννημα εἶναι τὸν πυρετὸν ἐπιγίνεται δὲ τραύμασι, καὶ βουβῶσι. Ἡρόδοτός φησι μηδεμίας αἰτίας προηγησαμένης ἐνίοτε πυρέττειν τινάς. *Diocles autem dicit febrim accessionem esse; succedit autem vulneribus, & adenum tumoribus. Herodotus asserit nulla caussa praecedente aliquos interdum febre corripi*. Hinc *Herodoti* nomen in *Herophili* converti debet.

μοναρχίαν, νόσου ποιητικήν. φθοροποιὸν γὰρ ἑκατέρου μοναρχία, καὶ νόσων αἰτία· ὡς μὲν ὑφ' ἧς, ὑπερβολὴ θερμότητος, ἢ ψυχρότητος· ὡς δ' ἐξ ἧς, διὰ πλῆθος, ἢ ἔνδειαν· ὡς δ' ἐνίοις, αἷμα ἐνδέον, ἢ ἐγκέφαλος. Τὴν δὲ ὑγείαν σύμμετρον τῶν ποιῶν τὴν κρᾶσιν. Διοκλῆς δὲ πλείστας τῶν νόσων δι' ἀνωμαλίαν τῶν ἐν σώματι στοιχείων, καὶ τοῦ καταστήματος. Ἐρασίστρατος τὰς νόσους διὰ πλῆθος τροφῆς, καὶ ἀπεψίας, καὶ φθορᾶς· τὴν δὲ εὐταξίαν, καὶ αὐτάρκειαν εἶναι ὑγείαν. Οἱ Στωϊκοὶ συμφώνως, τὸ γῆρας γεγενῆσθαι διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἔλλειψιν. οἱ γὰρ αὐτοὶ πλέον ἔχοντες τὸ θερμὸν, ἐπὶ πλεῖον γηρῶσιν. Ἀσκληπιάδης Αἰθίοπάς φησι ταχέως γηράσκειν, ἔτει τριακοστῷ, διὰ τὸ ὑπερθερμαίνεσθαι τὰ σώματα ἀπὸ τοῦ ἡλίου διαφλεχθέντας. ἐν Βρεττανίᾳ ἑκατὸν εἴκοσιν ἐτῶν γηρᾷν διὰ τὸ κατεψύχθαι μὲν τοὺς τόπους, ἐν ἑαυτοῖς δὲ στέγειν τὸ πυρῶδες. τὰ μὲν γὰρ εἰσιν ἀραιότερα τῶν Αἰθιόπων σώματα διὰ τὸ ἀναχαλᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων, πυκνὰ, διὰ τοῦτο ἂν καὶ πολυχρόνια.

litatibus illis in ceteras dominium morbi caussam, *& originem esse*. Etenim alterutrius *qualitatis* praedominium tabificum, morbique caussa *est*. *Atque aliquando quidem* ut *caussa efficiens*, *vel* a qua, *ut est* caloris, vel frigoris excessus; aliquando vero ut *caussa materialis*, *vel* ex qua, propter redundantiam, vel defectum, ut in aliquibus sanguinis, vel cerebri inopia. Sanitatem vero *opinatur esse* accomodatam qualitatum temperiem. Diocles autem morborum plurimos *oriri dicit* propter elementorum, *quae* in corpore *reperiuntur*, inaequalitatem, aut inaequalem (1) *corporis* constitutionem. Erasistratus morbos ob alimenti copiam, cruditatem, & corruptionem *fieri existimavit*; sanitatem autem esse ordinatam, *corporique* sufficientem *alimenti copiam* (2). Stoici (3) *concorditer*, *ac* una voce dicunt senectutem ob caloris inopiam, *defectumque* fieri; etenim illi, qui maiorem calorem habeant, *diutius senectutem agunt*, *vel* tardius senescunt. Asclepiades ait Aethiopas celerius, *hoc est* tricesimo *aetatis* anno senescere, *veluti* adustos, propterea quod ipsorum corpora a Sole vehementius calefiant. In Britannia *vero vicissim homines* centesimo ac vicesimo *aetatis* anno senescere (4), quod *ea* loca quidem frigida sint, *humana vero corpora calorem*, *atque* igneum in se ipsis conservent. Siquidem Aethiopum corpora rariora sunt quod *haec* a Sole laxata sint; *borealia vero*, *vel* septemtrionibus (5) subiecta *corpora magis* densa sunt; adeoque etiam *magis* longaeva.

CAP XXX.

Galen. c XXXIX.

(1) Fortasse in graeco Budaei textu legebatur καὶ τοῦ καταστήματος τοῦ ἀέρος. Interpretatur enim *propter inaequabilitatem elementorum corporalium*, *habitusque aëris*. Ita certe in Galeni textu nunc reperitur.

(2) In Galeno memorata Erasistrati sententia repente subiicitur: Πυθαγόρας φησὶ τὰς νόσους γίνεσθαι τοῦ σώματος διὰ τὸ θερμότερον, ἢ κρυμωδέστερον γίνεσθαι τὸ σῶμα· τὸ μὲν γὰρ θερμότερόν ἐστι τὸ πλέον τῆ μετρίας, τὸ δὲ κρυμωδέστερον ἔλαττον τοῦτο *Pythagoras dicebat morbos corporis inde oriri quod aut calidius, aut frigidius sit corpus; calidius quidem est, quod ultra temperiem calet, frigidius vero cum deficit iustus calor.*

(3) Melior, pleniorque Galeni lectio: Οἱ Στωϊκοὶ, καὶ οἱ ἰατροὶ συμφώνως *Stoici, & Medici concorditer* &c.

(4) Alter Galenus . . . . γηρᾷν διὰ τὸ τὸ πυρῶδες. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄρκτων κεκινῆσθαι.

(5) Ubi nunc legitur τὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων levi, facilique mutatione scribendum existimo τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄρκτων, ut *septemtrionibus subiecta* corpora clarius exprimantur.

LIBRI V. FINIS.

VARIAE LECTIONES
QUAE
IN PLUTARCHI LIBRIS
DE PLACITIS PHILOSOPHORUM
SUNT OBSERVATAE.



T Operis huius editio praesidiis, ac ornamentis omnibus, quae praestari nunc a me poterant, instructa foret; nihilque prorsus omitteretur, ex quo Plutarchi textus aut corrigi, aut illustrari subinde posset, e re futurum putavi si varietas illa, quae in scriptis, cuiusque ipsius Codicibus hactenus inventa, vel observata fuit, in extrema demum Voluminis huius parte, coronidis instar, adiungeretur; quemadmodum fere Xylander ipse singula vocum, aut lectionum discrimina ad Librorum omnium calcem subiecerat. Quum enim diligens ille, & doctissimus Scriptor non de Plutarcho solum, sed etiam de plerisque Graecis Auctoribus praeclare meritus graecos Plutarchi Codices, qui partim coniectura, partim Manuscriptorum ope a Turnebo, Vulcobio, & Bongarsio notis quibusdam margini adscriptis emendati fuerant, consulere, atque cum edito ipsius textu conferre voluisset, singula, vel minutiora quoque vocum discrimina expressit, quibus Codices illi ab editis diffidebant. Ita quoque eximium Plutarchi Codicem sibi a Paulo Petavio suppeditatum, simulque veterem Plutarchi editionem ab Aldo curatam, atque etiam Basileensem accuratissime conferre ipsi libuit; ut inde quoque varias lectiones excerperet. Quamvis autem plurimas, utilioresque varietates in brevibus adnotationibus illis Xylander attulisset, quibus Placitorum Libros recensuit, & obscurioribus Plutarchi locis lucem attulit; uberem tamen, atque ingentem hanc lectionum omnium seriem una congestam in Operis universi fine complecti voluit; cum praesertim ipsarum plurimae minutiores, levioresque forent, quam ut exinde praesidium aliquod exsculpi posset; quin etiam plurimae Petaviani praesertim Codicis Lectiones vitiatae sint, nihilque prorsus contineant, nisi errores illos, qui ex solita exscriptorum oscitantia in Plutarchi textum, aut Codices irrepsere. Egregium hoc praestantissimi Viri consilium aemulatus singulas varietates illas hic ego proferam; iisdemque prorsus characteribus exprimam, quos usurpavit Xy-

Xylander; ut nimirum literis T. V. B. *Turnebi*, *Vulcobii*, *Bongarsii* nomen, litera vero P. scriptus *Petavii* Codex indicetur. Quemadmodum vero Xylander variantes illas Lectiones ita ad Operis a se editi paginas accommodaverat, ut facile varietas illa cum graeco textu, quem simul ediderat, conferri posset; sic ego quoque non modo superioris Operis, aut Librorum a me editorum paginas, sed paginae quoque versus, expressi, in quibus vox illa reperitur, quae secus in Bongarsii, Vulcobii, Turnebi notis, aut in Petavii Codice legebatur. Ita nimirum facile diligens Lector hoc uno Volumine instructus dissidentia loca mutuo conferre poterit, simulque ex contextu conicere quaenam vera, aut certe concinnior Plutarchi lectio censeri debeat. Quod si aut in celeberrimo Mediceae Bibliothecae thesauro, aut in optimis aliis Florentinorum Bibliothecis graecus aliquis Plutarchi Codex extaret, in quo *Placitorum Libri* reperirentur, eximde quoque varietates omnes excerpere conatus essem; ne praesertim in Opere Florentiae cuso, Florentinorum Codicum praesidia optari possent. Itaque, cum sola mihi Xylandri studia, ac labores hac in parte suppeterent, ea meliori quo poterat ordine accurate proposui; longeque tamen utilius in excerpendis, conferendisque Eusebii, Galeni, Stobaei locis immorari volui; cum praesertim pleraque Plutarchi loca, quae ex eiusmodi lectionum varietate restitui, vel illustrari poterant, solo Eusebii, Galeni, ac Stobaei praesidio restituta iam forent, ut facile profecto intelliget qui rite singula comparaverit.

LIBRO I.

Pag. vers.

3. 13 ΚΑὶ πόσον μέρος T. V. P.
17. ἐπιτηδείῳ τέχνης P.
4. 22. τοῦ πρᾶξαι, καὶ ζητεῖται T. V. P.
27. Ἐπειδὴ πρόκειται T. V. P.
5. 4. μήτε ἐϛὶ θεία P.
16. ἀρχὴν γενήσεως ἔχει Ald. Basil. ταῦτα δύνονται P.
24. ἀρχὴν, καὶ ϛοιχεία ἐϛὶ σύνθετα.
6. 2. ἐξ οὗ γεγένηται P.
7. καὶ ἀρχὴν λέγει τὸ ὕδωρ.
9. Deest integer Capitis titulus. P.
11. ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ P.
15. φιλοσοφίας. φιλοσοφίσας δὲ. P.
29. Ὠκεανὸς, ὥσπερ P.
7. 6. εἰς τὸ, ἐξ οὗ γίνεσθαι T. V.
8. 7. ὁμολογητέον ἐϛὶ τῇ τροφῇ μόρια P.

Pag. vers.

12. καὶ ἄλλων, ὧν ἃ ἦν. T. V. P.
18. ὁμοιομερείας αὐτὰ ἐκάλεσε T. V. P.
9. 4 Πάλιν ἀπὸ ἄλλης P.
10. 8. ἄχρι τῶν τεσσάρων προδιελθὼν T. V. P.
13. τὸν δέκα πληρώσει P.
17. ἐφθέγγοντο οἱ Πυθαγόρειοι P. ὡς μέγιϛον τοῦ ὅρκου P. ὄντος ὅρκου P
20. Ναὶ γὰρ μὰ τὸν T. παραδόντα τετρακτὴν P.
26. νοῦς μὲν ἐξ ὧν ἡ μονάς ἐϛιν P.
11. 2. ἄνθρωπον ἕνα μόνον νοοῦμεν. εἰ δὲ ἐπὶ μέρους P.
17. κατάληψίς ἐϛιν, διὸ P.

12.

Pag. verſ.

12. 2. συςελλόμενον γῆ γίνεται P.
7. ἀρχὴ ὂν τὸ πῦρ T. V. P.
11. & alibi Δημόκριτον φιλοσοφίσας P.
29. μήτε τριγωνοειδῆ T. V. P.
30. μήτε κροκοειδῆ T. P.

13. 3. ἀμέτοχος κενοῦ. ὅτι δέ ἐςιν ἄτομες P.
13. φησὶν δὲ ὕτως P.
14. Τέτταρα τῶν πάντων T. V.
17. pro ἠδ' Ἀϊδωνεὺς eſt ἠδαϊδωνεὺς P.

14. 10. Ἀριςοτέλης Νικομάχυ P.
15. Ζήνων Μνασσέου P.

15. 6. ταχαῖαν T. ταχεῖαν V.
15. κατὰ τὴν σωμάτων σύνοδον P.
26. ἐχόμεναι φύσεως ἄτομοι. P.
27. πρὸς τὸ μετέωρον ὠθούμεναι P.
34. ϗ τὴν ναῦν περιφερὰν T. V.

16. 4. πολλῆς δὲ ἔτι ὕλης P.
15. κυριώτατα μέρη P.
21. καὶ τὸ σημαντικὸν. P. σωμαντικὸν T. V.
26. λοιπὸν ἀρχὴν εἶναι τὴν ὕλην P. λοιπὸν ἀρχὴν ὕλην. Ald. & Baſil.
λοιπὸν ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην γῆν T. V.

17. 8. ὧδε γὰρ πάντα περιέχει. καὶ πολλὰ παραδείγματα P.
12. καὶ οἰκείων P.
15. γεννητὸς ὢν P.

18. 17. σχημάτων προτεύει P.
26. διακόπτων τηλικαύτη P.
28. θεωρῆται· ϗ ἐκ τῦ.
31. ϗ ταῦτα φαινόμενα Ald. Baſil. P.

19. 1. Τῷ δ' ἐπὶ καρκίνος T. V. P. Τῷ δ' ἐνὶ καρκίνος Ald. & Baſil.
3. χηλαὶ, καὶ ἐπ' αὐτῷ σκόρπιος αὐτὸς P. ſed metrum ipſum oſtendit voces ἐπ' αὐτῷ locum non habere.

pag. verſ.

5. Τοξευτὴρ. P.
ἐπὶ δὲ αἰγοκέρῳ Ald. & Baſ. Αἰγοκέρωτι T. V. P.
7. ἐπιχθύες P.
8. ἀςερόεντες P.
11. καθομοίας P.
17. γὰρ ὁ ἥλιος T. P.
22. διόπερ οἱ τὸν περὶ τῶν θεῶν T. P.
29. ὑφ' ἑκάςης T. V. P.
31. διαιρεῖται μὲν πᾶσα P.

20. 3. ἡμέρας τε, ϗ νύκτα T.
5. καὶ τὰ ὑπὸ γῆς P.
8. μήτηρ δὲ τύτων ἡ γῆ, τύτων ὁ μὲν ἀὴρ, πατὴρ T. V. P.
24. Δίκην, Εὐνομίαν T. V. P.
27. τοῖς γενητοῖς P.

21. 9. διάφορος κατὰ τὴν P.
10. τὴν νῦ σύςασιν P.
11. ϗ καλῶς ἔχειν T. V. P.
14. Τίς ὁ θεὸς P.
16. ὁ Μήλιος Baſil. Μιλήσιος V.

22. 3. βιβλία ψῦχε P.
4. ταῦτ' ἐςὶ P.

23. 4. ὡς δεῖ ψευδεῖ P.
7. βίον P.
ἄφθιτον θάλλων βίον T. V.
13. καὶ ῥέξαι δαίμονι P.

24. 4. ἑαυτὸν ὑπόδειγμα P.
5. λήρυ βακκεσελήνυ T.
7. πῶς γὰρ αὐτῷ P.
11. νῦς αὐτὰ διεκόσμησε P.
20. τοῦτο χάριν P.

25. 1. καὶ τοῦ ἐγγὺς θανατῦ T. V.
14. μοιχῦ, καὶ μοιχάδος T. V. P.
18. Δηϊανήρας P.
21. τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ T. V.

26. 13. αἴτιον τῆς κινήσεως P.
14. Οἱ Στωϊκοὶ κοινώτερον P.
20. μεταλαμβάνων P.
21. παραλλάξεις T. P.
23. τὸν τ' ἀνωτάτω P.
29. φύσεις κατὰ γένυς P.

27.

pag. verſ.

27. 3. παρακειμένων δὲ P.
11. pro ἐγκρίνει eſt κρίνει T. P.
29. 2. ἐν τοῖς νοήμασι, καὶ ταῖς P.
30. 3. Πυθαγόρας, Α'ριςοτέλης ſine copula P.
14. ἐφ' ἑαυτὸν T. P.
16. μήτε κῦφον εἶναι P.
21. εἶναι τὴν ἁπλῶς P.
31. 3. κῦφα γὰρ ὑπάρχει φύσει, οὐ νεύσει ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέσου T. P.
16. οἱωνεὶ ςοιχεῖα P.
17. ὁμοιομέρη P.
pro ὅπερ eſt ὅτι T. V. P.
33. 2. Περὶ περιτομῆς P.
5. ἄπειρον· Οἱ τὰς ἀτόμυς T.
34. 2. pro ςοιχεῖα eſt ςοῖα P.
3. Πλάτων μὲν P.
12. Ε'μπεδοκλῆς, οὐδὲν P.
14. Λεύκιππος δὲ, Δημόκριτος T. V.
35. 11. pro ὕλην eſt μεταβολὴν T. V. P.
36. 19. & 20. Πλάτων, ϗ οἱ μὲν πλείυς τῶν Στοϊκῶν T. V.
37. 2. Πλάτων δὲ γενητὸν P.
8. ἐντελέχεια κινητικῦ T. V. P.
11. κατὰ ςάθμης P.
13. Η'ράκλειτος ἠρεμίαν τε T. V. P.
38. 5. τὸ πᾶν ἀγέννητον T.
6. ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν T.
40. 9. ἀνάγκην ἀκίνητον αἰτίαν T. V. P.
42. 9. Ε'μπεδοκλῆς, φύσει μηδὲν εἶναι T. V.
43. 3. μόνον μίξις τε, ϗ διαλλαξίς τε. P. ſed metrum voculam ϗ non admittit.

LIB. II.

45. 18. Πρῶτον ὠνόμασε T. V.
46. 13. εἶναι τὸ πᾶν, ϗ τὸν κόσμον T. B.
47. 1. οἱ δὲ ὠσειδῆ T. V. pro ὡς εἰδῆ.
7. προνοίᾳ διοικενυμένον T. V.
23. Πυθαγόρας, ϗ οἱ Στωϊκοὶ T. V. P.
48. 15. αὐτὸν αὐτῷ P.
18. φθορὰν, τότε μὲν P.
49. 14. ἥλιον ἐκ τοῦ πυρὸς T. V. P.
50. 10. μικτὰς δὲ ἀλλήλας P.
11. περιέχον δὲ πᾶσαν T. V. P.
15. ἐνίων μὲν κόσμων P.
18. εἶτα αἰθέρα, ἐφ' ᾧ ὕδωρ omiſſis μεθ' ὃν ἀέρα P.
21. πρῶτον μὲν αἰθέρα V.
51. 2. τύτων δὴ τοῖς μὲν P.
4. ἐκεῖνα τεταγμένον P.
12. κόσμον ἐγκυκλίεσθαι T. V. P.
52. 3. Ποσειδώνειος ὐκ ἄπειρον P.
53. 9. πυρὸς κρυςαλλοειδῶς P.
54. 5. μεμερεῖσθαι τὴν τοῦ P.
11. ϗ ἀειφανὴς, λοξὸς δὲ τοῖς. P.
24. ἐν ἑαυτῷ περιέχον P.
55. 6. τύτυς ὑςερικέναι P.
18. σβεννυμένυς δὲ T. V. P.
21. Η'ράκλειτος P.
Η'ρακλείτης T. V.
56. 13. τῷ κρυςαλλοειδεῖ P.
57. 4. τὺς πλάνητας P.
58. 7. ὁμοίως ὑπὸ τὴν γῆν T. V. P.
59. 14. πέρὶ σημασίας P.
18. τῶν ἀςέρων ἐπιςολὰς P.
60. 12. ἁρματίυ τροχοῦ.
61. 1. Οἱ Στωϊκοὶ ἅμα νοερὸν T. V. P.
7. τὴν αὐτάγειαν T. P.
9. ἡλίῳ τὸν ἐν ὐρανῷ P.
10. τότε δὴ ἀπ' αὐτοῦ P.
62. 1. τὴν ἀπὸ ἐσόπτρυ P.
5. τὸ μὲν ἀρχέτυπον T. P.
13. τὸν κρυςαλλοειδῆ P.
18. ταῖς καταπρήσεσιν T. P.
63. 8. εὖρος ποδὸς P.
64. 7. Α'ναξαγόρας ἀνταπόσει P.
16. Ω'ς κεανὸς P.
Ω'ς Ω'κεανὸς T. V.
17. ἀναθυμίασιν ἐπινέμεται T. P.
66. 10. περὶ ὐσίας Σελήνης. ΚΕ'. T.
15. εἶναι ἁρματίνω T.
κοίλην ἔχοντα τὴν T.

pag. verf.
16. ἀψίδα P.
67. 6. γῆν ὁμίχλην T.
9. Περὶ μεγέθυς Σελήνης ΚϚ. T.
69. 1. τῆς προβολῆς T.
20. τῦ ἀπειρώτυ μέρυς P.
70. 2. ἐξαπτομένης τεταγμένος P.
12. μᾶλλον δὲ τῆς Σελήνης ἀντιφραττομένης desunt in P.
71. 5. ὅθεν σχευδοφανῆ T. P.
7. μὴ εἶναι αὐτῆς P.
10. περὶ ἀποςήματος τῆς Σελήνης T.
72. 2. περὶ ἐνιαυτοῦ, πόσος P.
9. ἀπὸ φάσεως T. P.
12. ἑνὸς δέυσι P.
73. 1. ἐνιαυτῶν τοσοῦτον ὅσον P.

LIB III.

75. 10. ἐν τοῖς προτέροις ἐπιτομῇ. P.
20. περὶ γαλαξίας κύκλυ T. P.
76. 5. τοῦ ἡλίου τὰς αὐτὰ: T. P.
13. Ἀ'ναξαγόρας τῆς σκιὰν P.
77. 3. αὐγῆς δὲ πυκνώτερον P.
5. περὶ Κομιτῶν P.
10. περιοδικῶς ἀνατελόντων. P.
78. 4. ἄλλο δοκίδα P.
14. τὸν εἰς τὰ νέφη P.
79. 4. παρὰ τὴν μελανείαν P.
5. τὸν διαυγασμὸν διατελεῖ, τῇ δὲ πληγῇ P.
8 καὶ τῷ σχιμῷ P.
10. προλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίυ P.
13. εἰς ψυχρὸν ἐμπέσῃ P.
20. πολυσωματέρῳ περὶ P.
24. ἔλαμψιν P.
80. 1. τῶν πλεονασμῦ P.
10. χιόνα δὲ ἐπειδὰν P.
12. συμπεριληφθῇ τι ὑγρῷ P.
17. μακρᾶς ἐπιφορᾶς P.
81. 6. αὐτίκα γοῦν πλέοντων P.
9. pro Θαύμαντος est Θαύματος P.
12. Ηὔτε πυρφορέην Ι'ριν P.
21. τῶν δι' αὐγῶν P.

pag. verf.
82. 1. βλέπωμεν P.
4. καττομένην P.
5. τρίτος τόπος P.
7. τὸ τῶν ἴριδος P.
17. ἀλυργὲς P.
29. ἀντικρὺ τοῦ ἡλίυ τῶν ἀκτίνων P.
30. λάϐει ὕδωρ, ϗ πτύσει, αἱ ῥανίδες P.
33 πάσχωσιν P.
34. Ναξιμένης ἶριν P.
83. 2. παχυκαὶ μέλανι P.
4. Ναξαγόρας P.
20. pro ὅπερ est ὥσπερ,
21. pro πᾶσιν est πᾶσι P.
84. 6. τὸν δὲ ἀπὸ ἄρκτων P.
11. παχυθέντος ἀέρος ὑποχωροῦσι P.
19. θερίαν δὲ P.
85. 2. pro περὶ γῆς, & τὶς ἡ οὐσία αὐτῆς, ϗ πόση est περὶ σχήματος γῆς, & illá περὶ γῆς, τὶς (pro quo tamen vitiose est τῆς) ἡ οὐσία αὐτῆς, ϗ πόση reperiuntur pro titulo sequente περὶ σχήματος γῆς P.
7. Στωικοὶ μίαν πεπερασμένην P.
8. κάτω μέρυς P.
11. καὶ τρίγα P.
88. 9. ἐνιζομένην, vel ἐνιζωνισμένην P.
89. 9. διηρεῖσθαι εἰς πέντε P.
13. pro καλυμένη est ϗ λυμένη P.
90. 7. ξηρότητα τῆς γῆς T.
10. ἀέρος ὑποθήσει P.
17. pro κοῦφον ὂν est κοῦφον, & pro ἀπολείψει, est ἀπολήσει P.
91. 2. ἢ κατελκύσειε P.
14. διὰ ταῦτο κινεῖσθαι ἐπὶ τὰ δεξιὰ, ϗ θάτερα P.
17. ὐ δὲ μίαν δὲ τύτων ἐνδέχεται τὴν γῆν κινεῖθαι. ἐνδέχεσθαι δὲ ϗ συραγγώδη P.
92. 14. ἐπιπόλαιον πλῆσιν. P.
18. δία τὸ διηθεῖσαν P.
93. 14. εἶναι τὴν ἄμπωτιν P.

pag. verf.
17. ἑώραν φέρεται P.
94. 4. αὐτῷ συγκᾶσθαι P.
8. καί τινος P.

LIB. IV.

96. 11. κατὰ μέρος. Θάλης τὰς P.
17. τῇ παροισθήσει P.
97. 3. κατ' αὐτὴν ὕσης P.
7. ἐν χιμῶνι P.
20. ἐξατμίζει τὰ νάματα P.
25. καὶ ὑπόψαμον P.
28. ἡμῖν ἤ θέρος P.
98. 5. Πυθαγόρας δ' ἀριθμὸν P.
10. ζώην ἔχοντος P.
99. 13. pro καὶ eſt ἐκ P.
102. 1. Νεωτέρων δέ τινες P.
4. ζωτικὸν ἐπὶ τὴν καρδίαν P.
19. ἀναχωρὴν πρὸς τὸ P.
105. 3. καὶ τὸ ἐπαίσθημα ὅθεν τὸ ἐνέργημα. Πλάτων τὴν αἴσθησιν. P. Video nimirum Scriptorem Codicis Petaviani vitio laboraſse hoc, ut ſi viderit vocem in fine periodorum duorum, periodum poſteriorem tacito pede praeterierit.
106. 8. ἑκάστης. ἁρμόζοντος P.
16. συμβάλυσιν. αἱ ἁπλαῖ P.
107. 2. καὶ ἡ διάνοια P
16. ἀνεπιτεχνίτως. P.
19. καλῦνται μόνοι P.
108. 4. προσπίπτει ἡ ψυχὴ P.
11. δηνάρια, στατῆρες P.
17. τίνι διαφέρει Φαντασία, Φανταστικὸν, φάντασμα. T.P.
22. καὶ πεποιηκὸς. P.
23. θεωρῦμεν τὸ λευκὸν P.
109. 7. τὸ φῶς αὐτῷ δείκνυσι P.
12. καὶ πᾶν ὅτι P.
23. ὅταν λέγει P.
24. pro μὴ 'πίσειέ μοι eſt μὴ πίσειέ μοι P.
110. 7. ἔντασιν πάλιν T.

pag. verſ.
10. εἰδώλυ συνθέτως P.
14. τὴν αὐτῶν P.
18. ἐπὶ ὁμογενεῖ P.
19. ἀπὸ μὲν τῶν P.
111. 16. κατὰ ἀντιστροφὴν P.
112. 4. πᾶσι τύτοις P.
24. τὴν ἀκοὴν γίνεται P.
113. 6. ἐκβολὴν P.
20. βαρεῖα γίνηται P.
115. 6. σώματα, καὶ συγκαλινδεῖσθαι P.
22. μὴ συγκεῖσθαι ἐκ θραυμάτων πνεύματι, κυματοῦσθαι P.
116. 17. αὐτῇ δὲ ἀτώματος P.
19. τῆς καπτομένη P.
22. δρώμενον, καὶ P.
35. μία φωνὴ ῥηγνυμένη P.
117. 8. Illud ipſum τοῦ ante ἡγεμονικῦ deeſt apud Petavium non hac ſolum, ſed & lineis aliquot aliis ſtatim ſequentibus.
22. μέχρι ἐπιφανείας P.
30. φάραγγος, & γλώτης P.
118. 20. pro ἀντεπεισαχθέντος eſt ἐπισαχθέντος P
119. 10. πάλιν τὸ εἴσω P.
12. σικύαις παρεικάζει P.
120. 2. σωματικῶν ἡμερῶν P.
3. πνεύμονος ἀλλήλων P.
10. ἐντὸς αὐτοῦ πρὸς τὴν P.
11. τὸ ἀτοῦ θώρακος P.
19. ὑπ' αὐτὸν τὸν πνευματικὸν P.
36. ἐν γὰρ ταύτῃ κεῖσθαι τὴν ὑπομονὴν P.

LIB. V.

123. 17. ἐγκρίνυσι P.
127. 8. ὡς συμβαίνει P.
20. πρὸ ταῖς ἄρκτοις P.
22. πρὸς τοῖς ἄρκτοις P.
23. πυκνοῦ μετέχει P.
128. 2. εἰ δὲ ἐναλλαγῇ τῆς καταβολῆς, γένεσθαι θήλεα. P.

8.

pag. verf.

8. τοσοῦτον μόνον λέγει P.

10. τὰ δι' ἄζοντα P.

12. ἡ μὲν ἡ γονὴ κρατήσει, ἄῤῥεν. ἡ δὲ ἡ τροφὴ P.

17. ἢ παρ' ἔλειψιν P.

129. 11. pro ἐνίας. quod refertur ad γυναῖκας, eſt ἔνια, quod Codicis Petaviani Scriptor iudicio neſcio quo ad σπέρμα referre voluiſse videtur.

22. σαρκώδεις reſpectu facto ad τύλυς, incommode P.

130. 6. Α'σκληπιάδης περὶ τὴν τῶν σωμάτων διαφορὰν P.

131. 4. ὥσπερ ἂν εἰ ζωγράφον P.

22. οἱ Στοϊκοὶ συμπαθείᾳ τῆς διανοίας, κ̀ τὰ ῥεύματα P.

132. 10. τὸν σχηματισμόν. Διοκλῆς P.

22. χρησθῆναι μὲν ἀπ' ἄλλων P.

23. συνεκράθη τὸ κατὰ φύσιν P.

133. 15. ἀλλ' ἄπνυν ὑπάρχειν T.

18. ἐν τοῖς βρέφεσι ὑγρασίας P.

20. ἐπεισόδυ τὸ ἐκτὸς P.

134. 7. εἶναι γάρ τινας κ̀ ὢν τῇ μήτρᾳ θηλάς τινας, κ̀ ςόματα P. rectius ſcriberetur, εἶναι γὰρ θηλάς τινας κ̀ ἐν τῇ μήτρᾳ, κ̀ ςόματα. Nam ut τινὰς abundat in axiomate poſteriore, ſic καὶ ſignificanter ponitur ante ἐν τῇ μήτρᾳ in axiomate priore.

9. διὰ χορίυ, κ̀ P.

14. γὰρ αὐτὸ, ὥσπερ P.

20. Οἱ Στωϊκοὶ τοῖς πολλοῖς γίνεσθαι P.

136. 10. καθολικώτερον δὲ P.

12. γεγενῆσθαι δὲ πόλλυς P.

15. τότε προκύπτει. κ̀ γεγενῆσθαι γόνιμα P.

18. δία τὸ ἐπίτονον αὐτῇ γεγενῆσθαι P.

137. 8. ἐπὶ πλοῖον δὲ ὁ ὄμφαλος P.

13. τὺς δὲ ἑπτὰ συνδεκτικὺς P.

pag. verf.

18. ἀσύνθετα δὲ ἐςι ζώδια P.

25. δία τὸ ἀσύνθετον τῦ κόσμυ P.

138. 6. καθ' ὃς ἀγένητα P.

139. 1. ἐν ὑγρῷ γεννηθῆναι P.

14. τῆς μὲν πυκνοθείσης τοῖς δὲ κ̀ τοῖς ζώοις τροφῆς, τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν ἐπεριθισμὸν P.

140. 4. τὴν ὁρμὴν ἔχει. P.

6. πυρῶδες ἔχει τὸ πλέον P.

8. τοῖς θώραξι πεφυκέναι P.

141. 13. ἐν τῇ γαςρὶ ὄντος P.

16. μιᾶς δὲ ὕσης P.

18. τὴν διόρθρωσιν P.

142. 2. Ε'κ ποίων συνίςαται P.

19. εἰς τὰς ὁμόρυς P.

22. τὸν μὲν ὕπνον κατάψυξιν P. τὸν ὕπνον γίνεσθαι, ἢ παντελῆ θάνατον P.

143. 8. θάνατον τυγχάνει P.

11. φερόμενος δὲ ὡς ἐπὶ P.

21. τὴν δευτέραν ἑυδομάδα P.

144. 9. ἐςι δὲ αὐτοῦ P.

11. θώρακος, κ̀ τὺς περὶ Al. B. P.

15. τῦ σώματος, ἢ ψυχῆς P.

145. 11. διακωρισμὸν τοῦ πυρώδους P.

18. ἐντεταμένυς ἥκειν τὺς P.

146. 5. πρῶτα τὰ δένδρα τῶν ζώων ἐκ γῆς P.

9. δία δὲ τῆς συμμετρίας τῆς P.

10. τὸν τοῦ ἄῤῥενος, κ̀ τῦ θήλεος P.

12. ὥςε γῆς εἶναι μέρη. τὺς δὲ καρπὺς P.

18. τῷ θέρει φιλοῤῥεῖν P.

24. Τρέφονλος ὁμοιομερίας, ὥσπερ P.

147. 15. τοῖς ζώοις, κ̀ αἱ ἡδοναί P.

18. ἀποτελύντων ἤκαςα ςοιχείων P.

148. 9. αὐτὴν κινεῖ, ἠρεμεῖ P.

15. κ̀ ἐπιγίνεμα P.

149. 3. ὡς μὲν ὑφέξω ὑπερβολὴ P.

9. δι' ἀνομαλίαν τῶν P.

14. δία τὴν τοῦ θυμοῦ ἔλλειψιν P.

20. ἐν Βρεὶανίᾳ ἑκαῖὸν εἴκοσι ἐτῶν P.

DIS.

DISSERTATIO I.

IN QVA

DIFFICILIORA QVAEDAM PLVTARCHI LOCA

VEL

Obſcuriora Philoſophorum Placita exponuntur ac illuſtrantur.



Vantum ſplendoris, ac praeſidii in exploranda veterum Philoſophorum doctrina, variiſque ipſorum Placitis rite exponendis ex quinque PLVTARCHI Libris haberi poſſit, quos ille *de Placitis Philoſophorum* inſcripſerat, facile profecto intelliget quicumque in Libros ipſos oculos coniecerit; aut illa humaniter diligenterque conſideret, quae de Libris ipſis, eorumque utilitate, ac praeſtantia in altera *Praefationis* parte iam obſervavi. Ingenue tamen fatendum eſt plurimis in locis omnem fere eiuſmodi ſplendoris ac praeſidii ſpem nobis ademptam videri; quum tanta in iis obſcuritas, atque perplexitas offendatur, ut aegre coniici, vel definiri poſſit quaenam vera Plutarchi ſententia, quaeque Philoſophi cuiuſdam opinio cenſenda ſit; quum ipſarum utraque ambiguis interdum, obſcuriſque vocibus exprimatur. Atque eiuſmodi ſane obſcuritas aliquando quidem ex Plutarcho ipſo, aliquando vero ex Philoſophis illis, quos Plutarchus exſcripſerat, oriri ſolet; ut illa proinde partim Plutarcho, partim veteribus Philoſophis adſcribi debeat. Quum enim Plutarchi ſtylus in pleriſque locis aliis obſcurior, ac ſalebroſior videatur, ut eruditi Viri obſervarunt, in hoc certe argumenti genere, in quo ſtyli vocumque obſcuritas cum materiae novitate, atque obſcuritate coniuncta eſſe debet, maior frequentiorque perplexitas reperitur. Accedit etiam quod Plutarchus in Libris iſtis varias Philoſophorum ſententias in Epitomen contrahere, compendio percurrere, pauciſque omnino verbis exprimere, vel adumbrare voluit; ut quod a Stoicis ex. gr. Pythagoricis, vel Philoſophis aliis uberius & explicatius declaratum conſpexerat, unica ſolum periodo complecteretur. Breviras au-

autem illa, ſtrictumque dicendi genus adhiberi certe vix poterat, quin maxima aliquando obſcuritas, atque perplexitas irreperet; ut quemadmodum dixit Horatius:

. . . . *brevis eſſe laboro* (1),
Obſcurus fio;

ita quoque ex brevitate, quam Plutarchus hic conſectatur, maxima aliquando obſcuritas in Libros iſtos proflueret. Addi poſtremo poterit, quod peculiares quaedam Philoſophorum ſententiae tum demum facile intelligi, & explicari poſſunt, cum univerſa illorum principia, integrumque fere doctrinae ſyſtema collatis invicem coniunctiſque partibus expoſitum fuerit; adeoque pars, ac opinio quaedam ex partibus, ac ſententiis aliis lucem accipiat. Itaque, quum Plutarchus varias Philoſophi alicuius ſententias ad certa quaedam capita revocaverit, adeoque placita varia variis in locis expreſſerit, mirari certe non poſſumus ſi in nonnullis Philoſophorum ſententiis obſcuritas offendatur, ut facile definiri nequeat quid auctor ille de re quapiam ſenſerit. Quamvis tamen obſcuritas illa, ac perplexitas, quae variis in locis offenditur, Plutarcho noſtro adſcribi vitioque fortaſſe verti debeat; ac interdum etiam ex mutilo depravatoque ipſius textu oriatur, ut opportune ſuis in locis obſervavi, plerumque tamen ex Philoſophis ipſis manavit, quorum placita Plutarchus exſcripſerat. Celebre nimirum eſt pleroſque Veterum in exponenda rerum natura, ſuiſque placitis efferendis obſcurius loqui conſueviſſe: ſive quod arcana diſciplinae capita ſingulis patere nollent, adeoque iis ambagibus, involucris, ac ſymbolis uterentur, quae ſolis diſciplinae cultoribus perſpecta eſſe poſſent; ſive quod novum quoddam eximiumque decus opinionibus illis accedere poſſe cenſerent, ſi oraculorum inſtar obſcura illa forent, & veluti aenigmata, ac myſteria quaedam ab hominibus aliis exciperentur, adeoque vivam praeceptoris ac interpretis vocem requirerent. Id certe vitii, tum in Pythagoricis, tum in Chaldaeis, tum in Aegyptiis, tum in Heraclito quoque reprehendi merito ſolet, cuius opera Delio natatore indigere dixerat Socrates; ut ille proinde a Graecis ipſis σκοτεινὸς *tenebroſus* vocaretur (2), ſicuti a Lucretio ille dicitur:

Clarus ob obſcuram linguam (3)

At

(1) De Arte Poët. verſ. 25 (2) Cic. de Fin. II. c. 5. (3) Lib. I. verſ. 640.

At prolixior est certe sapientum illorum numerus, qui vel inconsulto, vel dedita interdum opera in Libris edendis, suaeque doctrinae placitis exponendis aliquando tenebras, ac obscuritatem affectarunt: neque Aristoteles ipse, qui variis in locis [1] obscuriorem Heracliti stylum vituperat, satis accurate vitium illud effugit; ut Ramus, & Gassendus uberrime demostrarunt. Itaque, quum sententiae quaedam a Philosophis obscuris aliquando, ambiguis, novis, ignotisque vocibus expressae forent, eadem profecto obscuritas in ipsum quoque Plutarchi textum irrepere subinde debuit; nec aliter ille perspicuus esse poterat, quam si tenebricosas illas Philosophorum quorumdam sententias prorsus omitteret: quemadmodum sane Cicero, quum, varias Philosophorum opiniones de *animantium natura* enumerans, ad Heraclitum pervenisset, optime adiecit: *sed Heraclitum, quoniam quid diceret intelligi noluit, omittamus* [2]. Quemadmodum tamen obscuritas illa, quae ex sola Plutarchi brevitate, vitiatisque ipsius codicibus manavit, facile dirimi potest, si Scriptores alii, aut Plutarchus ipse in Operibus, in quibus eadem placita fusius exposuit, consulantur; ita quoque obscuritas, quae ex Philosophis oriebatur, non ubique certe, sed aliquando tamen, minui vincique poterit, si omnia rite conferantur, ac subtilius explorentur. Vtrumque fere, quoad licuit, in brevibus adnotationibus cuique Capiti subiectis praestare sum conatus; tum ut obscuriora Philosophorum Placita exponerem, tum ut difficiliora, paulloque contractiora Plutarchi loca explanarem. Sed, quum in locis aliis edisserendis subtilior investigatio, aut longior oratio requiri videretur, e re futurum putavi si Animadversiones istas ad Operis universi calcem coniicerem, easque, servato tamen eodem Librorum, ac Capitum ordine, hic una subiicerem.

LIBRO I. CAP. IV. *Pag.* 15.

QVamvis Plutarchus hic ab instituto fere deflectens unicam solum de Mundi origine, ac formatione sententiam expresserit, ipsamque dissimularo Auctoris nomine veluti propriam proposuerit; illam tamen non alteri, quam Epicuro, adscribendam esse observavi; idque perspicue tum Atomorum mentio, quibus universa rerum compages constare dicitur; tum figurarum varietas, quae Atomis conceditur, demonstraret. Verum ut haec ipsa Epicuri,

§ 2 aut

(1) Lib. de Mundo c. 5. (2) De Nat. Deor. Lib. III. c. 14.

aut Plutarchi sententia, sive Mundi formatio clarius exponatur, nonnulla Lucretii carmina subiecisse nunc libet, quibus Plutarchi textus mirifice illustrari, ac confirmari etiam poterit. Itaque, quum Lucretius dixisset quod Atomi, sive

.... multa modis multis primordia rerum (1)
Ex infinito iam tempore percita plagis,
Ponderibusque suis consuerunt concita ferri,
Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,
Quaecumque inter se possent congressa creare;

subdit quod

Diffugere inde loci partes coepere, paresque (2)
Tum partibus iungi res, & discludere Mundum,
Membraque dividere, & magnas disponere parteis.
....
Quippe etenim primum terrai corpora quaeque (3),
Propterea quod erant gravia, & perplexa, coibant,
In medioque imas capiebant omnia sedes:
Quae quanto magis inter se perplexa coibant,
Tam magis expressere ea, quae mare, sidera, solem,
Lunamque efficerent, & magni moenia mundi.
Omnia enim magis haec e laevibus atque rotundis
Seminibus, multoque minoribus sunt elementis,
Quam tellus: ideo per rara foramina terrae
Partibus erumpens primus se sustulit aether
Signifer, & multos secum levis abstulit ignes.

Ex his Lucretii, & Epicuri sensibus apparet obscuriores Plutarchi voces, quibus ait leviora corpora ad *circumposita loca* tum *circumflexa* fuisse, non aliud innuere, nisi quod cum leviora corpora a gravioribus undique quamcumque in partem circulariter expellerentur, ex levioribus ipsis undique graviorum, ac inferiorum corporum compagem sive sphaeram ambientibus circularis, ac sphaerica forma producta fuit; ut proinde Caelum sphaerice subiectis corporibus circumflexum, vel circumfusum foret. Quandoquidem vero in hoc ipso Caeli spatio peculiares quaedam Atomi invicem glomeratae sidera formarunt, siderum globi caelesti materiae innatare debebant, prorsus ut in aëre nubes vagari conspiciuntur. Causam ve-

1) Lib V. ver. 423. (2) Ver. 438. (3) Ver. 450.

vero cur leves illi pendentesque siderum globi circularem motum conceperint, quam Plutarchis hic exponit, Lucretius ipse protulerat; sed alias etiam caussas hic a Plutarcho dissimulatas adiecit, ubi dicit fieri posse,

. . . . ut lucida signa ferantur [1]
Sive quod inclusi rapidi sunt aetheris aestus,
Quaerentesque viam circumversantur, & ignes
Passim per caeli volvunt se immania templa:
Sive aliunde fluens alicunde extrinsecus aër
Versat agens igneis: sive ipsi serpere possunt,
Quo cuiusque cibus vocat, atque invitat euntes.

CAP. VI. *Pag.* 18.

Ὃ πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύει· μόνον γὰρ τῦτο τοῖς αὐτῦ μέρεσιν ὁμοιῦται *quae* rotunda figura *figuris omnibus excellit: siquidem haec una suis partibus assimilatur.*

Circularem sphaericamque formam ceteris formis omnibus excellere non Stoici solum, sed Aristoteles etiam, aliique putarunt; sed huius tamen excellentiae caussa & origo, quam hic Plutarchus exponit, neque a Stoicis, neque a Philosophis aliis tradita memoratur; sed, quum perspicue falsa illa sit, temere prorsus in Plutarchi textum irrepsit. Ac certe quidem Laërtius, ubi Stoicorum placita exponit, sic ait: Ἕνα τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τῦτον πεπερασμένον, σχῆμα ἔχοντα σφαιροειδές. πρὸς γὰρ τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον τὸ τοιῦτον· καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν ιε τῦ Φυσικῦ λόγυ, καὶ οἱ περὶ Ἀντίπατρον. ἐν τοῖς περὶ κόσμυ· ἔξωθεν δὲ αὐτῦ περικεχυμένον εἶναι τὸ κενὸν ἄπειρον· ὅπερ ἀσώματον εἶναι &c. *Vnum esse Mundum, & hunc finitum, globosaque figura. Namque ad motum esse eiusmodi orbem aptissimum, ut ait Posidonius in quintodecimo De ratione Physica, & Antipater in Libris de Mundo. Extra ipsum autem circumfusum esse vacuum immensum; quod sit incorporeum.* Ita Aristoteles figuram ipsam Caelo concessit: εὐλόγως ἂν δόξειεν ὅ, τε ὅλος ὐρανὸς σφαιροειδὴς εἶναι, καὶ ἕκαστον τῶν ἄστρων. Πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἐν αὐτῷ κίνησιν ἡ σφαῖρα τῶν σχημάτων χρησιμώτατον, ὕτω γὰρ ἂν καὶ τάχιστα κινοῖτο, καὶ μάλιστα κατέχοι τὸν αὐτῦ τόπον *totum caelum rotundum cum ratione, & unaquaeque stellarum esse videbitur. Sphaera enim figurarum maxime utilis est, ad eum motum, qui eodem in loco fit. Sic enim & celerrime moveri, & eumdem maxime locum* oc-

(1) Vers. 519. (2) Lib. VII. seg. 140. (3) De Caelo Lib. II. c. 8.

occupare poteſt. Denique Cicero de figura loquens, quam Deus Vniverſo conceſſerit, ait: *Formam autem & maxime ſibi cognatam, & decoram dedit: a quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquae formae concluduntur* (1). Itaque ſphaericae figurae praeſtantia, vel ex aptitudine ad motum, vel ex ampliori ipſius capedine tum a Stoicis, tum a Philoſophis aliis deducebatur; non autem ex illo quod ſphaerica ſolum figura ſuis partibus ſimilis videatur: perinde quaſi ſphaera ex ſphaeris aliis veluti partibus componi, aut in ſphaeras alias reſolvi poſſit. Certe, ſi ratio a Plutarcho propoſita vera eſſe poſſet, cubica potius, vel pyramidalis figura ceteris praeponenda foret; quum cubus ex cubis aliis conſtare, pyramis in pyramides alias reſolvi, adeoque ſuis partibus ſimilis eſſe poſſit. Ergo Plutarchus hic Stoicis ſententiam, & argumentum illud tribueret, quod ab ipſorum ſententia, ſimulque a veritate plurimum diſſidet. Ego tamen Interpretum omnium pace, qui vulgatam lectionem ſequuti abſurdam ſententiam illam Stoicis affinxere, aut Plutarchum, aut Stoicos ab erroris ſuſpicione facile abſolvi poſſe putaverim, ſi levi mutatione in Plutarchi textu pro ἑαυτοῦ *ſui*, αὐτοῦ *ipſius* reſcribatur; adeoque vox illa non ad ſphaericam figuram, ſed ad Mundum, unice referatur, ſenſuſque ſit ſphaericam figuram omnium maxime Mundo conformem, & convenientem eſſe, quod illa ſolum praecipuis Mundi partibus, ipſarumque figurae ſimilis ſit. Emendationem hanc, ſenſumque Plutarchi verbis hic a me reſtitutum proximae profecto voces mire confirmant: περιφερὴς δὲ ὢν ἔχει τὰ μέρη περιφερῆ *quumque rotundus ille ſit, rotundas etiam partes habet*. Atque ita prorſus Platonis etiam verba intelligi exponique debent, ubi ait, quod Deus Mundum creavit ὁμοιότατόντε αὐτὸν ἐν αὐτῷ σχημάτων (2), ſive, ut Cicero interpretatur *omnes partes ſimillimae omnium ſunt* (3); quod nimirum nobilioreſque Vniverſi partes ſphaericae ſibique ſimiles ſint; adeoque etiam Vniverſo ipſi ſimiles eſſe debeant.

Pag. 22. Κοιόντε, Κρεῖονθ', Υ'περίονάτ', Ι'απετόντε

Heſiodi verſum ita latine reddiderat Budaeus

Coeumque, Creonque, Hyperiona, Iapetonque.

Xy-

(1) De Vniverſit. c 6. (2) In Timaeo (3) De Vniverſit

Xylander ibi Budaeum deceptum esse putavit, quod *Crei* nomen non viri proprium, sed epitheton foret; adeoque ipse reddidit

Coeumque Induperantem, Hyperionaque, Iapetumque.

Nollem eximium virum in re perspicua adeo aberrasse. Siquidem Hesiodus, quem hic excripsit Plutarchus, Coeum, & Creium, veluti duos distinctosque viros, expressit: quemadmodum Diodorus *sex* Caeli filios enumerat τόντε Κρόνον, καὶ Ὑπερίονα, καὶ Κοῖον, ἔτι δὲ Ἰαπετὸν, καὶ Κρῖον, καὶ τὸν τελευταῖον Ὠκεανὸν (1) *Saturnum*, *Hyperionem*, *Coeum*, *Iapetum*, *Crium*, & *Oceanum*. Haec autem obiter adnotare libuit, quod non poëticae hae nugae, sextusque Deorum locus ad Physicam operisque nostri argumentum pertineat; sed quod a Philosophis tamen quibusdam hanc Deorum varietatem ad Physicam quoque referri viderim. Etenim, ut Hesiodi Scholiastes ait: Κοῖον δὲ, καὶ Κρεῖον ὁ Ζήνων φησὶ τὺς Τιτᾶνας διαπαντὸς εἰρῆσθαι τὰ στοιχεῖα τῦ κόσμοῦ. Κοῖον γὰρ λέγει τὴν ποιότητα κατὰ τροπὴν αἰολικὴν τῦ π' πρὸς τὸ κ'. Κρεῖον δὲ τὸ βασιλικὸν, καὶ ἡγεμονικὸν. Ὑπερίονα δὲ τὴν ἄνω κίνησιν: *Zeno ait, Titanes vocata fuisse elementa mundi; Coeum enim appellat qualitatem, aeolice mutato π in κ. Creium Regium, ac principale; Hyperionem autem supernum* caelestem *motum*. Videndus Pharnutus *de Natura Deorum c.* 17.

CAP. VII. *Pag.* 22.

Εἴς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χάλκεον ὁ πλάσας Ζᾶνα
Γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει.

His Callimachi versibus Evhemerum, eiusque historiam, ac placita indicari nemo non videt. *Impia* vero ipsius volumina hic appellantur, quod in illis, ut hic Plutarchus exponit, certoque ex Scriptoribus etiam aliis accepimus, Evhemerus Iovem, Apollinem, ceterosque viros, qui a Graecis veluti Dii colebantur, mortales homines solum fuisse demonstraret. Maxima tamen obscuritas in secundo versu reperitur ubi Evhemerum ipse *antiquum aereum Iovem*, sive si lectionem aliam sequare, *olim aereum Iovem finxisse* dicitur: perinde quasi Evhemerus ipse aerarius faber, fusilisque

(1) Lib. V. c. 66.

que aeris confector esset, aereamque Iovis statuam effinxisset: quod historiae tamen repugnat, in qua Evhemerus ingenio excellens, liberalibus disciplinis addictus, Cassandro Macedonum Regi apprime carus, atque ab illo in variis gravibusque negotiis gerendis feliciter adhibitus memoratur. Atque ego quidem, ut commodus sensus aliquis ex Callimachi versibus haberetur, in notis huic Capiti subiectis observavi fortasse Evhemerum ideo *Iovem aereum finxisse* dici quod, Iovem a Graecis cultum non aliud esse dixerit, quam *aeream statuam* illam, quae *Iovis* nomine vocabatur. Quandoquidem vero in hoc etiam sensu perplexitas quaedam superesse conspicitur, praesertim vero ex Callimachi verbis apparere, vel inferri non posset Evhemerum non modo Iovem, sed ceteros etiam Deos negasse, Evhemeri historiam diligentius exploravi; eximiumque, ni fallor, Callimachi, adeoque Plutarchi locum depravatum esse conieci: ut si proinde ad historiae fidem restitui ille possit, perspicuus nativusque sensus exinde oriatur. Narrabat Evhemerus [1] se Cassandri Regis iussu ex Arabiae felicis ora digressum in *Panchaeam* Insulam delatum fuisse, ibique Cretenses homines olim ex Creta Iove duce in coloniam deductos invenisse; se Iovis *Triphylii*, ac *Panchaei* templum magnifice extructum conspexisse; atque in templo auream columnam, in qua Iupiter ipse res omnes a se praeclare gestas inscripserat; quemadmodum Dianae, Apollinis, aliorumqoe Deorum gesta Mercurius deinde in illa exaraverat. Exinde vero inferebat Evhemerus Iovem, ceterosque etiam Deos non aliud, quam excellentes quidem, praestantesque homines, sed mortales tamen, fuisse. Hinc Sapientes alii, quibus cordi fuerat veterem receptumque Deorum eiusmodi cultum tueri, hanc Evhemeri historiam omnino fabulosam esse dicebant; quum neque *Panchaea* Insula, neque *Panchaeus* ille Iuppiter, neque *Panchaei* Iovis columna, templum, ac monimentum ullum exstiterit. Ita Polybius [2], Eratosthenes [3], aliique plures *Panchaeum* Iovem ab Evhemero fictum dixere: quemadmodum Plutarchus [4] noster alibi testatur: *αὐτὸς Εὐήμερος ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίϛυ, καὶ αντυτάρκτου μυθολογίας, πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι, τῆς οἰκυμένης, τὺς νομιζομένυς θεὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων εἰς ὀνόματα ϛρατηγῶν καὶ ναυάρχων, καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων, ἐν δὲ Παγχαΐα γράμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένων, οἷς ὔτε βάρβαρος, ὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας*

(1) Diodor. loco cit. & Lact. Divin. Instit. Lib. I. c. 2. (2) Apud Strab. Lib II. p. 163. (3) Ibi Lib. VII pag. 45? (4) De Osiride.

σας εἰς τὰς μηδαμόθι γῆς γεγονότας, μήδε ὄντας Παγχαίυς. καὶ Τριφυλίυς, ἐντετυχήκει. *Evhemerus commentario conscripto incredibilium, & vanarum fabularum, omne impietatis genus per totum sparsit terrarum orbem: eos qui Dii existimantur universos aequaliter expungens, & ad nomina priscorum imperatorum, navarchorum, ac regum detorquens, descripta aureis literis in Panchaea. In quas quidem literas nemo neque barbarus, neque Graecus, sed solus, si diis placet, Evhemerus inciderit, navi advectus ad nullibi terrarum degentes aut natos Panchaeos, ac Triphylios.* Haec, aliaque id genus plura Weisslingius Diodori Interpres collegit, quem eruditus lector consulere poterit. Itaque praecipuum Evhemeri praesidium, aut argumentum in *Panchaei Iovis* historia collocatum erat; adeoque praecipuum ipsius crimen a Graecis censeri, ipsique vitio verti consueverat quod *Panchaeum Iovem finxisset*, eoque figmento non modo Iovis, sed aliorum quoque Deorum numen, & cultum in dubium revocare, vel aperte quoque refellere conaretur. Quid ergo si Callimachus Evhemerum, eiusque historiam, opinionem, opinionisque praesidium innuere, ac refellere volens dixerit Evhemerum superbum senem *Panchaeum Iovem finxisse*, adeoque in Callimachi, sive Plutarchi, textu pro τὸν πάλαι ΧΑΛΚΑΙΟΝ legatur; τὸν πάλαι ΠΑΓΧΑΙΟΝ? Certe in his ipsis vocibus aliquando vitium, aut varietatem irrepsisse testatur Xylander, qui alicubi πάλαι, alibi πάλαιον; alibi χάλκεον, alibi χάλκειον exaratum notavit; ut facile proinde suspicari liceat, quod πάλαι Παγχαῖον scriptum fuerit; quumque vox illa librario incognita, atque obscura videretur, ipsam vocum similitudine, sensusque concinnitate deceptus in χάλκειον refinxerit: quemadmodum prorsus in Hesychio ubi Πάγχαρος Ζεὺς habetur Παγχαῖος rescribi debet. Si quis coniecturae huic locus esse possit, Callimachi sensus erit, quod Evhemerus ἀλαζὼν *superbus*, aut *errabundus* erat, qui varias diffidentesque Gentes adivit, ut Deorum inscriptiones inquireret, ipsarumque praesidio Deorum numen negaret. Fortasse quoque Callimachi aetate Evhemerum adhuc superstitem fuisse librosque suos venditasse, cum Cassander quidem obierit anno 3. Ol. 120. susceperit, Callimachus vero Ol. 130. floreret. Denique, quod rei caput est, Evhemerum hoc veluti indicio, vel charactere designari quod *Panchaeum Iovem dudum finxerit*, cuius commenti vanitas iam fere potrita & exolescens foret: quum illam Eratosthenes Callimachi aetate florens aperte confutasset, Insulamque illam omnino fabulosam esse demonstrasset.

§ § CAP.

CAP. IX. *Pag.* 27.

OI' ἀπὸ Θάλεω, ϗ Πυθαγόρου, ϗ οἱ Στωϊκοὶ τρεπτὴν, ϗ ἀλλοιωτὴν, ϗ μεταβλητὴν, ϗ ῥευστὴν ὅλην δι' ὅλου τὴν ὕλην: *Thaletis, atque Pythagorae sectatores, & Stoici versatilem, alterabilem, mutabilem, fluxamque omnino materiam omnem* ponunt.

Vbi Thaletis, Pythagoraeque discipulos Stoicis adiungit Plutarchus, eamdemque singulis de materiae natura sententiam adscribit, non modo falli, sed incostans etiam esse, videtur. Etenim Stoici quidem materiam ipsam ita variabilem, mutabilemque esse dicebant, ut quamvis illa semper formam, & qualitatem aliquam induere & habere debeat, ipsa tamen in se omnis prorsus formae, vel qualitatis expers foret; adeoque in rerum generatione veteres formas omnes amitteret, novasque reciperet. Itaque Chrysippus, cuius mentem, ac fere verba hic expressit Plutarchus, apud Laërtium ait [1] τὰς κράσεις δι' ὅλου γίνεσθαι, ϗ μὴ κατὰ περιγραφὴν, ϗ παράθεσιν: *commixtiones fieri per totum, & non per circumscriptionem, & appositionem*; quemadmodum vini pusillum pelago iniectum prorsus corrumpi, hoc est veteri forma qualibet intereunte novam induere, existimavit. Ita quoque Pythagoras ipse παθητὴν τὴν ὕλην *materiam perpessioni obnoxiam* posuisse dicitur a Plutarcho Cap. 24. Ab hac ipsa tamen Stoicorum sententia, quae Peripateticis etiam arriserat, tum Pythagorici, tum praesertim Thales, eiusque sectatores perspicue diffident. Illi nimirum materiae partes forma quadam, aut qualitate praeditas esse dicebant, quam exuere non possent; & quamvis ex illis novo quodam ordine dispositis, permixtis, alteratisque nova substantia prodiret, materia tamen ingenitam, sibique inhaerentem qualitatem constanter retinere debebat. Ita primigenias *aquae* partes, ex quibus elementa singula mox formarentur, semper *aquae* naturam retinere dixerat Thales; idipsum *aëri* Anaximander, & Anaximenes; *similaribus* vero *partibus*, aut *Homoemeriae* Anaxagoras adscripsit, adeoque Sapientes illi materiem ῥευστὴν ὅλην δι' ὅλου *omnino*, funditusque *alterabilem*, Stoicorum instar, admitti posse negabant. Quid vero quod Plutarchus ipse Cap. 2. non materiam aliam a Thalete admissam esse iam dixerat, quam aquae elementum; adeoque, quum materiam quidem variabilem esse contenderet, materiae nomen omnino perperam elemento, vel aquae tributum esse observaverat? Quin etiam in hoc ipso

(1) Lib. VII. seg. 151.

ipso Capite Plutarchus optime admonuit, quod ii, qui materiae nomine vel *aquam*, vel elementum aliud appellant, illam forma praeditam esse volunt: adeoque ipsam omnino variabilem asserere certe non poterunt. Denique Cap. 30. ortum, interitumque rerum ex Anaxagorae sententia ex sola partim textura, ac mixtione repetendam esse testatur. Ergo vel *Thaletis* nomen expungi hic debet, vel in exprimenda ipsius opinione Plutarchus aberravit, vel potius Thaletis discipulos hic ille non veteres, sed recentiores solum, indicavit; qui certe Platonis, Aristotelis, & Stoicorum instar materiam formae, & qualitatis expertem, adeoque omnino variabilem, admiserunt.

CAP. XI. *Pag.* 30.

OI' Στωϊκοὶ πάντα τὰ ἄιτια σωματικὰ, πνεύματα γὰρ *Stoici Caussas omnes corporeas* esse dixerunt, *spiritus enim* sunt.

Si *Spiritus* nomine incorporea quaedam substantia intelligi hic posset, ut communi iam meliorique modo nunc loquimur, certe Plutarchi ratio prorsus oppositum demonstraret. At Lipsius [1], aliique observarunt *Spiritus* voce non aliud a Stoicis, quam puriorem quamdam, subtiliorem, mobilioremque substantiae corporeae speciem, aetheris, atque ignis instar, designatam fuisse; ut proinde Deus ipse *spiritus*, adeoque *corpus* a Stoicis vocaretur. Ac certe quidem Ens omne, quod esse concipitur, a Stoicis *corpus* appellari consueverat, ut ait Laërtius [2] σῶμα δέ ἐςι καθ' ἀυτὼς ἡ ὀυσία *corpus est iuxta ipsos essentia*; nihilque prorsus nisi *non ens* purumque nihil, ipsi *incorporeum* esse vocarique posse putarunt. Hinc Tertullianus etiam Stoicorum dogmate inbutus, animum, Angelos, Deum ipsum corpora existimavit. Etenim, inquit ille [3], *omne quod est, corpus est sui generis: nihil est incorporale, nisi quod non est;* unde Augustinus illum excusans, quod Deum, & Angelos corpus esse putaverit, *timebat*, inquit, *ne nihil essent, si corpora non essent* [4]. Itaque Stoicorum hypothesis, & argumentum hic optime a Plutarcho exhibetur: quemadmodum alibi [5] fuse subtiliterque demonstrat, qua ratione qualitates ipsae a Stoicis *corpora* censerentur; simulque tamen opiniones illas acerrime, & invicte refellit.

(1) Physiol. Stoic. Lib. II Dissert. V. (2) Lib. VII. seg. 150. (3) De Carne Christi. (4) De Genes. ad lit cap. ult. (5) Adv. Stoic.

CAP. XII. *Pag.* 31.

Ἐπίκουρος τὰ πρῶτα δὲ ἁπλᾶ, τὰ δὲ ἐξ ἐκείνων συγκρίματα πάντα βάρος ἔχειν: *Epicurus autem* exiſtimavit *incomprebenſa*, vel infinita *eſſe corpora*; *ac prima quidem ſimplicia* eſſe, *concretiones vero ex* corporibus *ipſis* formatas *omnes gravitatem babere*.

Quum in explicanda Epicuri ſententia dixerit Plutarchus Cap. III. quod Epicurus Atomis praeter figuram, ac magnitudinem, quam Democritus pridem illis conceſſerat, καὶ τρίτον τὸ βάρος ἐπέθηκεν *tertium quoque* nimirum *gravitatem adiecit*; qui fieri modo poterit ut hic Atomi, vel *prima corpora* ἁπλᾶ *ſimplicia*, hoc eſt ut antitheſis, & orationis contextus poſtulat, *gravitatis expertia*, dicantur, eademque gravitas ſolis Atomorum concretionibus concedatur? Deinde vero, quum Plutarchus hic aſſerat ex Epicuri ſententia κινεῖσθαι τὰ ἄτομα κατὰ στάθμην *moveri Atomos ad perpendiculum*, motuſque ille ſine gravitate haberi non poſſit, ut optime Plutarchus ipſe Cap. 3. obſervaverat, quis aperte non videat gravitatem ipſam non ſolis Atomorum compagibus, ſed Atomis etiam ipſis, primiſque corporibus ineſſe oportere? Certe Cicero [1], qui Epicuri ſententiam accuratiſſime expreſſit, diſerte docet *ipſius individui*, vel Atomi, *banc eſſe naturam, ut pondere, & gravitate moveatur; eamque ipſam eſſe cauſſam cur ita feratur*? Itaque plane non video qui Plutarchi ſententia ſalvari poſſit, niſi pro *Epicuro Democritus* reponatur; quum praeſertim Stobaeus ipſe, qui Plutarchum tamen hic ſequitur, mox dicat Δημόκριτος τὰ πρῶτα φησι σώματα βάρος μὲν ἔχειν *Democritus ait prima corpora gravitatem babere*. Si cui tamen vulgatam hanc Plutarchi lectionem retinere, commodumque ſenſum aliquem inde exſculpere libeat, is obſervare facile poterit, quod hic a Plutarcho ex Stoicorum mente ea ſolum corpora vere *gravia* dicuntur, quae recta ſuaque vi ad Vniverſi medium feruntur; ut quicumque motus alius, qui in ipſis reperiatur, ab extrinſeca violentaque cauſſa oriatur. Hinc ille concretiones omnes, moles, compages, quae ex Atomis una coniunctis oriuntur, hac vera gravitate praeditas eſſe teſtatur Atomi vero, quum ex Epicuri ſententia aliquando κατὰ στάθμην *ad perpendiculum*, hoc eſt ad infimam Vniverſi partem, aut medium, aliquando vero κατὰ παρέγκλισιν *ad declinationem* vel oblique ſuapte natura ac ingenita vi moverentur, veram illam, ac rigoroſam *gravitatis* naturam habere minime vide-

(1) De Fato.

debantur; adeoque potius ἁπλᾶ *simplicia*, hoc est ad utrumque motum indifferentia dicebantur. Ita Cicero (1), qui gravitatem, ac pondus, ex Epicuri mente, Atomis concesserat, tres tamen in illis motus species distinguit: *Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus, & plagam, quum declinat Atomus intervallo minimo*: quae sane declinatio & plaga, quum a gravitate, vel pondere diversa sit, efficit Atomos suapte natura non *gravitate* solum, ut concreta corpora, sed vario potius, ac indifferenti motu cieri; ut illa proinde non absolute, vel rigorose *gravia* solum hic a Plutarcho vocari potuerint; sed aliorum quoque motuum capacia, qui neque ex gravitate oriri, neque concretis vereque *gravibus* corporibus inesse possint.

CAP. XIV. *Pag.* 32.

Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου σφαιρικὰ τὰ σώματα τῶν τεσσάρων στοιχείων: *Pythagorici corpora quatuor elementorum sphaerica* existimarunt.

Si Pythagorae sententia, quam hic Plutarchus exponit, cum altera conferatur, quam Plutarchus ipse Lib. II. c. 6. Pythagorae simulque Platoni adscribit, una ab altera dissidere, adeoque Plutarchus hic falli videretur. Siquidem ibi Pythagoras ita quatuor corporum, vel elementorum figuram describit, ut cubicam terrae, pyramidalem igni, octaëdricam aëri, icosaëdricam aquae, dodecaëdricam vero figuram Vniverso concesserit; quum hic tamen elementis omnibus, igne excepto, rotundam adscribat. Sed facile tamen utraque, vel Pythagorae, vel Plutarchi sententia componi poterit, ubi observetur in Libro II. c. 6. minimarum solum partium, quibus elementa componuntur, figuram exponi; hic vero figuram illam describi, quae ex terrearum ex gr. partium compage resultat; hoc est figuram illam exhiberi, quae tum Telluris globo, tum aquae, & aëri Terrae circumfusis conveniat. Itaque Plutarchi sensus hic esse debet quod ingens Telluris massa rotunda sit, aqua etiam, & aër Telluri circumfusus sphaericam figuram habeat; universa tamen ignis compages utrimque aëri superfusa pyramidalem, vel conicam figuram habeat; perinde quasi ex duobus universis conis ille constaret, quorum bases per horizontem nostrum transirent.

CAP.

(1) De Fato.

CAP. XVIII. *Pag.* 34.

OI' ἀπὸ Θαλέω Φυσικοὶ μέχρι Πλάτωνος τὸ κενὸν ἀπέγνωσαν: *Physici omnes a Thalete ad Platonem usque vacuum ignorarunt.*

Vereor ne minus accurate feliciterque hoc loci Plutarchus Veterum sententiam expresserit, quum ad Platonis usque aetatem Vacuum ab illis ignoratum esse testatur. Certe Leucippus, ac Democritus, qui Platonis tempora praecessere, tantum abest ut Inane ignoraverint, quod nitide potius diserteque illud, ac infinitum quidem, admittendum esse docuerunt, ut Plutarchus ipse hoc eodem Capite memoravit. Deinde vero cur ille Platonis nomen, atque aetatem veluti notam hic exprimit? perinde quasi, vel Plato ipse, vel ceteri, qui Platonem sunt consequuti, Vacuum a Veteribus pridem ignoratum admittere ceperint; quum tamen & Plato, & Aristoteles ipsius auditor, & Stoici Platone recentiores Vacuum ipsum, Veterum instar, repudiaverint. Itaque facile quispiam hunc Plutarchi locum mutilum, aut vitiatum esse dixerit; quum praesertim Stobaeus, qui cetera Plutarchum ipsum exscribit, non modo voces μέχρι Πλάτωνος; omiserit; sed oppositam potius sententiam Veteribus illis adscripserit legendo ἐπέγνωσαν; Galenus autem neque *Thaletis*, neque *Platonis* nomen hic memoraverit, sed ita Caput hoc exordiatur Οἱ ἀπὸ Πυθαγόρυ ἐν τῷ κόσμῳ κενὸν εἶναι λέγουσι *Pythagorae sectatores Inane in Mundo reperiri dicunt.* Vulgatam tamen lectionem hanc retineri, simulque Plutarchi sententiam defendi posse putaverim, si *Physicorum* nomine non Philosophi quilibet Thalete quidem iuniores, Platone vero antiquiores intelligantur: perinde quasi Thaletis, ac Platonis nomine tempora designarentur, quibus Philosophi Vacuum negantes floruerunt; sed ii solum Φυσικοὶ ἀπὸ Θάλεω μέχρι Πλάτωνος intelligantur, qui in Secta vel successione Ionica, quae a Thalete instituta fuit, ac in Platone desiit, extiterunt; Anaximander nempe, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Socrates, & Plato. Optime nimirum sic intelligi exponique posset cur hic Plutarchus Thaletem, ac Platonem veluti terminos expresserit: quod ille nimirum Ionicam Sectam a Thalete institutam in Platone defecisse putaverit, ut Capite 3. iam dixerat; adeoque illos solum ἀπὸ Θάλεω *a Thalete* vocaverit, qui perenni serie post illum in successione Ionica floruere. Optime quoque intelligi, defendique potest, quod veteres illi, qui hoc sensu ἀπὸ Θάλεω dicuntur, Vacuum ignoraverint. Siquidem Anaxagoras perspicue Vacuum negavit, ut

te-

teſtatur Ariſtoteles [1]; quamvis in hoc ipso *Vacui* nomine explicando aberraret. Socrates ipſe, Platonis inſtar Vacuum negavit, quum Plutarcho teſte eaedem utriuſque fuerint de rerum natura ſententiae. Facile de Anaximandro quoque, Anaximene, & Archelao ſupponi id poterit; quum in Phyſicis ipſorum opinionibus nulla Inanis mentio reperiatur, nihilque proinde ſit cur illis opinio quaedam a Thaletis, Anaxagorae, Socratis opinione diverſa tribuatur. Quod ergo Leucippus, Democritus, Pythagorici, aliique plures Platone antiquiores Vacuum agnoverint, Plutarchi ſententiae non repugnat; quum illi ἀπὸ Θάλεω vocari, Ionicaeque Sectae accenſeri non debeant. Ceterum, quod ad Empedoclem attinet, iam obſervavi ex ipſius verbis inferri vix poſſe quod ille Vacuum omnino ſuſtulerit, quum fortaſſe κενῦ voce non *inane*, ſed *deficiens* aliquid, aut *imperfectum* intellexerit. Ac certe quidem Empedocles univerſa corpora ex elementis, elementa ipſa ex tenuiſſimis quibuſdam, ſimilibus, rotundiſque partibus conſtare dixit, quae conteri, dividi, frangique non poſſint; ut Plutarchus etiam Cap. 13. teſtatur. Ergo quum eiuſmodi rotunda corpora ſuam conſtanter figuram ſervare debeant, adeoque perfecte coniungi non poſſint; ſed tenuiſſima potius ſpatiola, vel interſtitia quaedam admittere cogerentur, veriſimilius eſt certe Empedoclem, Atomiſtarum inſtar, Inane corporibus interſperſum agnoviſſe; alioquin vel aliam ramentis illis, ſive elementorum elementis figuram conceſſiſſet; vel ramenta ipſa in partes alias ſubtiliores replendiſque ſpatiolis aptas dividi poſſe dixiſſet. Itaque Plutarchi noſtri pace vix dubitaverim, Empedoclem Philoſophis illis accenſere, de quibus ait Themiſtius [2] παρεσπάσθαι τοῖς σώμασιν τὸ κενὸν, καθάπερ λέγουσιν Δημόκριτός τε, καὶ Λεύκιππος, καὶ ἄλλοι πολλοί: *interſperſum eſſe corporibus Vacuum, ut Democritus, Leucippus, aliique plures dicunt.*

CAP. XII. *Pag.* 47.

Πλάτων δὲ γεννητὸν κατ' ἐπίνοιαν: *Plato vero genitum* Tempus *iuxta intelligentiam* noſtram exiſtimavit.

Haec celeberrima Platonis opinio, qua ille Tempus ingenitum, ſimulque tamen genitum admiſiſſe videbatur, graves turbas illas excitavit, quae de Mundi aeternitate inter Platonicos, & Peripateticos exarſere; de quibus, ut ceteros mittam, accurate Pererius *de rerum principiis Libro XV.* diſ-

(1) Phyſic. Lib. IV. c. 8. (2) In IV. Phyſic. c. 8.

diſputavit. Atque ille quidem plurima Veterum teſtimonia exſcribens, perſpicue certoque iis oſtendi poſſe putavit Tempus, ac Mundum in Platonis hypotheſi aliquando incoepiſſe; quum tamen Interpretes alii Mundum, ac Tempus ex Platonis mente ſemper fuiſſe putaverint; unde Ariſtoteles dixit [1]: *Omnes Tempus natum eſſe negant; ſolus autem Plato ipſum ortum eſſe aſſeverat; una enim cum Caelo ortum eſſe, Caelum vero natum fuiſſe affirmat*. Sed iniquior hic certe, alibique ſaepius in Platonem Ariſtoteles. Etenim Plato Caelum quidem, & Mundum, & Tempus genitum, formatum, natum eſſe, vel aliquando coepiſſe docuit, quod creatae res omnes ab alio, hoc eſt efficiente cauſſa quadam produci debuerint; ſed creationem tamen illam, temporibuſque initium ab aeterno fuiſſe docebat; ideoque, ut hic optime a Plutarcho exprimitur, Mundum ac Tempus ſuapte quidem natura ſempiternum putavit; ſed quum mens noſtra rerum productionem percipere non poſſit, quin aliquod durationis temporiſque principium concipiat, Tempus ipſum κατ' ἐπίνοιαν, ſive ſecundum noſtrum concipiendi modum, incoepiſſe dicebat. Qui veram Platonis hypotheſim ſcrutari velit, Platonis Timaeum adire poterit, ubi nitide accurateque eamdem prorſus opinionem expreſſam inveniet, quam hic Plutarchus adumbravit: quemadmodum fere Pythagoras, & Heraclitus etiam apud Stobaeum pag. 48. & 49. dixere γεννητὸν κατ' ἐπίνοιαν τὸν κόσμον, οὐ κατὰ χρόνον: *Mundum quoad cogitationem* ſolum *non* vero *tempore genitum* fuiſſe, quod cum ſuperiori Platonis opinione mire conſpirat.

LIB. II. CAP. III. *Pag.* 47.

Ὅσοι τὰ ἄτομα εἰσηγοῦνται, καὶ τὸ κενὸν, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε προνοίᾳ διοικεῖσθαι (τὸν κόσμον) *quicumque indiviſibilia* corpora, vel Atomos, *ac Inane admittunt, neque animatum* eſſe, *neque providentia adminiſtrari* Mundum exiſtimant.

Vbi Plutarchus ab illis omnibus, qui *Atomos*, atque *Inane* admiſerint, inanimatum quoque Mundum, nullaque providentia adminiſtratum aſſeri teſtatur, non obſcure ſignificat temerarium fortuitumque motum ab omnibus Atomorum aſſertoribus admitti conſueviſſe, perinde quaſi motus ille a ſapienti providentique cauſſa diſponi, dirigi, vel temperari non poſſet quum tamen Mundus optime ex Atomis, ac Inani componi, ſimulque tamen com-

(1) Phyſic Lib. VIII c. 1.

consilio quodam, ac providentia dispositus admitti possit, ut Gassendus, aliique plurimi demostrarunt. Quid vero quod ex Veteribus etiam nonnulli Mundum ex Atomis quidem constare, sed providentia tamen gubernari, dixerunt? Certe, ut Empedoclem, Heraclidem, Pythagoricos, aliosque plures omittam, qui in divisibilia corpora, aliis tamen nominibus, agnovere, Ἔκφαντος ἐκ μὲν τῶν ἀτόμων συνεστάναι τὸν κόσμον, διοικεῖσθαι δὲ ἀπὸ προνοίας: *Ecphantus ex Atomis quidem Mundum constare dixit; sed a providentia tamen gubernari* dixit, ut Stobaeus pag. 48. perspicue testatur: Itaque dum Plutarchus hic ait quod quicumque Atomos admisere Mundum a substantia rationis experte administrari dixerunt, de solis Leucippi, Democriti, ac Epicuri sectatoribus intelligi profecto debet, qui providentiam omnem sustulerunt; non quod Atomos, ac Inane veluti rerum principia posuerint; sed quod incorporeas substantias, animam, Deum, eiusque providentiam erroribus, aut argumentis aliis innixi negaverint.

CAP. V. *Pag.* 48.

Φιλόλαος διττὴν εἶναι τὴν φθορὰν τοῦ κόσμου: *Philolaus duplicem corruptionem Mundi esse putavit.*

Quandoquidem in exhibenda Philolai sententia Plutarchus obscurior videtur, sententiam ipsam tum ex Scriptoribus aliis, tum ex superstitibus adhuc Philolai verbis accuratius exponere iuverit. Ac primo quidem observandum existimo, quod ubi in Plutarcho proxime post voces superius positas legitur τότε μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥυέντος, τότε δὲ ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ἀποχυθέντος, in Stobaeo reperitur τὸ μὲν ἐξ ὑγροῦ πυρὸς ῥυέντος, τότε δὲ ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ῥυέντος: *partim ex ignis caelestis lapsu, partim ex aquae lunaris per aëris conversionem*. Canterus optime non ὑγροῦ, sed Plutarcho duce οὐρανοῦ rescribendum admonuit; mihique potius οὐρανίου legendum esse videtur. At vicissim vocem ἀέρος *aëre*, quae in Plutarcho nobis occurrit, delendam, simulque cum Stobaeo ἀστέρος *astro* legendum existimo: ut nempe exprimatur aquam illam lunarem non *aëris*, sed *astri*, hoc est Lunae ipsius, vertigine expressam, Terraeque superfusam admitti; non modo quod aër ipse violenter in gyrum converti, Lunaremque aquam exprimere non posse videatur; verum etiam quod in Galeno quoque verae lectionis huius vestigium superesse conspicia-

tur, ubi depravate quidem nunc legitur *τότε δὲ ἐξ ὕδατος σεληνιακῦ περὶ τὰς ἀςέρας ὑπερχεόμενον*; ubi perſpicue reponendum *περιςροφῇ τῦ ἀςέρος*. Sed gravius id certe, quod hic Plutarchus Mundum ex Philolai ſententia corruptibilem, duplicique de cauſſa, vel corruptionis genere interiturum, teſtatur; quum tamen Stobaeus perſpicue memoret, quod *Φιλόλαος ἄφθαρτον τὸν κόσμον λέγει*: *Philolaus Mundum incorruptibilem* eſſe *dicit*. Sed utraque tamen ſententia illa facile componi, adeoque Plutarchus ipſe cum Stobaeo coniungi poteſt; quum Stobaeus ſupera quidem, atque caeleſtia corpora mutationis expertia dixerit; ſublunaria vero corrumpi, variarique poſſe putaverit. Ita nimirum apud Stobaeum de Mundo loquitur: *ἔχει δὲ καὶ τὰν ἀρχὰν τῆς κινήσεώς τε, καὶ μεταβολᾶς ὁ κόσμος εἷς ἐὼν, καὶ συνεχὴς, καὶ φύσει συνδιαπνεόμενος, καὶ περιαγόμενος ἐξ ἀρχιδίω· καὶ τὸ μὲν ἀμετάβλατον αὐτῶ, τὸ δὲ μεταβάλλόν ἐςι, καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸν ὅλον περιεχώσας ψυχᾶς μέχρι σελήνας περαιῶται, τὸ δὲ μεταβάλλον ἀπὸ τᾶς σελήνας, μέχρι τᾶς γᾶς*: *habet quoque motus, ac mutationis principium unus & continuus Mundus, & perpetuo volubilis. Atque una quidem pars eius mutationem non ſentit, altera ſentit. Illa totius anima ad Lunam uſque definitur; haec reliquo ad terram uſque ſpatio*. Itaque Philolaus Mundum ipſum corruptibilem, ſimulque incorruptibilem eſſe docuit; quamvis Plutarchus alteram ſolum ipſius ſententiam obſcurius expreſſerit. Quandoquidem vero poſtrema Plutarchi verba *καὶ τούτων εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τῶ κόσμω* apte cum ſuperioribus haerere vix poſſunt; illa vel temere in textum irrepſiſſe videntur, ut Amiotus proinde illa diſſimulaverit; aut potius aliquid in Plutarchi textu poſt vocem *ἀποχυθέντος* excidiſſe ſuſpicor: quo exprimeretur Mundum ipſum in Philolai ipſius ſententia adhuc incorruptibilem eſſe oportere, quod exhalationes, & effluxus illi intereuntes Mundi partes reſtaurent. Verior atque accuratior Plutarchi ſenſus ex alio Stobaei loco deduci poterit, ubi Philolai ſententiam afferens, ait: *Φιλόλαος ἔφησε, τὸ μὲν ἐξ ὐρανῶ πυρὸς ῥυέντος, τὸ δὲ ἐξ ὕδατος σεληνιακῶ περιςροφῇ ἀέρος ἀποχυθέντος εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τῶ κόσμω*: *Philolaus dicebat partim ex ignis caeleſtis lapſu, partim ex aquae lunaris per aëris converſionem natas exhalationes Mundi eſſe alimentum*. Itaque in Pilolai ſententia idem ille tum caeleſtis ignis, tum lunaris aquae effluxus, qui varias Mundi partes corrumpit, partes ipſas ibi inſtar reparat ac reſtituit; adeoque Mundum perennem, ac nunquam interiturum efficit.

CAP.

CAP. VIII. *Pag.* 51.

Ἐμπεδοκλῆς τοῦ ἀέρος εἴξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους, καὶ τὰ μὲν βόρεια ὑψωθῆναι, τὰ δὲ νότια ταπεινωθῆναι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον: *Empedocles aëre Solis impetui cedente, Vrsas inclinatas esse* putavit, *& boreales quidem* Terrae *partes elevatas fuisse, australes vero depressas: eaque proinde ratione totum Mundum* esse inclinatum.

Vix, opinor, ex obscurioribus Plutarchi verbis, aut vera Empedoclis sententia, aut commodus sensus ullus exsculpi poterit, ubi praesertim Xylandri interpretatio seligatur, qui ex Empedoclis mente dicit *septentriones declinasse, ita ut partes iis vicinae in sublime attollerentur, deprimerentur austrinae*: perinde quasi declinantibus septentrionibus, partes septentrioni proximae attolli; non vero potius & ipsae deprimi debuerint. Longe accuratior Budaeus, atque Amiotus, qui ἐγκλίσεως voce non *declinationem*, sed solum *emotionem*, nutumque intellexere. Sed qui ex aëris cedentis impetu boreales Mundi partes, ac sidera suis e locis emota censeri possint? quum ex Empedoclis opinione sidera ipsa longe aëre superiora reperiantur; praesertim vero quum Empedocles ipse docuerit τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ: *inerrautia sidera caelo* veluti *crystallo illigari*, ut Plutarchus Cap. 13. testatur? Ego certe Empedoclem non aliter sibi constare posse putaverim, quam si voces illae ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους ad borealem solum Telluris polum referantur; ut proinde Empedoclis sententia fuerit aërem boreali Terrae parti confusum Solis impetu compressum fuisse; adeoque borealem Terrae partem subsedisse, sive depressam fuisse. Quo plane fieri debuisset, ut vicissim boreales Caeli partes elevatae, austrinae depressae, adeoque universus etiam Mundus hac ipsa ratione inclinatus nobis videretur. Itaque ex Empedoclis opinione Solis motu, aërisque cessione non Caelum, aut inerrantia sidera suis e locis vere emota, depressa, vel elevata fuerant; sed varietas illa in sola Tellure vere contigerat; nobisque proinde in Tellure degentibus opposita prorsus mutatio in Caelo, fixisque sideribus apparet. Exinde vero facile coniicere, vel inferre quis possit fortasse Solis motum in septentrionali parte, vel aestivo tropico iuxta Empedoclem incoepisse, ut Solis impetu aër ibi cedere, ad boream urgeri, ac borealis Terrae polus deprimi deberet, quemadmodum dexteram nobilioremque Mundi partem Empedocles circa aestivum

 Tro-

Tropicum collocavit. Ceterum inclinationis huius caussam non ex Caelo ipso, sideribusque, sed ex Tellure solum, eiusque partibus repetendam esse Democritus etiam, aliique Empedocli coaevi existimarunt, quos Plutarchus Libro III. cap. 12. memoravit.

CAP. XIII. *Pag.* 55.

Τὰς ἀνατολὰς, καὶ τὰς δύσεις (τῶν ἀστέρων) ἐξάψεις εἶναι, καὶ σβέσεις: *ortus, occasusque* siderum *accensiones esse, & extinctiones.*

Quum Budaeus in exhibenda Xenophanis opinione dixerit: *exortusque, & occasus Solis earum* stellarum *esse accensus, restinctusque,* initio suspicabar in graeco ipsius Codice voces ipsas τοῦ ἡλίου exaratas fuisse: quo plane fieret Xenophanis sententiam minus absurdam esse oportere, si vere ille sidera non exstingui, sed exoriente Sole, eiusque radiis ingruentibus obscurari solum, aut occultari dixisset, eoque occidente illas iterum apparere; quemadmodum fere carbones interdiu lumen occultare, noctu vero emittere conspiciuntur. Sed, quum Xenophanes ipse Cap. 24. mox asserat Solem, dum eclipsim patitur, extingui, iterumque Solem alium accendi; perspicue apparet *exortus,* & *occasus* illos non ad Solem referri, sed ad ipsa sidera, quae tunc oriri & apparere dicantur quum accensa fuerint; tunc vero occidere quum extinguantur. Ita Sol ipse, non modo dum eclipsim patitur, extingui a Xenophane dicebatur, verum etiam quum occidit; sicuti vicissim accendi putabatur non modo quum eclipsis desineret, sed etiam quum Sol in oriente nobis apparet. Itaque Budaeus Xenophanis, ac Plutarchi mentem minus accurate expressit; & quamvis etiam in graeco ipsius textu τοῦ ἡλίου reperiretur, perspicue vox illa, veluti glossema, delenda foret. Ceterum haec ipsa Xenophanis opinio Heracliro quoque probata fuit; siquidem ille, ut Galenus Cap. XIV. testatur, ait Solem esse ἄναμμα ἐν μὲν ταῖς ἀνατολαῖς τὴν ἔξαψιν ἔχον, τὴν δὲ σβέσιν ἐν ταῖς δυσμαῖς: *flammam, quae accensionem in oriente, extinctionem autem in occidente habeat.*

CAP. XIII. *Pag.* 55.

Ἡρακλείδης, καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν: *Heraclides, & Pythagorici quodlibet sidus Mundum esse dixerunt.*

Haec

Haec Heraclidis, Pythagoricorum, & Orphei sectatorum opinio, si sola Plutarchi verba spectaveris, ita propemodum intelligenda videretur, ut ex illorum hypothesi quodlibet sidus nobis conspicuum nihil aliud foret, quam immensa quaedam plurium corporum compages, quae certo quodam ordine distributa Mundum nostro similem efforment; ut proinde extrema sideris superficies nobis conspicua caeli, vel aetheris instar haberi debeat, qui Mundum nobis invisibilem intra se contineat, Tellurem nempe, Solem, Lunam, Planetas alios, sed nobis invisibiles, complectatur. Quo plane fieret universam sideris alicuius substantiam non uniformem, sed variam, ac inaequalem esse oportere; quum intra se Terram, aërem, aliasque naturas mire inter se diffidentes contineat. Quandoquidem vero nullum in Scriptoribus aliis hypothesis huius indicium reperitur, quin potius Plutarchus ipse in Mundis illis aërem, atque aetherem in infinito aethere contineri dicit; perspicue apparet quod aether, atque aër, adeoque Terra, non intra siderum globos, qui certae finitae magnitudinis esse debent; sed circa illos a Pythagoricis collocari debebant. Itaque illorum sententia hoc uno sensu intelligi, vel explicari debet, quod fixa sidera totidem Soles nostro similes, eademque prorsus ignis substantia compositi forent; & quemadmodum circa Solem nostrum in Mundi nostri centro collocatum Terra, Planetae, Elementa singula reperiuntur; ita quoque circa sidus quodlibet ex. gr. *Sirium* in alterius Vorticis, aut Mundi centro positum Planetae, Terra, aër, aliaque corpora moverentur, quae nobis tamen ob distantiam inconspicua forent; quemadmodum illi, qui Tellurem Sirio circumpositam incolerent, Solem quidem nostrum veluti sidus inspicerent; sed Planetas tamen nostros, nostramque Tellurem Soli circumpositam intueri non possent. Exinde vero celebris haec opinio profluxisse, ac Pythagoricis arrisisse videtur, quod illi fixorum siderum, Solisque nostri substantiam omnino similem esse putarent; adeoque, sicuti Sol Mundi cuiusdam sibi circumpositi centrum esse conspicitur; ita quoque maximo optimoque iure circa sidera singula veluti centra Mundi alii dispositi viderentur. Certe Iordanes Brunus, aliique plures ex Recentioribus hac ipsa ratione plures Vortices, aut Mundos esse putarunt, ut circa sidus quodlibet veluti centrum Vortex, ac Mundus aliquis nostro similis sua Tellure, suisque adeo Planetis praeditus reperiretur; ut ipsi proinde Orphicorum instar singulas stel-

las in singulos Mundos converterint; hoc est, ut Plutarchi locum explicandum existimo, singulis stellis singulos Mundos circumfusos adscripserint.

CAP. XV. *Pag.* 57.

Τῶν Μαθηματικῶν τινες μὲν ὡς Πλάτων, τινὲς δὲ μέσον πάντων τὸν ἥλιον: *Ex Mathematicis nonnulli quidem* sentiunt *ut Plato*; *alii vero Solem omnium medium* esse opinantur.

Obscurius hic certe Plutarchus Mathematicorum illorum sententiam expressit; quippe qui facile illorum hypothesim innuere videatur, qui Solem corporum omnium medium, hoc est in Vniversi medio veluti centro collocatum esse dixerunt; quod Aristarcho, aliisque pluribus arrisisse docet Plutarchus Lib. IV. c. 13. Vera tamen Plutarchi sententia nativusque sensus hic esse debet, quod Plato in septem Planetarum ordine *sextum* locum Soli concessit; Mathematici vero quidam Solem ipsum Planetarum *omnium medium*, quarto nimirum loco infra Martem, ac supra Venerem collocatum putarunt. Certe hic ipse Planetarum ordo, qui ex Platonis mente hic a Plutarcho describitur, etiam apud Laërtium (1) occurrit, ubi docuit Plato εἶναι ὑπὲρ μὲν τὸν τῆς γῆς κύκλον Σελήνην, ἐν δὲ τῷ ἐχομένῳ Ἥλιον, ἐν δὲ τοῖς ἐπάνω τὺς Πλανήτας: *Lunam quidem supra Terrae circulum; in proximo Solem; in superioribus vero vaga sidera ferri*. Ex Mathematicis vero, qui ordinem alium agnoverint, Solemque ipsum supra Venerem collocaverint, memorantur Chaldaei, Archimedes, Geminus, Cleomedes, Cicero, Hyginus, Manilius, Plinius, Ptolemaeus, aliique plures quos Gassendus (2) enumerat. Monendum obiter in Xylandri versione Solis, Lunaeque nomen, ipsorumque situm in Planetarum ordine prorsus omitti.

CAP. XX. *Pag.* 60.

Ἀναξίμανδρος κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς: *Anaximander* ait Solem *esse orbem viginti octo vicibus Tellure maiorem*.

Si ingentis igneae compagis, quam Anaximander hic statuit, ea solum pars conspicua nobis esse potest, quae veluti ex orificio erumpens lucem emittit, atque a nobis *Sol* vocatur, reliqua vero pars

(1) Lib III seg 74. (2) Sect. II. Lib. II. c. 3.

pars inconſpicua nobis eſſe debet; haud immerito quaeri nunc poſſit, unde Anaximander igneam compagem illam 28. vicibus Telluris globo maiorem eſſe collegerit; iridemque Lunaris ignis molem 19. vicibus Terra maiorem agnoverit, ut Cap. 25. mox dicitur. Num hariolari cui libeat Anaximandrum ad Solarem, Lunaremque cyclum digitum intendiſſe; quum ille 28. hic 19. ſolaribus annis componatur, Anaximander in Solis, ac Lunae maſſa nobis inconſpicua proportionem illam admiſerit? Sed nullus hic hariolis, audacique coniecturae locus. Habuit fortaſſe Anaximander opinionis huius argumentum aliquod, quod in maxima tamen obſcuritate, ac Scriptorum ſilentio ignorare nunc cogimur. Illud unum illuſtrando Plutarchi loco, ſive Anaximandri Placito obſervaſſe nunc libet, quod trochus ille, rota, vel corpus igne repletum ex cuius apſide, vel orificio conſpicua nobis Solis, & Lunae, aliorumque ſiderum facies erumpebat, ex denſiore, concretoque aëre conſtabat, ut docet Stobaeus: Ἀναξίμανδρος πιλήματα ἀέρος τροχοειδῆ, πυρὸς ἔμπλεα, κατά τι μέρος ἀπὸ ϛομίων ἐκπνέοντα φλόγας: *Anaximander centones aëris globoſos, ignis plenos, & flammas quadam parte exſpirantes*: ubi vides non modo Soli, Lunaeque, ſed ceteris etiam Stellis omnibus eamdem ſtructuram, ac naturam ab Anaximandro concedi; quamvis id Plutarchus de Luna ſolum, ac Sole memoraverit.

C A P. XX. *Pag.* 61.

Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ὑαλοειδῆ (τὸν ἥλιον) *Philolaus Pythagoricus* Solem eſſe exiſtimat *corpus vitro ſimile*.

Non plurimum fortaſſe ego fallar, ſi, ex variis Veterum Placitis a Plutarcho in hoc Opere memoratis, nullum obſcurius videri dixerim, quam Philolai ſententia, quae modo proponitur: ut mirari proinde non ſubeat ſi Interpretes omnes in illa exponenda diffideant. Etenim, ſi quaedam Plutarchi verba, ipſorumque vim ſpectaveris, ſpeculi quidem inſtar Solem a Philolao admiſſum putaveris, quod tamen non pellucidum foret, igniſque ſplendorem traiiceret; ſed potius reflexionis ope lucem ad nos regereret. Sic enim optime conſtaret, quod *Solis* nomine tria intelligi a nobis poſſent, ſive ad Solis perceptionem ſenſationemque in nobis excitandam tria conferrent; nimirum mundanus ignis, cuius ſplendor in opacum ſpeculum incideret; tum ignis ipſius imago, quae ſpecu-

culo impreſſa, reflexionis ope ad nos uſque, veluti *imaginis imago*, deferretur. At, ſi voces alias ſpectaveris, Solis corpus pellucidum potius a Philolao admiſſum dixeris, quod mundani ignis ſplendorem imbiberet, atque ad nos uſque traiiceret. Quamvis autem, ut ingenue fatear, prior ille explicandi modus, & clarior, & concinnior videatur; haec altera tamen ſententia Philolao adſcribi debet, adeoque ἀνταυγείας, & ἀνακλάσεως voces mitiori ſenſu intelligi exponique debent. Itaque Philolai ſententia fuit quod Solare corpus, vitri inſtar, omnino pellucidum foret, adeoque facile ab igne, eiuſque ſplendore penetraretur. Hinc ſplendor ille, vel radii ex mundano igne, quem Philolaus ipſe in Mundi centro, ſimulque in ambitu collocavit, in ſolare corpus incidente, ipſum pervadere, ac illuſtrare debebant, indeque ad oculum uſque traiecti, & refractionis ope hinc inde diſperſi mundani ignis, ſimulque ſolaris corporis ab illo illuſtrati ſplendorem ad nos deferebant; ut proinde lucis ſenſatio tum ab igne, qui in extima Mundi parte reperitur; tum ab ignis eiuſdem parte, quae ſolare corpus illuſtrat ac pervadit; tum a ſplendore, qui a ſolari corpore ad nos pervenerit, oriatur. Exinde vero facile ſuſpicari quis poterit quod Philolaus lucis radios in vitreo, rotundoque Solis corpore colligi, ac refrangi dixerit, ut confertiores ex illo exirent; adeoque, quum mundani ignis ſplendor ob raritatem diſiectoſque radios percipi, ſive ſentiri non poſſet; ubi tamen radii a Solari corpore, quod penetrabant, collecti fuerant, confertioreſque ad oculum ferebantur, ſentiri poſſent. Ceterum praeter varietates alias, quas hoc loci in Stobaeo opportunius adnotavi, addidiſſe iuverit in Plutarchi textu vocem quamdam excidiſſe, atque ubi legitur: τὸ ἐν τῷ ὐρανῷ πυρῶδες, τό τε δὴ ἀπ' αὐτῦ, ἐ ἐσοπτροειδὲς ex Stobaeo restituendum τὸ ἐν τῷ ὐρανῷ πυρῶδες, τό τε δὴ ἀπ' αὐτῦ πυροειδὲς κατὰ τὸ ἐσοπτροειδὲς. Siquidem fulgor ille, qui in vitreo ſolari corpore recipitur, atque ab illo ad nos transfunditur, *igni ſimilis, ſpeculique inſtar* formatum, vel a ſpeculo tranſmiſſum vocatur.

CAP. XX. *Pag. 62.*

Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίυς: *Empedocles Soles duos* eſſe dicit.

Non minor fortaſſe in Empedoclis, quam in Philolai ſententia, perplexitas obſervatur. Etenim Plutarchi verba innuere videntur, quod Empedocles Caeli, vel Mundi hemiſphaerium primi-

ge-

genio igne repletum posuerit, & solare corpus non aliud esse dixerit, quam speculum, in quod lucis radii a mundano igne ferrentur, indeque ad oculum reflecterentur; quum eodem ipso similique motu tum hemisphaerium igne refertum, tum Solare corpus, aut speculum circa Terram moverentur, Sol ipse semper igni e regione positus appareret: quemadmodum fere, si Sol, & Luna eadem celeritate moverentur, semperque Luna Soli opposita foret, Lunae splendor ex solaribus radiis in Lunae superficie veluti speculo repercussis oriretur. Sicque facile intelligetur cur duos Empedocles Soles agnoverit, atque perspicuum nobis Solem una cum ignis vertigine circumferri, uno nimirum eodemque motu, ac celeritate circa Terram torqueri dixerit. At Empedocles Solem ex rotunda quoque Terrae figura, & superficie, radiisque ab illa reflexis deducit, Solemque ipsum eius ignem repercussum esse docet, qui circa Terram reperitur, quod clarius adhuc exponit Plutarchus in Libro *de Pythiae Oraculis*: ὑμεῖς δὲ τῦ μὲν Ἐμπεδοκλέυς καταγελᾶτε φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς ὐρανίυ γενόμενον: *vos autem Empedoclem quidem irridetis, qui asserit Solem circa Terram reflexione lucis caelestis fieri*; sicuti Empedocles ipse apud Stobaeum pag. 56. docet ἴσον τῇ γῇ τὸν κατὰ τὴν ἀνταυγείαν: *Solem illum, qui ex reflexione oritur, Terrae aequalem*: perinde quasi Sol ex radiis a Terra reflexis oriatur, adeoque ipsi Telluri aequalis esse debeat. Quis ista componat, nitidumque sensum exsculpat? Si divinare liceat, ignis ille, qui Telluri circumpositus appellatur, non alius erit, quam idem ille primigenius ignis, qui Caeli Telluri circumpositi hemisphaerium implet; suosque radios in oppositum solare corpus iaculatur, ut inde ad Terram reflexionis ope ferantur. Ita certe Empedoclis opinionem ex Plutarchi Libro *de Stromatis* expressit Eusebius (1): ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν ὐκ ἔςι πῦρ ἀλλὰ τῦ πυρὸς ἀνταναύκλασις ὁμοία τῇ ἀφ' ὕδατος γινομένῃ. σελήνην δέ φησι συςῆναι καθ' ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀπολειφθέντος ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρὸς. τὸ δὲ φῶς αὐτὴν σχεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίυ . . . . . εἶναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερομένα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλυ πυρὸς, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος, καὶ ὀλίγυ πυρὸς, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι: *Sol natura sua non ignis, sed ignis reflexio, est, illi quam ex aqua fieri videmus persimilem: at Luna ex aëre, quem ignis reliquerat, sua sponte coaluit; lumen porro suum eamdem a Sole mutuari. . . . . duos praeterea dimidios orbes circa Terram circulari motu ferri putat: alterum ex igne to-*

§ § § § *tum*

(1) Praep. Evang. Lib. I. c. 8.

tum, alterum ex igne, atque aëre modico temperatum, quem ipse noctem esse arbitratur. Vbi vides solare corpus velut opacum admitti, ut, aquae instar, ignis imaginem recipere, atque ad nos reflectere videatur. Fortasse quoque Empedocles existimavit radios a mundano igne Telluri circumfuso in Terram, iterumque a Terrae superficie in solare corpus; tumque ab ipso solari corpore ad oculum nostrum reflecti. Haec autem dicta volui, non ut veram Empedoclis sententiam deprehendisse me existimem; sed ut ambiguae, mireque diffidentes Interpretum explicationes refellantur; simulque opportune observetur non unam, sed fortasse plures variasque explicandi Solis rationes ab Empedocle usurpatas esse, quae quum simul hic a Plutarcho, ipsique inhaerente Stobaeo coniunctae fuerint, sententiam illam obscuriorem, sibique fere inconstantem reddiderunt. Certe non unam, sed varias potius hypotheses Empedocli arrisisse demonstrat Laërtius [1], qui de Empedocle loquens ait: καὶ τὸν ἥλιόν φησι πυρὸς ἄθροισμα μέγα, καὶ τῆς σελήνης μείζω: *Solem ait ignis ingentem massam, Lunaque maiorem:* quae, licet ad primigenium ignem referri fortasse possint, de conspicuo tamen, veroque Sole potius intelligenda videntur. Ita quoque vel ad *primigenium*, vel ad *conspicuum* etiam Solem referri debebit, quod ille in extrema Vniversi parte, vel superficie positus sit; ut Solis eiusdem ambitu, ac peripheria Mundus ipse circumscribatur, quod Empedocles apud Plutarchum nostrum Cap. I. iam dixerat: quod nimirum & mundanus ignis, & Sol ipsi oppositus in extima Mundi parte reperiatur.

CAP. XXIII. *Pag. 64.*

ΣΤωϊκοὶ κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑποκειμένης τροφῆς διέρχεσθαι τὸν ἥλιον: *Stoici* dixere *Solem iuxta extensionem subiecti pabuli excurrere.*

Si non alia, quam subiecti pabuli dispositio, Solaris motus, & conversionis caussa a Stoicis allata foret, perennis ille, & constans Solis motus obscurius certe, ac imperite admodum ab optimis alioquin, peritisque Philosophis expositus videretur. Longe subtilius, atque accuratius motum illum expressit apud Stobaeum Cleanthes, qui post vocem ἐπινέμεται subdit: συγκαταφέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον κινούμενον ἕλικα ἐν τῇ σφαίρᾳ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπί τε ἄρκτου, καὶ νό-

(1) Lib. VIII. seg. 77.

νὶτῷ, ἅπερ ἐςὶ πέρατα τῆς ἕλικος. ἄλλοι δὲ ἐπ' εὐθείως αὐτὸν κινεῖσθαι τὴν ἕλικα, ὀ περισφαῖραν ποιοῦντα, περὶ δὲ κύλινδρον: *Solem motum facere spirae ab Aequatore versus Septentrionem, ac Meridiem, qui sint spirae termini. Alii eum recta hunc motum facere dixerunt; quasi non sphaeram, sed cylindrum haberet*. Itaque in Stoicorum hypothesi Sol diurno, annuoque motu simul compositis sphaericam spiram ab uno ad tropicum alium extensam peragebat; iterumque retrogrado motu spiram illam excurrebat: quamvis alii singulas spirae partes singulis diebus peragratas invicem aequales esse putarent; adeoque non sphaericam, sed cylindricam potius, spiram a Sole describi existimarent; quamvis spiras illas, aut spirarum ordinem hac potius, quam alia ratione, & ioco Mundi opifice constitutum esse putarent, ut Sol subiecti Oceani halitibus pasci posset.

C A P. XXIII. *Pag.* 64.

Διογένης ὑπὸ τῦ ἀντιπίπτοντος τῇ θερμότητι ψύχυς σβέννυσθαι τὸν ἥλιον: *Diogenes* ait *Solem frigore in calorem incidente extingui*.

Vel plurimum hic ego fallor, vel Diogenis sententia ex hoc Capite, in quod temere translata fuit, in sequenti Capite restitui debet. Quid enim Solis extinctio cum ipsius conversione commune esse potest? Quave ratione Diogenes, aut suspicari, aut asserere umquam poterat Solem ubi ad Tropicum circulum pervenerit, ideo non ulterius progredi, sed versus Aequatorem regredi, quod Solis calor in Tropico ipso vi frigoris ingruentis extinguatur? At, si Diogenis opinio ad Caput proxime sequens transferatur, optime, accurateque intelligetur, quod ex Diogenis sententia tunc Sol deficere dicebatur, quum Sol ipse a frigore, quod calori occurrat, ipsumque superet, extinguatur. Coniecturam hanc firmare videtur Strobaeus, qui quum Thaletis opinionem de Solaris eclipsis origine & caussa, mox a Plutarcho sequenti Capite memoratam expressisset, repente subiicit: Διογένης κισσηροειδῆ τὸν ἥλιον, εἰς ὃν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀκτῖνες ἐναποςηρίζονται, ὑπὸ δὲ τοῦ ἀντιπίπτοντος τῇ θερμότητι ψυχροῦ σβέννυσθαι: *Diogenes pumiceum credidit Solem, in quem aetheris radii figerentur; eum porro frigore calori opposito extingui*. Itaque Diogenes non conversionis, aut solstitii, sed eclipsis potius, caussam hic exprimit; ideoque ipsius sententia ad sequens Caput spectare, ac tranferri debet.

CAP. XXIX. *Pag. 69.*

BΗ'ρωσος κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους: *Berosus ob conversionem ad nos partis non ignitae.*

Sententiae, quae hic Berosso tribuitur, explicatio ex alia ipsius hypothesi deduci debet, quae quamvis a Plutarcho omissa fuerit, a Stobaeo tamen exponitur. Ille nimirum varias de substantia Lunae opiniones enumerans ait: Βέρωσος ἡμιπύρωτον σφαῖραν τὴν σελήνην: *Berosus semiignitum globum Lunam* esse putavit. Quod nempe Lunae corpus dimidia sui parte, vel hemisphaerio ignea foret; adeoque lucida; pars autem, ac hemisphaerium aliud obscurum, ac terreum. Exinde vero non modo eclipsis, sed variae etiam Lunae phases intelligi, ac deduci poterant; quod nimirum Lunae corpus circa suum axem mensis spatio revolutum Lunam modo crescentem, modo decrescentem nobis exhiberet; quumque lucida Lunae pars in novilunio nobis obversa foret, tunc illa nobis obscura videretur.

CAP. XXIX. *Pag. 69.*

Τῶν Πυθαγορείων τινὲς ἀνταυγείαν, καὶ ἐπίφραξιν . . . . . οἱ δὲ νεώτεροι κατ' ἐπινέμησιν φλογός: *Pythagoreorum quidam luminis reflexionem, atque obstructionem . . . . . . Recentiores vero ob consumptionem flammae.*

Quamvis Xenophanes, referente Stobaeo pag. 60. τὴν μηνιαίαν ἀπόκρυψιν κατὰ σβέσιν *menstruam* lunae *occultationem extinctione* fieri existimaret, eademque sententia Pythagoricis etiam quibusdam adscribi posse videatur; aegre tamen adducor, ut illa *recentioribus* adscribi possit: quum ii subtilius certe, quam Veteres, Solis, ac Lunae periodos, adeoque veram eclipsium, & phasium causam exploratam haberent. Itaque in Plutarchi textu non νεώτεροι *recentiores*, sed ἕτεροι *alii* legendum suspicor; non modo quod Xenophanes, aliique Veteres hac voce satis accomode designentur; verum etiam quod Pythagoricorum distinctio a Plutarcho exposita id exigere videatur: quum superius ille dixerit *Pythagoricorum quosdam* Lunae eclipsim ex Telluris umbra repetere; optimeque mox adiecerit, Pythagoricos *alios* defectum ipsum ex extinctione deduxisse. Coniecturam hanc firmare videtur Stobaeus, in quo post vocem ἀντίχθονος subditur: τῶν δὲ μετ' ἕτερων εἰσὶ τινες, οἷς ἔδο-

ξε

ξε καὶ ἐπινέμησιν; quae quamvis vitiata sint, perspicue tamen ostendunt hic de Pythagoricis aliis sermonem esse; ut proinde facile rescribi debeat: τῶν δ' ἑτέρων εἰσί τινες: *aliorum vero* Pythagoricorum *quidam sunt &c.*

LIB. III. CAP. I. *Pag. 76.*

Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἵστασθαι: *Anaxagoras* ait *Telluris umbram ad hanc* Caeli *partem dirigi*, ibique consistere.

Quemadmoum Anaxagoras, Cicerone (1) teste, nivem non albam, sed nigram esse dixerat, adeoque paradoxis opinionibus delectari consueverat; ita quoque dum lucidam, atque albicantem Caeli partem, in qua Galaxiae circulus observatur, a Solis umbra oriri dicebat, hoc ipso paradoxi genere uti videbatur: perinde quasi Solis umbra lucida foret, adeoque ea Caeli pars, in quam haec umbra incideret, albicantior, & clarior efficeretur. At, si vera Anaxagorae sententia, quae hic obscurius a Plutarcho describitur, ex Scriptoribus aliis repetatur, illa non paradoxa, sed verisimilior censeri facile poterit, ut pulcherrimo Aristotelis testimonio ad locum hunc demonstravi. Laërtius (2) tamen sententiam aliam Anaxagorae tribuere videtur, asserens illum dixisse: τὸν γαλαξίαν ἀνάκλασιν εἶναι φωτὸς ἡλιακοῦ μὴ καταλαμπομένων τῶν ἄστρων: *Galaxiam esse reflexum Solaris luminis non intermicantibus astris*; sed Aldobrandinus vitiatum hunc Laërtii locum ita refingendum esse iam monuit: ἀνάκλασιν εἶναι τῶν ὑπὸ φωτὸς ἡλιακοῦ μὴ καταλαμπομένων ἄστρων: *fulgorem, aut reflexionem esse stellarum, quae a solari lumine non illustrantur*: quae sane emendatio Menagio quoque probatur, atque ex Origenis Philosophumenis confirmatur. Vbi vero Menagius ipse Galenum falli contendit, qui Galaxiam ex Anaxagorae mente τὴν σκίαν τῆς γῆς *umbram Terrae* esse dixit, observare facile poterat id non a Galeno solum, sed a Plutarcho quoque, & Stobaeo traditum fuisse, quorum testimonium facile salvari, atque cum Aristotelis testimonio coniungi potest; ut nihil proinde in Galeno cum Menagio vel corrigi, vel reprehendi hic debeat.

CAP.

(1) Acad. IV. c. 23. & 31. (2) Lib. II. Seg. 9.

CAP. VI. *Pag.* 83.

E'N δὲ τούτοις πᾶσι τά τε κατὰ φύσιν, καὶ κατὰ ἐπίκτησιν ὅμοια συμβαίνει πάθη: *in his autem omnibus affectiones illae, quae iuxta naturam*, ſive ſubſtantiam, *& quae iuxta acceſſionem*, hoc eſt apparentiam naturae ſuperadditam, *fiunt, ſimiles ſunt*.

Periodum hanc, aut aliter prorſus in graeco quodam Plutarchi textu expreſſam viderat Amiotus, aut minus illam feliciter accurateque reddidit, interpretatus: *in his apparentiis omnibus effectus iidem tum ex naturalibus rationibus, tum ex experimentis contingunt*. Etenim verus Plutarchi ſenſus hic eſſe debet, quod in Virgis, Parheliis, ac Nubibus praeter id, quod phyſice vereque in illis ſubſiſtit, materiam nempe, qua concretae, & formatae illae fuerint, quidpiam etiam aliud, ſed mere tamen apparens, conſpicitur; varius nimirum color, qui in illis apparet. Itaque concludit Plutarchus affectiones omnes, quae in ipſarum ſingulis ex natura, ſubſtantia, materiaque exſiſtunt, ſimiles eſſe; itidemque inter ſeſe ſimiles eſſe oportere affectiones alias, quae in apparentia ſola conſiſtunt, ac veluti naturae ſuperadditae, vel adſcititiae ſunt: ut proinde tum illarum omnium ſubſtantia, tum illarum color &c. eadem prorſus, ſimilique ratione explicari debeat, Hinc ἐπικτήσεως nomine Plutarchus hic deſignavit affectionem, quae ſubſtantiae, veraeque naturae *ſuperaddita*, vel adſcititia ſit, ac in apparentia ſola conſiſtat.

CAP. XI. *Pag.* 86.

Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον: *Philolaus Pythagoreus medium quidem Ignem* collocat.

Haec celeberrima Philolai ſententia ita a plurimis intelligi, vel explicari conſuevit, ut ab illo Ignis nomine *Solem* vocari, adeoque Solem ipſum in Vniverſi medio collocatum eſſe putarent, circa quem Tellus, ac Planetae ſinguli verterentur; quam certe hypotheſim poſt Cuſanum, & Copernicum recentiores omnes Aſtronomiae principes admiſerunt. Hinc Bulialdus Operi, quo ſententiam hanc propugnavit, *Aſtronomiae Philolaicae* nomen impoſuit: perinde quaſi Philolaus eadem prorſus de Telluris motu, ac Copernicus, aliique, tradiderit; praeſertim vero Tellurem circa immotum Solem converti putaverit. At *Ignis* ille, qui a Phi-

Philolao in Vniverſi medio, vel centro ponebatur, a Sole diſtinctus erat; in Philolaica hypotheſi Sol ipſe, Telluris inſtar, circulari motu circa Mundi centrum torquebatur; adeoque Mundi Syſtema, quod a Philolao, ceteriſque Pythagoricis admittebatur, a Copernicano, ut ita loquar, perſpicue diſtinguebatur. Veram Philolai hypotheſim hic a Plutarcho adumbratam fuſius, ac illuſtrius exponit Stobaeus [1]: Φιλόλαος πῦρ ἐν μέσῳ περὶ τὸ κέντρον, ὅπερ ἑςίαν τȣ̃ παντὸς καλεῖ, καὶ Διὸς οἶκον, καὶ μητέρα θεῶν, βωμόν τε, καὶ συνοχὴν, καὶ μέτρον φύσεως, καὶ πάλιν πῦρ ἕτερον ἀνωτάτω τὸ περιέχον· πρῶτον δ' εἶναι φύσει τὸ μέσον, περὶ δὲ τȣ̃το δέκα σώματα θεῖα χορεύειν, ȣ̓ρανὸν, πλανήτας, μεθ' οὓς ἥλιον, ὑφ' ᾧ σελήνην, ὑφ' ᾗ τὴν γῆν, ὑφ' ᾗ τὴν ἀντίχθονα, μεθ' ἃ σύμπαντα τὸ πῦρ, ἑςίας ἐπὶ τὰ κέντρα τάξιν ἐπέχον: *Philolaus ignem in medio ad centrum ponit, quem Vniverſi larem vocat, Iouiſque domicilium, ac Deorum matrem, aramque, & menſuram naturae. Aliud deinde ſupremum ignem facit. At natura primum ait medium, circa quem decem caeleſtia verſentur corpora, caelum, planetae, Sol, & Luna. Sub hac eſſe Terram, ſub eaque Terram oppoſitam, ac poſtremo ignem centri, laris vice, ſitum*. Quinetiam ad Philolaum ipſum elegans illa caeleſtium corporum diſpoſitio, vel Mundi Syſtema referri facile poterit, quod Pythagoricis a Plutarcho [2] tribuitur, ubi docet ab illis in Planetarum diſtantiis triplam ſemper rationem conſtitutam eſſe; ut quum Igni veluti centro unitatem concederent, Antichthoni 3. Telluri noſtrae 9. Lunae 27. Mercurio 81. Veneri 243. Soli 729. adſcriberent: quae quidem diſtantiarum proportio, quamvis a veritate, ſive phaenomenis abhorreat, perſpicue tamen eum Planetarum ordinem oſtendit, qui a Philolao, ipſoque duce a pluribus etiam Pythagoricis aliis admittebatur. Quandoquidem vero Tellus alia *Antichthon*, ideſt *Telluri* noſtrae ſemper *oppoſita* admittebatur, ut ipſius incolae a nobis numquam videri poſſent, manifeſte apparet utramque Terram pari prorſus celeritate circa Vniverſi centrum moveri; ac quamvis ambiguum plane ſit, an Pythagorici Antichthonem inter Tellurem noſtram, ac Ignem mediam, an vero potius Ignem ipſum inter utramque Terram medium collocaverint; haec altera tamen opinio *Antichthonis* nomini facilius reſpondere, adeoque veriſimilior eſſe videtur; quum praeſertim Pythagorici Tellurem noſtram diurno motu circa ſe ipſam torqueri dicerent: quo plane fieret, ut ſi Antichthon inter Tellurem, atque Vniverſi centrum exſiſteret

(1) Pag. 72. (2) De Animae Procreat.

ret, illa quotidie nobis una cum Tellure nostra circumductis conspicua foret.

C A P. XII. *Pag.* 87.

Λεύκιππος παρεκπεσεῖν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ἀραιότητα: *Leucippus Tellurem in australes partes deprimi*, seu vergere putavit *propter raritatem*, quae *in australibus* partibus reperitur.

Tantum abest, ut haec Leucippi ratio demonstret Tellurem in meridionalibus sui partibus olim subsedisse, vel depressiorem esse oportere; quod opposito potius sensu perspicue ostenderet Australes Terrae partes elatiores esse oportere. Etenim, si australes ipse calidiores, adustae, rarioresque sunt, leviores certe esse debent; sicuti vicissim, si boreales frigore nivibusque concretae sunt, graviores etiam admittendae forent; adeoque boreales quidem deprimi, australes autem elevari deberent. Itaque Tellus ex Leucippi mente non in australibus, sed potius in borealibus, sui partibus humilior, ac depressior admitti debet; ut facile proinde in Plutarchi textu pro εἰς τὰ μεσημβρινὰ *in australes*, εἰς τὰ βόρεια *in boreales* partes rescribendum videatur. Quandoquidem tamen Laërtius etiam Leucippi sententiam exponens, ut mox ostendetur, πρὸς μεσημβρίαν *ad meridiem* habet, inclinationis huius caussa, & origo non ex sola raritate, & calore, sed ex accidentibus aliis inferri debet, quae tamen ex ipso australium partium calore, & raritate producantur. Atque eiusmodi certe esse posset uberior arborum fructuumque copia, quae in calidiori, rariori, magisque temperata australi Telluris parte, quam in boreali, oriuntur, ut mox in exponenda Democriti sententia subdit Plutarchus. Itaque suspicor postremas voces illas αὐξομένην τὴν γῆν κατὰ τοῦτο ἐγκλιθῆναι: *Tellurem* pondere *auctam eo inclinasse* non ad Democriti, sed ad Leucippi solum, sententiam referendas esse, temereque prorsus ex praecedenti ad sequentem periodum translatas fuisse. Certe Democritus inclinationem Telluris non ex Terra ipsa, hoc est inaequalitate quadam, ac varietate, quae eius partibus intrinseca foret, sed ab extrinseci solum, ipsamque sustinentis aëris in aequalitate deduxit; qui, quum in australibus regionibus calidior, rarior, debiliorque sit, australium Terrae partium pondus minus sustinere poterat; adeoque in caussa fuit, ut Tellus ibi deprimeretur; quum

bo-

borealis ipſius pars a validiori denſiorique aëre ſibi ſubiecto magis ſuſtineretur. Ergo uberior fructuum copia, quam poſtremis vocibus illis exponit Plutarchus, nihil ad Democriti ſententiam conferre, neque proinde cum ipſa haerere poterit; ſin vero ad Leucippi ſententiam referatur, illam optimam, veram, nitidamque efficiet. Itaque melius uterque Plutarchi locus, aut utraque Philoſophorum ſententia ab errore vindicari non poterit, quam, ſi tranſpoſitis Plutarchi verbis, voces illae, vel explicatio, quae Democrito adſcribitur, Leucippo ſolum tribuatur. Indicandus etiam hic obiter Laërtii (1) locus, quem mutilum & hiulcum eſſe vix dubitem, quamvis id Interpretes omnes fugerit. Laërtius varias Leucippi ſententias enumerans ait, ex ipſius mente ἐκλείπειν ἥλιον, ϗ σελήνην τῷ κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον ἀεί τε νίφεσθαι, ϗ κατάψυχρα εἶναι, καὶ πήγνυσθαι: *Solem, Lunamque deficere, quod Terra ad meridiem vergat; quae vero ad ſeptentrionem ſunt, nivibus conſpergantur, & pruinis algeant, in glaciemque concreſcant.* Ergo ne Leucippus ille tam hebes plumbeuſque fuit, ut Solis, Lunaeque defectus ex ipſa Telluris inclinatione pendere dixerit? perinde quaſi Planetae illi, etiam dum ſupra horizontem, vel Telluris quomodocumque inclinatae faciem reperiuntur, deficere non viderentur? Mitius profecto cum illo agendum putaverim, Laërtiique locum mutilum eſſe ſuſpicor; ut in illo non ϗ σελήνην τῷ κεκλίσθαι, ſed ϗ σελήνην τῷ κυκλεῖσθαι .... *& Lunam, quod moveatur &c.* legeretur, moxque voces aliae ſequerentur, quibus ſolaris, lunariſque eclipſis origo ex illorum motu deduceretur; tandemque ſubderetur: κεκλίσθαι τὴν γῆν &c. Hinc imperitus oſcitanſque Librarius a voce κυκλεῖσθαι, quae peculiarem Solis, Lunaeque motum indicabat, ex quo utriuſque eclipſis oriebatur, ad ſimilem aliam κεκλίσθαι tranſilivit, qua Telluris inclinatio deſignatur. Ceterum, licet apparentem Mundi inclinationem ex unius Telluris inclinatione Democritus, Leucippus, aliique repetendam putaverint, Anaxagoras tamen mutationem illam in Caelo potius, aut in ſideribus contigiſſe voluit; atque exinde obſcurior Laërtii (2) locus eſt explicandus, qui minus accurate ab Interpretibus exponitur. Itaque dixit Anaxagoras τὰ ἄστρα κατ' ἀρχὰς μὲν θολοειδῶς ἐνεχθῆναι, ὥς τε κατὰ κορυφὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φαινόμενον εἶναι πόλον· ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν: *ſidera initio quidem in caelo tholi*, vel ſphaerici fornicis *forma* circa *Tellurem mota fuiſſe; itaut* borealis, vel *ſemper apparens polus* boreali Terrae *polo reſponderet; deinde vero* ſidera ipſa *inclina*

§§§.§§

(1) Lib. IX. ſeg. 33. (2) Lib. II. ſeg. 9.

nationem accepisse; ut caelestis proinde polus, ac sidera ipsi vicina supra borealem Telluris polum elevata sint.

CAP. XIII. *Pag.* 88.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, καὶ Ἔκφαντος ὁ Πυθαγόρειος κινοῦσι μὲν τὴν γῆν, οὐ μήν γε μεταβατικῶς: *Heraclides Ponticus, & Ecphantus Pythagoreus movent quidem* & ipsi quoque *Terram*; *non* ita *tamen*, *ut* ipsa de loco in locum *transferatur*.

Quod hic Heraclidi, ac Ecphanto tribuitur, pluribus etiam aliis, praesertim vero Platoni, adscribi solet; perinde quasi ille quoque Tellurem in Vniversi centro positam diurno motu circa proprium axem torqueri dixerit. Ita Laërtius [1] a Platone traditum ait: γενέσθαι δὲ δημιούργημα, ὡς νύκτα καὶ ἡμέραν ποιεῖν· οὖσαν δὲ ἐπὶ τοῦ μέσου, κινεῖσθαι περὶ τὸ μέσον: *Terram fuisse conditam, ut diei noctisque tempora, & vices variaret. Eam, quum media sit, circa Terram moveri.* At ipse Plato Tellurem non κινεῖσθαι *moveri*, sed εἰλεῖσθαι *sustineri* dixit; ait enim γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον, τεταμένον φύλακα, καὶ δημιουργὸν νυκτός τε, καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων, ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε, quae Platonis verba ita Cicero [3] interpretatur. *Iam vero Terram altricem nostram, quae traiecto axe sustinetur, diei, noctisque effectricem, eamdemque custodem antiquissimam corporum voluit esse eorum, quae intra caelum gignerentur.* Optime quidem novi Gassendum [4] obscuriora Platonis verba de vero Telluris motu intelligenda putasse, non modo, quod Aristoteles [5] Timaeum inter illos enumerat, qui Telluri motum concesserint, ideoque de Platone quoque, qui Timaeum exscripserat, intelligi debeat; verum etiam, quod Plato Tellurem *diei noctisque effectricem* vocaverit, quod sine diurno Telluris motu praestari non possit. At eiusmodi argumenta leviora sunt certe, quam ut ex iis diurnus Telluris motus inferatur. Etenim quod ad Timaeum attinet, in eius Opere, quod adhuc extat, ille Tellurem non κινουμένην, sed ἑδρευμένην, vocavit; hoc est, ut a Proclo Timaei, & Platonis interprete explicatur, συνεχομένην *detentam*; ut proinde vera utriusque opinio non ex Aristotele, qui minus sincere aliquando Veterum sententias exposuit, sed ex superstite potius Timaei Libro deduci debeat. Accedit

etiam

(1) Lib. III. seg. 75 (2) In Timaeo. (3) De Vniversit. (4) Sect. II. Lib III. c. 5. (5) De Caelo Lib II. c. 13.

etiam quod Plato in Timaeo, in Epinomide, in Lib. VII. de Legibus sidera circa Tellurem moveri dicit; quod temere, opinor, ad solum vulgi captum a Platone dictum Gassendus existimat; quum ibi plurima vulgo prorsus impervia Plato protulerit. Quod vero Tellurem *diei, noctisque effectricem* dixerit Plato, ipsius certe motum minime ostendit; quamvis enim illa prorsus immota foret, hanc tamen diei, noctisque vicissitudinem sola opacitate sua efficeret, quod nempe Sole subter Terram ipsam labente; superior hemisphaerii pars obumbrari, adeoque nox apparere deberet. Denique, ne alia id genus argumenta persequar, testatur Cicero ex obscurioribus verbis illis a nonnullis inferri Platonem eadem prorsus, ac Nicetam sensisse; adeoque *supera omnia stare, neque praeter Terram rem ullam in Mundo moveri, quae quum circum axem se summa celeritate convertat, & torqueat, eadem effici omnia, quae, si stante Terra caelum moveretur*. At Plutarchus perspicue docet [1] Platonem motum Soli, ceterisque Planetis minime sustulisse; quin etiam nitide diserteque mox Cap. XV. testatur ipsam undequaque imam, ac immotam a Platone admissam fuisse: ergo nullus Telluris motus ex obscuris, & ambiguis Platonis verbis inferri poterit. Quemadmodum vero Laërtius in explicanda Platonis opinione fallitur, ita quoque minus accurate Leucippi sententiam exposuit ubi dicit [2]; *φέρεσθαι δὲ τὸν ἥλιον ἐν μείζονι κύκλῳ περὶ τὴν σελήνην, τὴν γῆν ὀχεῖσθαι περὶ τὸ μέσον δινουμένην: Solem in circulo maiori circa Lunam ferri, Terram vehi, ac circa medium verti*. Hic certe quidam Telluri motus concedi videtur, quo circa medium, vel potius in Vniversi medio, circa seipsam convertatur; quum tamen vicissim Soli circularis motus tribuatur, nec ullibi huius Leucippi sententiae vestigium appareat; ita quoque non facile Theoni assentiar, qui Eudemum in Historia Astrologica auctorem proferens, ait Anaximandri sententiam fuisse *ὅτι ἐστιν ἡ γῆ μετέωρος, καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον: quod Terra sublimis est, & circa Mundi medium movetur*. Certe Laërtius [3] Anaximandri dogmata recensens ait *μέσην τὴν γῆν κεῖσθαι, κέντρου τάξιν ἐπέχουσαν, οὖσαν σφαιροειδῆ: in medio loco Terram reperiri centri instar constitutam, globosamque esse, & rotundam*; quemadmodum ex pluribus locis aliis apparet Anaximandrum Soli, Lunaeque circularem motum concessisse. Quod si Pythagoricae doctrinae gloria, vel Telluris motae opinio Leucippo, & Anaximandro tribui non potest, multo certe minus hanc

§§§§§ 2 Na-

(1) In Quaest. Platon. (2) Lib. IX. seg. 30. (3) Lib. II. seg. I.

Numae concesserim. Plutarchus [1] quidem id a Numa probatum, taciteque demonstratum existimavit, quod ille Templum rotundum construxerit, mediumque in ipso locum Igni, veluti *Vestae*, concesserit, prorsus ut in Vniversi lare, foco, vel medio Solaris ignis reperitur. At Templi rotunditas, araeque locus a Numa constitutus alio prorsus ex fonte profluxit; ac *Vestae* nomine non *Ignis*, sed *Tellus* ipsa a Romanis vocabatur, quae prorsus immota foret, ut ait Ovidius [2].

Stat vi Terra sua, vi stando Vesta vocatur.

Denique id prorsus immerito Plutarchus adiecit, quod Numa opinionem illam ex Pythagora praeceptore didicerat, quum Numa centum saltem annis Pythagorae aetatem praecesserit; eiusque temporibus Physicae, vel Astronomiae cognitio rudior certe foret, quam ut explicandis siderum phaenomenis Solem in universi centro collocandum, ac Tellurem movendam esse quis coniicere, vel suspicari etiam posset.

C A P. XVII. *Pag.* 93.

Πλάτων ἐπὶ τὴν ἑώραν φέρεσθαι τῶν ὑδάτων· εἶναι γάρ τινα ἑώραν διά τινος στομίου τρήματος περιφέρουσαν παλίῤῥοιαν, ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη: *Plato ad profunditatem aquarum* Maria *deferri* dicit; *esse nimirum profunditatem quamdam, quae per specus foramen reflexum circumferat; ex quo* reflexu *maria contra redundent.*

Quamvis haec celeberrima Platonis opinio longe clarius apud Stobaeum, quam Plutarchum, exprimatur, ut subiectis etiam Stobaei verbis opportune iam observavi; ingenue tamen fatendum est plurimas adhuc in utroque Scriptore tenebras hic inveniri, ut exinde vera Platonis sententia deprehendi non possit. Ac primo quidem in explicanda *αἰώρας* voce perplexitas esse potest, quid nempe *suspendii*, sublimisque corporis, aut *emissarii* nomine Plato intellexerit; quoque Telluris loco foramen, ac suspendium illud admiserit. Deinde vero qua de caussa, quibusque viribus maris aquae reciproco motu ab illo effluere, atque in illud iterum refluere possint. Vtrumque tamen ex alia Platonis hypothesi facile intelligi, exponique poterit; quae quamvis poëtica, & fabulosa sit

(1) In Numa. (2) Fast. Lib. VI. vers. 299.

ſit, adeoque a veritate maxime abhorreat, perſpicue tamen oſtendit, quae vera de Aeſtus origine Platonis opinio cenſeri debeat. Itaque Plato Pythagoricos, & Stoicos aemulatus, ingentem Telluris globum animatum eſſe putavit, ipſique affectiones quaſdam, aut motus iis propemodum ſimiles ineſſe dixit qui in animantibus obſervantur; organa quoque, aut partes motibus illis peragendis accomodatas attribuit. Quemadmodum ergo in animalibus aliis cor, pulmones, nares, & os reperitur, quorum praeſidio extrinſecus aër ab animali attrahitur, rurſuſque aër ipſe foras protruditur, ac exſpiratur; ita quoque in Telluris viſceribus, ac ſuperficie quaſdam veluti nares, pulmonem, & os reperiri Plato putavit, quibus extrinſeci, vel circumfuſi maris aquae a Tellure abſorberentur, iterumque reciproco motu emitterentur: ut, ſi proinde ex interno Telluris barathro aquae profluerent, maris *acceſſus* fieret; ubi vero maris aquae iterum a barathro traherentur, *receſſus* contigeret. Celebrem hanc Platonis, aliorumque hypotheſim indicavit Mela [1] quum ait: *Cognitum adhuc ſatis non eſt anhelitune ſuo id Mundus efficiat, rectamque cum ſpiritu regerat undam; ſi, ut doctoribus placet, animal eſt*; quemadmodum Solinus [2] ait nonnullos fuiſſe, qui crederent *in profundis Oceani nares quaſdam Mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus, vel reducti modo efflent maria, modo revocent*. Literis, ac otio abutar, ſi opinionem hanc, a Keplero tamen, Roſſetto, aliiſque Recentioribus inſtauratam refellere enitar. Eam ſolum innuere hic volui, ut Plutarchi locus alioquin implexus, & obſcurus nitide exponeretur. Etenim, ſi vorago illa, barathrum, ac orificium illud ex Platonis hypotheſi non in Oceani profundis, ſed prope polos, elatioremque Telluris partem, reperiebatur, ut Plutarchus hic innuere videtur; facile intelligitur, cur ipſi αἰώρας nomen tribui potuerit: quemadmodum facile intelligetur aquarum motum reciprocum eſſe oportere, ſi in Telluris anima inſpirandi exſpirandique vis admittatur, quod a Platone factum eſſe iam vidimus.

LIB. IV. CAP. VI. *Pag.* 103.

Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχὴν πάσης κινήσεως προηγουμένης, τῆς δὲ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχειν: *Ariſtoteles* opinatur *Animam omnis praeelecti*, vel

(1) Lib. III. c. 1. (2) c. 36.

vel a natura definiti *motus expertem esse*, adeoque secundum se non moveri; *accidentalem vero*, alienum, fortuitumque *motum participare*.

Hic Plutarchi locus obscurior est certe, quam ut ex illo perspicuus sensus, aut vera Aristotelis opinio deduci possit; quum vox πρωηγυμένης, vel, ut in aliis Codicibus legitur, πρωηγυμένην, obscurum sensum hic pariat. Itaque Budaeus quidem reddit: *Aristoteles immobilem Animam motione omni primigenia, accidentariae vero non exsortem &c.* Minus accurate Amiotus *Aristoteles Animam esse immobilem; quamvis ipsa sit, quae motum omnem cieat, ac regat; sed motum tamen participare per accidens, prout varia corpora moveantur*. Vera tamen Aristotelis sententia, verusque Plutarchi sensus non aliunde, quam ex ipsis Aristotelis fontibus, deduci debet. Quum Veterum Philosophorum plurimi dixissent Animam seipsam movere, semper moveri, numerum se ipsum moventem esse, singulas opiniones illas impugnat Aristoteles *Lib. II. de Anima c. 3. & 5.* ut prius quidem ostendat ipsam locali motu cieri non posse; quumque in affectibus exerendis ipsa moveri, adeoque laetitia, dolore, iracundia, sensu, & ratiocinatione percelli, atque immutari videretur, respondet ne in affectibus quidem ipsis motum ullum in Anima produci: εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι, ἢ χαίρειν, ἢ διανοεῖσθαι, κινήσεις εἰσὶ, καὶ ἕκαστον κινεῖσθαι τούτων, τὸ δὲ κινεῖσθαί ἐστιν ὑπὸ τῆς ψυχῆς, οἷον τὸ ὀργίζεσθαι, ἢ φοβεῖσθαι, τῷ τὴν καρδίαν ὡδὶ κινεῖσθαι. Τὸ δὲ διανοεῖσθαι, ἢ τοιοῦτον, ἴσως δὲ ἕτερόν τι. Τούτων δὲ συμβαίνει τὰ μὲν κατὰ φορὰν, τινῶν κινουμένων, τὰ δὲ κατὰ ἀλλοίωσιν· ποῖα δὲ, καὶ πῶς, ἕτερος ἐστι λόγος. Τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν, ἢ οἰκοδομεῖν· βέλτιον δὲ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν, ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ· τοῦτο δὲ μὴ ὡς ἐν ἐκείνῃ τῆς κινήσεως οὔσης, ἀλλ' ὁτὲ μὲν μέχρις ἐκείνης, ὁτὲ δὲ ἀπ' ἐκείνης· οἷον ἡ μὲν αἴσθησις ἀπὸ μὲν τωνδὶ, ἡ δὲ ἀνάμνησις ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ τὰς ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις κινήσεις, ἢ μονάς: *nam si vel maxime dolere, aut laetari, aut ratiocinari sint motus, & horum unumquodque sit moveri; tamen moveri est ab anima: ut puta irasci, vel timere, quia cor ita movetur. Ratiocinari autem est tale, aut fortasse aliud quiddam. Horum autem alia fiunt quibusdam secundum locum motis; alia quibusdam variatis. Qualia vero haec sint, & quomodo, alia disputatio est. Dicere autem animam irasci perinde est, ac si quis diceret animam texere, aut aedificare; melius enim fortasse est non dicere animam misereri, vel discere, vel ratiocinari, sed hominem ani-*

anima; *idque non quasi in illa sit motus*, *sed aliquando usque ad illam*, *quandoque ab illa*: *ut sensus est ab his*, *recordatio autem ab illa est ad eas motiones*, *vel mansiones*, *quae sunt in sensuum instrumentis*. Ritene feliciterque id expresserit Aristoteles, nihil moror. Id unum observo Philosophum hunc disputationem illam ita concludere: ὅτι μὲν ὖν ὐχ' οἷος τε κινεῖσθαι τὴν ψυχὴν φανερὸν ἐκ τέτων· εἰ δ' ὅλως μὴ κινεῖται, δῆλον ὡς ὐδ' ὑφ' ἑαυτῆς: *non posse igitur Animam moveri perspicuum ex his* est; *quod si omnino non movetur*, *patet eam nec a se ipsa* moveri. Ergo Aristotelis sententia fuit, quod Anima motus omnis expers esse deberet, qui vel ab extrinseco principio, vel ab Anima ipsa oriretur; ideoque κινήσεως προηγυμένης nomine motus omnis intelligitur, qui ex ipsa Animae indole, sive natura oriatur, ut ab illo locali motu distinguatur, qui fortuito solum, & per accidens, hoc est ratione corporis, in illa producitur, ut proinde corpore ex uno in locum alium translato, ipsa quoque transferri videatur.

CAP. IX. *Pag.* 106.

E'Μπεδοκλῆς, Η'ρακλείδης παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι: Empedocles, *Heraclides particulares sensus iuxta pororum symmetrias*, aut congruentias *peragi* existimarunt.

Si sola Plutarchi verba consideres, ibi non aliud, quam rationem invenias, qua Empedocles, & Heraclides etiam externorum corporum perceptiones a peculiaribus sensibus peragi existimarunt; nihilque tamen de proposito argumento; utrum nempe sensationes illae vel verae, vel falsae esse debeant. Hinc suspicari fortasse quis possit periodum illam, aut horum Philosophorum placita ad XI. Caput proxime sequens spectare, ubi Plutarchus inquirit *quomodo fiat sensus &c.* Sed nihil hic tamen temere perturbaverim. Etenim Plutarchus, ubi modum exponit, quo sensibilia corpora a sensu percipiuntur, aperteque docet quod peculiaris obiecti imago, ac effluvium, illud nempe, quod ex peculiari obiecto ad sensum defertur, non alteri, quam peculiari, sibique congruo, & respondenti sensorio coniungitur, tacite perspicueque simul ostendit sensationes ipsas semper veras esse oportere; ut proinde Empedoclis, & Heraclidis opinio hoc sensu exposita ad praesens Caput spectare commode possit.

CAP.

CAP. X. *Pag.* 106.

ΔΗμόκριτος πλείυς εἶναι αἰσθήσεις περὶ τὰ ἄλογα ζῶα, ϗ περὶ τὺς Θεὺς, ϗ σοφὺς: *Democritus plures esse sensus* existimat *in animalibus rationis expertibus, in Diis, ac sapientibus.*

Quum Plutarchus a Stoicis *quinque* solum sensus admissos esse dixisset, iisque ab Aristotele *sextum* quemdam sensum adiectum esse, ubi a Democrito *plures* in animantibus, in Diis, ac sapientibus hominibus sensus agnosci nunc subdit, non aliud innuere profecto videtur, quam quod Democritus hac in parte a ceteris dissidebat; ut quum illi *quinque* solum sensus agnoscerent, ipse *plures* admiserit, hoc est sensuum numerum *quinario* maiorem agnoverit. Ac certe quidem Hippocrates (1) etiam Democrito coaevus quinque sensibus illis antea receptis *vocem* etiam, ac *respirationem* veluti peculiares, distinctosque sensus adiecit. Plato (2) innumeros fere sensus pro varia sensibilium corporum, aut qualitatum indole admisit; ut calor, voluptas, dolor, cupiditas, fames, sitis, pluresque id genus affectiones aliae non tactu, ut vulgo censeri consuevit, sed peculiari potius, suoque sensu perciperentur. Itaque eadem propemodum ratione dixisse videtur Democritus in Diis, sapientibus viris, atque in brutis etiam animantibus non *quinque* solum, sed longe *plures* sensus reperiri. At si Democriti opinio hoc uno sensu intelligi deberet, ut a Gassendo (3) factum conspicimus, quid ille *sapientes* solum homines memorasset? perinde quasi idem ille sensuum numerus, quicumque sit, in insipientibus etiam, ac ineruditis hominibus admitti non possit; plures in brutis, quam in indoctis hominibus sensus existant; ineruditi sensu quodam carere possint, qui tamen in brutis ipsis habeatur. Si quid coniicere hic liceat, obscurior haec Democriti opinio ex alia ipsius sententia intelligi, exponique debet, qua sensus omnes ad Tactum revocandos esse putaverat. Itaque primum Galeni lectionem Plutarchianae praeferendam esse putaverim. Siquidem in illo perspicue legitur: ἢ περὶ τὺς Θεὺς *quam in Diis*, sicuti opportune iam observavi. Neque tamen exinde fieri quis opinetur bruta ipsa Diis, doctisque Viris excellere, quod plures in brutis sensus, quam in Diis, atque hominibus reperiantur. Siquidem sensuum varietas, iuxta Democriti hypothesim, non aliunde, quam ex debiliori animae potentia, oriebatur; ut quo nempe debilior, ac languidior illa sit, eo

(1) Lib. de Diaet. (2) In Theaet (3) Sect. III. Lib. VI. c. 1. (4) Aristot. de Sensu c. 4.

eo pluribus sensibus iuvari, perficique debeat; variisque obiectis percipiendis, variis etiam organis, sensibusque indigeat, eademque obiecta veluti diversa concipiat. At mens illa, vel anima, quae fortior, vividior, magisque exercitata sit, ut in Diis, peritisque viris contingit, uno eodemque sensu obiecta plura ac varia percipere possit. Ita doloris, caloris, voluptatis, saporis perceptio in brutis vario distinctoque sensu peragitur; quod illa nempe veluti distincta obiecta percipiantur; at Dii, peritique Viri singulas affectiones istas uno eodemque Tactus sensu percipiunt: quod ex Democriti mente sensus omnes nihil sint aliud, quam variae Tactus species, adeoque in brutis quidem Tactus a Gustu distinguatur; in Diis tamen, ac Philosophis haec omnia unius eiusdemque *Tactus* nomine comprehendantur.

CAP. XIII. *Pag.* 110.

E"Τεροι κατά τινων ἀκτίνων εἴσκρισιν μετὰ τὴν πρὸ τὸ ὑποκείμενον ἔνςασιν πάλιν ὑποςρεφυσῶν πρὸς τὴν ὄψιν: Alii vero videre nos arbitrantur *propter quorumdam radiorum concursum, qui postquam* ex oculis *ad subiectum* resistens corpus pervenerint, *exinde ad visum iterum convertantur.*

Quamvis eiusmodi Philosophorum nomen Plutarchus omiserit, optime tamen coniecit Gassendus [1] Pythagoricos hic indicari, quum in explicandis imaginibus illis, quae in speculi superficie conspiciuntur, Pythagorici existimaverint quidpiam ab oculis nostris emitti, quod in laevem politamque speculi superficiem incidens ad oculum revertatur, ut Plutarchus ipse sequenti Capite memoravit. Ita prorsus Empedocles radios, lucemque quamdam ex oculis erumpere putavit, quae ad obiecta corpora deferretur, ipsorumque sensum, aut visionem in nobis efficeret; quamvis idola quoque aut imagines ex obiectis prodeuntes admiserit. Insignem Aristotelis [2] locum subiicere hic liber, quo Empedoclis sententia, simulque Plutarchi textus mire illustratur: *E'μπεδοκλῆς δὲ ἔοικε νομίζοντι, ὅτὲ μὲν ἐξίοντος τῦ φωτὸς, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, βλέπειν· λέγει γῦν ὅυτω;*

Ω'ς δ' ὅτε τὶς πρόοδον νοέων ὠπλίσσατο λύχνον,
Χειμερίην διὰ νύκτα πυρὸς σέλας αἰθομένοιο,
Α"ψας παντοίων ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμυργὺς

§§§§§§ Cἷτ'

(1) Sect. II. Lib. VII. c. 5. (2) Lib. de Sensu c. 2.

Οἵτ' ἀνέμων μὲν πνεῦμα διασκιδνᾶσιν ἀέντων·
Φῶς δ' ἔξω διαθρώσκον, ὅσον ταναώτερον ἦεν,
Λάμπεσκεν κατὰ βηλὸν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν·
Ὥς δὲ τότ' ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον ὠγύγιον πῦρ,
Λεπτῇσιν ὀθόνῃσιν ἐχεύατο κύκλοπα κούρην·
Αἳ δ' ὕδατος μὲν βένθος ἀπέστεγον ἀμφινάοντος·
Πῦρ δ' ἔξω διαθρώσκον, ὅσον ταναώτερον ἦεν.

ὁτὲ μὲν οὖν οὕτως ὁρᾶν φησιν· ὁ τὲ δὲ ταῖς ἀποῤῥοίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων: *Empedocles autem interdum existimare videtur, egrediente lumine, id quod prius diximus, nos cernere: inquit enim ad hunc modum:*

Vt quum quis meditatus iter noctem per opacam,
Assolet ardentem faculam, lychnumve parare,
Addens laternam, quae flatus arceat omnes:
Dissipat ista quidem flantis spiramina venti:
At lux egrediens quantum se fundere possit,
Collustratque viam radiis, vincitque tenebras:
Sic tunicis clausus validis, subtilibus, amplis,
Ignis nativus pupillarem impetit orbem,
Hae magnam laticis vim, qui circumfluit, arcent,
Dissilit ille foras quantum se fundere possit.

Interdum, inquam, nos hoc pacto cernere asserit: interdum defluxibus & exuviis a re conspecta missis. Iraque quum utramque Empedoclis sententiam Plutarchus, Aristotelis instar, expresserit, hoc est & idola & radios memoraverit, facile suspicor in Plutarchi textu Empedoclis opinionem repente post vocem συμβαίνειν subiiciendam esse; sic enim optime post *idola* Democrito, ac Epicuro tributa concinne subderetur Empedoclem *idolis* istis radios adiunxisse. Eadem plane Platonis (1) etiam sententia fuisse videtur, qui non modo lucem a corporibus emissam agnovit; sed corpuscula quoque ἐμπίπτοντα ἐς τὴν ὄψιν *in visum incurrentia* admisit; quemadmodum colorem φλόγα ἀποῤῥέουσαν *flammam defluentem* vocavit.

CAP. XV. *Pag.* 112.

ΧΡύσιππος κατὰ τὴν συνέντασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος ὁρᾶν ἡμᾶς: *Chrysippus* ait *intueri nos propter interpositi aëris intentionem.*

Obscurior hic Plutarchi locus facile ex Laërtio (2) illustrari pot-

(1) In Timaeo. (2) Lib. VII seg. 157.

potest. Etenim ille varias Stoicorum sententias exponens ait: *ὁρᾷν δὲ τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως, καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς ἐντεινομένου κωνοειδῶς, καθά φησι Χρύσιππος ἐν δευτέρῳ τῶν Φυσικῶν, καὶ Ἀπολλόδωρος. γίνεσθαι μέν τοι τὸ κωνοειδὲς τοῦ ἀέρος πρὸς τῇ ὄψει, τὴν δὲ βάσιν πρὸς τῷ ὁρωμένῳ· ὡς διὰ βακτηρίας οὖν τοῦ ταθέντος ἀέρος τὸ βλεπόμενον ἀναγγέλλεσθαι.* *Videre autem quum id, quod inter visum subiectumque lumen est, in coni intenditur speciem, ut Chrysippus in secundo Naturalium ait, & Apollodorus. Aëris quidem illam partem, quae coni speciem habet, prope visum esse: basin vero prope id, quod cernitur, fieri: velut per virgam extento aëre, quod videtur, manifestum fieri.* Ita propemodum Gellius [1] *Stoici caussas esse videndi dicunt radiorum ex oculis in ea, quae videri queant, emissionem, aërisque simul intentionem.* Itaque Stoicorum sententia fuit radios ab oculo ita circumquaque diffundi, ut in obiectum corpus impingerent, lucidusque fere conus formaretur, cuius basis in obiecto ipso corpore existeret, apex autem aut cuspis in oculo, quod deinde ab Opticis omnibus paullo uberius, & accuratius usurpatum fuit.

CAP. XIX. *Pag.* 114.

Πλάτων τὴν φωνὴν ὁρίζεται πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἠγμένον *Plato Vocem definit*, aut esse dicit, *spiritum ab animo per os eductum.*


Ita Platonis opinio a Plutarcho nobis exponitur, ut vocis origo, simulque ipsius perceptio ostendatur; ratio nimirum, qua Vox ab homine producatur, simulque ratio, qua Vox ab homine percipiatur. Itaque, sicuti Vocis perceptio sine animo fieri, nobisque inesse non potest, ita quoque in Platonis sententia Vox ab homine proferri non poterit, nisi ab animo oriatur; quidam nempe motus, affectus, perceptio in animo praecesserit. Quae quidem opinio, quamvis accurate vera non sit, plerisque tamen Veteribus ita communis fuerat, ut duplicem *λόγον sermonem* distinguerent, quorum alter mente conceptus internusque foret, alter vero externus, atque ore prolatus, externumque sine interno haberi non posse putarent [2]. Sic Aristoteles [3] etiam Vocem fieri existimavit *πληγῇ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος μετὰ φαντασίας τινός: ictu aëris exspirati cum aliqua imaginatione:* quod nimirum Vox ipsa, si articulata fuerit, exprimendis solum animi affectionibus, ac imaginibus usurpetur.

(1) Lib. V. c. 16. (2) Vid. Empir. Hyp. Lib. I. c. 14 seg. 65. & II. Adver. Logic. (3) De Anima Lib. II. c. 8.

DISSERTATIO II.

IN QUA

Plurima veterum Philoſophorum Placita a Plutarcho memorata cum recentiorum Placitis conferuntur.



NVllibi fortaſſe clarius aut humanae mentis acumen, aut irrequieta quaedam, & inſatiabilis veri videndi cupiditas, aut incredibilis naturae obſcuritas apparet, quam ubi plurimae Philoſophorum ſententiae ex Philoſophicae Hiſtoriae Scriptoribus proferantur, adeoque mira ipſarum varietas obſervetur. Etenim, licet ipſorum aliquos novitatis amor, partium ſtudium, diffidendi cupiditas impulerit, ut opiniones aliquas ceteris probatas refellerent, novaſque procuderent; plerumque tamen antiquioribus praeſertim Philoſophis illud unum in votis, atque in amoribus fuiſſe conſueverat, ut veritatem, quam ceteris occultam, atque hactenus incompertam eſſe putaverant, acriori quodam feliciorique ſtudio explorarent. Quod ſi fortaſſe pluribus ex animi ſententia res minime ceſſit, adeoque plurimos vehemens ille, ac imprudens novitatis ardor in abſurdas etiam opiniones abripuit; ubique tamen humanae mentis ſubtilitas, vivida ipſius acies, inexhauſta fere cognitionis ubertas effulget: quum ſemper aliquid acute, ingenioſe, feliciterque ab illis inventum ac exploratum occurrat; nec Philoſophus ullus extiterit, qui praeclarum aliquid ceteris occultum non invenerit. Itaque, ſi plurimae ac diffidentes etiam Philoſophorum omnium opiniones accuratiſſime conferantur, non modo humani ingenii ſolertia, ac felicitas deprehendi facile poterit; ſed etiam purior ille ac nobilior veritatis ſplendor, cuius amore incendimur, ſententiis illis invicem collatis, facilius affulgebit. Accedit etiam quod maxima exinde voluptas oriri ſolet, ubi nativam fere Phyſices hiſtoriam oculis ſubiectam intuemur, veterumque Philoſophorum placita cum recentiorum ſententiis comparantes nitide perſpicimus quibus ex principiis verior & accurata phyſicarum rerum cognitio profluxerit; qua temporum ſerie paullatim adole-

ve-

verit, quibus praesidiis, ac studiis perfectam demum uberemque lucem acceperit. Quemadmodum ergo Regnorum, aut Vrbium origines, incrementa, vicissitudines, variamque fortunam Historiae face nobis ostensam alacriter iucundeque conspicimus, ita certe eodem ipso voluptatis sensu variam Physices fortunam intueri debemus; quumque ex inanibus absurdisque opinionibus, quibus plerique Veterum imbuti fuerant, nos ereptos, densamque caliginem, qua rerum natura circumsepta fuerat, disiectam conspicimus, eximiam hanc faustitatem nobis gratulamur. Haec, aliaque id genus plurima, quae ex Pilosophica historia manare solent, facile Empirici, Plutarchi, Laërtii, Ciceronis, Gassendi, Lipsii, Vossii, aliorumque testimonio, & exemplo vividius adhuc exponi possent: quum ipsorum singuli plurimas Veterum opiniones ita collegerint, ut quidquid de quaque re ab antiquis etiam proditum fuerat, ingenue accurateque nobis expresserint. Ego vero nobilius aliud emolumentum, atque, ni fallor, honestius ex eiusmodi Veterum placitis ingenue expositis inferri posse putaverim; Veteres nimirum, quos aliquando liberius, atque audacius traducere, despicere, atque irridere consuevimus, in inquirendae veritatis studio, ac exploranda rerum physicarum natura, solertes adeo, sapientes, ac felices interdum fuisse, ut aliquando veritatem ipsam, verasque effectuum quorumdam caussas invenerint; adeoque in pluribus ita recentioribus ipsi praeluxerint, ut plurimae ex opinionibus illis, quae nostra demum aetate inventae censeri solent, a Veteribus etiam traditae, iisdemque fere rationibus expositae, probatae, ac illustratae fuerint. Non is profecto ego sum, qui rudia veterum Philosophorum placita cum accuratissimis recentiorum studiis conferri posse existimem: quippe qui noverim universa fere, quae Veteribus affulsere, a nuperrimis Physicorum placitis longissime superari. Illud unum ingenue honesteque fatendum assero veteribus etiam Philosophis ingenii acumen, optimamque veritatis inquirendae methodum affulsisse; veritatem ipsam variis in locis subtiliter ab illis inventam esse; ut si proinde contentionis ardor illos ab optima studiorum ratione minime revocasset, praesertim vero, si iis praesidiis uti potuissent, quae superiori saeculo reperta fuerunt, facile Physica ita ab iis coli, perfici, ac illustrari potuisset, adeoque aut nulla, aut minor certe gloriae pars recentioribus relicta videretur. Id ego facile ex iis solum veterum Philosophorum Placitis ostendi posse putavi, quae a Plutarcho nostro memorantur; ut proinde haec etiam

etiam utilitas ex aureolo Plutarchi Opere deducatur, quod in illo Veterum praestantia perspicue deprehendatur, animusque noster ingenuo honestoque sensu petcelli debeat, ubi primos duces illos inspexerit, qui in explicanda rerum natura ceteris pone sequentibus facem praetulerunt.

LIBRO I.

QVandoquidem vero plurimas Veterum sententias, quae a Recentioribus excitatae, vel instauratae sunt, eodem ordine recensendas suscepi, quo a Plutarcho in hoc Opere memorantur, principe fere loco nobis occurreret Leucippi, Democriti, & Epicuri opinio, qui omnia ex Atomis pondere, magnitudine, ac figura praeditis oriri putarunt (1): quod facile de Pythagoricis etiam intelligi profecto posset, qui vel *minima*, vel *ramenta*, vel *indivisibilia*, vel *unitates*, hoc est *Atomos* ipsas, sed alio tamen nomine designatas, veluti communia rerum omnium principia admisere (2). Sed nullus est sane, qui sententiam hanc superiori saeculo feliciter accurateque a Gassendo ita instauratam esse non videat; ut, si plurimos veteris, ac Peripateticae doctrinae sectatores, nonnullos etiam, quibus Cartesii Placita arrisere, exceperis, omnes fere, qui aliqua ingenii gloria Physicam excoluerunt, *Atomistae* merito vocarentur. Eiusmodi vero principiorum, ac sententiarum consensio in caussa fuit, ut pleraque Epicuri Placita, quae in singulis fere Libris a Plutarcho memorantur, a Gassendo quoque, ceterisque Atomistis recepta fuerint; quamvis Gassendus ipse aliquando ab Epicuro dissideat, ubi praesertim ille vel divino fidei lumini, vel perspicuis rationibus, vel accuratis observationibus repugnat. Itaque consensum hunc omnino dissimulans id potius observaverim a Recentioribus omnibus ita gravitatem corporibus inditam putari, ut nullum omnino corpus *positive leve*, hoc est gravitatis expers, admitti debeat. Verum id antea quoque non Epicuro (3) solum, sed Stoicis (4) etiam affulserat, qui ignem ipsum gravitatis vi praeditum agnovere: quemadmodum Strato (5) apud Stobaeum non modo gravitatem hanc corporibus omnibus communem esse oportere dixit, sed ignis, aërisque motum eadem fere lege, qua Recentiores, explicavit: Στράτων μὲν προσεῖναι τοῖς σώμασι φυσικὸν βάρος· τὰ δὲ

(1) Plutar. Lib. I. c. 3. (2) Cap. 13. (3) Plutar. Lib. I c. 3. & 12. (4) Stobae pag. 42. (5) Pag. 33

δὲ κουφότερα τοῖς βαρυτέροις ἐπικολάζειν, οἷον ἐκπυρηνιζόμενα *Strato corporibus naturalem quidem putabat inesse gravitatem, leviora autem gravioribus tanquam expressa innatare*. Quid vero si celebres illas *Attractionis* leges, quae tanto nunc in pretio, Keplero, ac Neutono ducibus, haberi iam solent, a Veteribus etiam adumbratas, atque obscurius expressas adiecero? Certe Plutarchus [1] ubi gravitatis eius originem explicandam suscepit, qua singula terrestria corpora ad Tellurem descendunt, illam ex mutua cognatione, vel attractione oriri subindicat. *Καί τοι γε εἰ πᾶν σῶμα ἐμβριθὲς εἰς τὸ αὐτὸ συννεύει, καὶ πρὸς τὸ αὐτοῦ μέσον ἀντερείδει πᾶσι τοῖς μορίοις, οὐχ ὡς μέσον οὖσα τοῦ παντὸς ἡ γῆ μᾶλλον, ἢ ὡς ὅλον, οἰκειώσεται μέρη αὐτῆς ὄντα τὰ βάρη, καὶ τεκμήριον . . . . . ἔσται τῶν ῥεπόντων, οὐ τῇ τῆς μεσότητος πρὸς τὸν κόσμον, ἀλλὰ πρὸς τὴν γῆν κοινωνίας πρὸς καὶ συμφυΐας τοῖς ἀποσπωμένοις αὐτῆς, εἶτα πάλιν καταφερομένοις. ὡς γὰρ ὁ ἥλιος εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει τὰ μέρη ἐξ ὧν συνέστηκε, καὶ ἡ γῆ τὸν λίθον ὥσπερ . . . . . . προσήκοντα δέχεται, καὶ φέρει πρὸς ἐκεῖνον* *At enim, si omne corpus grave eodem fertur, & ad centrum suum omnibus partibus vergit: Terra non ut centrum Universi potius, quam totum, sibi omnia gravia, ut suas partes, vindicabit. Argumentum est . . . . . . erit vergentium, quibus non medium Mundi est caussa suorum momentorum, sed cognatio cum Terra, a qua vi repulsa, rursum ad eam se conferunt. Sicut enim Sol omnes partes, ex quibus constat, ad se convertit: & lapidem Terra, ut sibi convenientem accipit . . . . . & fert ad eum*. Itaque Plutarchus non obscure significat Tellurem partes omnes sibi cognatas attrahere, itidemque Solem solares, Lunam lunares; quod de ceteris etiam Sideribus existimavit, ut eiusmodi attractionis ope peculiaris illa gravitas haberetur, qua Lunae partes ad Lunam, Telluris ad Tellurem ferri deberent. At Plutarchus hoc ipso in loco quamdam etiam gravitatem aliam in Luna agnovit, qua ad Tellurem illa raperetur, nisi vi centrifuga in eadem prorsus orbita, atque distantia retineretur. Ait enim *Καὶ τοι τῇ μὲν Σελήνῃ βοήθεια πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν ἡ κίνησις αὐτή, καὶ τὸ ῥοιζῶδες τῆς περιαγωγῆς, ὥσπερ ὅσα ταῖς σφενδόναις ἐντεθέντα τῆς καταφορᾶς κώλυσιν ἴσχει τὴν κύκλῳ περιδίνησιν* *atqui Lunae auxilio est ne cadat motus, & eius impetus: quomodo quae fundis imposita in orbem rotata delabi non sinuntur*. Quis hic aperte non videat centripetam, simulque centrifugam vim Lunae concessam esse, quarum prima ad Tellurem Luna propendeat, altera vero in orbita sua retineatur? Idque de ceteris etiam caelestibus corporibus opti-

(1) De Facie in orbe Lunae.

optime intelligetur, quae centrifuga vi a centro recederent, nisi centripeta vi, vel universalis gravitatis impetu, in orbita retineri, vel ad centrum urgeri dicerentur. Illud etiam hic observatione dignissimum quod Plutarchus plures esse Mundos existimans ipsorum singulis suum, ac peculiare centrum adscribit (1); quemadmodum prorsus a Metrodoro, ceterisque, qui Plutarcho teste (2) plures Mundos admisere, eadem centrorum, ac Vorticum varietas admitti debuit. Certe Leucippus, Democritus, & Epicurus ita volitantibus, celerique vertigine incitatis Atomis motum concessere, ut illas *δίνην ἀπεργάζεσθαι Vorticem efficere* dixerint (3); sive, ut Eusebius (4) opinionem illam expressit, *συστροφὴν ποιῆσαι convolutionem efficere*; ut proinde hac in parte Veteres illi Cartesio praeluxisse merito existimentur.

L I B. II.

At neque sola centrorum, aut Vorticum varietas, quae tantopere in Cartesiano Systemate commendatur, ex Metrodoro, aliisque Veteribus hausta videri poterit; sed ipsa quoque Mundi infinitas, quum Democritus etiam, Epicurus, ac Metrodorus infinitos Mundos ex infinitae materiae motu, texturaque genitos agnoverint (5): quod quaedam nimirum materiae partes circa punctum aliquod veluti centrum circulari motu agitatae Mundum unum, partes aliae circa alia centra rotatae Mundos alios formaverint, ut ex Epicuro docet Plutarchus (6). Ejusmodi vero Vorticum, aut Mundorum centra non aliud esse, quam Sidera, quae *fixa* a nobis, vel *inerrantia* vocantur, ante Cartesium Heraclides, Pythagorici, & Orphei sectatores dixerunt (7). Ita nimirum illorum sententiam intelligendam esse jam docui, ut fixa Sidera totidem Soles essent; ac quemadmodum circa Vorticis, Mundique nostri Solem, veluti centrum, Planetae, Tellus, atque alia mundana corpora torqueri dicuntur, ita quoque circa Siderum quodlibet Vortex alius, aut Mundus reperiatur, qui suos & ipse Planetas, suamque Tellurem, & incolas obtineret. Hinc a Veteribus illis eadem prorsus de Solis, natura tradita fuisse conspicimus, quae nunc a Physicis omnibus asseruntur; quod illa nempe ex fluido, igneoque corpore componatur; quum certe Empedocles Sidera singula ex igne constare di-

(1) De Oracu'. defectu. (2) Lib. I. c. 5. & II. c. 1. (3) Laër Lib. IX seg. 31. (4) Lib. I c. 8. (5) Lib. II. c. 1. (6) Lib. I. c. 4 (7) L b. II. c. 13.

dixerit [1]; Plato, Anaximander, Xenophanes, Stoici, aliique [2] Solem igneum esse putaverint; quamvis alibi [3], fortasse accuratius, siderum substantiae nonnullas etiam aliorum elementorum partes permixtas adiecerit Plato, quod explicandis Solaribus maculis mirifice conferre potest, ut Gassendus, aliique observarunt. Itaque, si Maignanus [4] Solem *igneo mari* comparavit, ac Simon Marius, Le-Grandius metallo in fornace ferventi, ebullientique similem esse dixerunt, iam Stoici ipsis praeluxerant, qui Solem esse purissimum ignem dixere [5]; quemadmodum Solem accensae, ignitae, ardentique nubi Xenophanes comparavit [6].

Quod si in explicanda Solis, Siderumque substantia Veteres ipsi Recentioribus praeluxere, multo certe maior affinitas, atque consensus conspicitur ubi de Lunae substantia, phasibus, maculis, & apparente facie disseratur. Lunae superficiem asperam, & inaequalem esse, varios in illa montes, adeoque valles reperiri omnium primus telescopii nuper inventi praesidio demonstravit Galilaeus [7], eorumque montium altitudinem metiri etiam voluit. At iampridem Xenophanes Cicerone teste [8] iam dixerat *habitari in Luna, eamque esse Terram multarum Vrbium*; quemadmodum Pythagoricis [9] etiam arriserat Lunam, Telluris instar, incolis ornatam esse; ut quidquid proinde ab Hugenio [10], & Fontenellio [11] subtiliter eleganterque de Lunae habitatione superiori seculo, nostraque aetate proditum fuit, id a Pythagoricis etiam, Anaxagora, Democrito, atque Xenophane iam expressum videatur. Quod autem ad Lunares valles, montesque pertinet, nitide diserteque dixerat Anaxagoras, & Democritus montes in illa, valles, ac planicies reperiri [12]. Ita pulcherrima, atque accurata Galilaei observatione nobis innotuit maculas quasdam, quae in Lunae facie nobis apparent, nihil aliud esse, quam umbras, quae ab elatioribus Lunae partibus, hoc est a montibus ipsis, in partes Soli oppositas proiiciuntur; ut illae proinde in plenilunio, quum Lunae montes superne a Sole illustrantur, nullasque adeo umbras proiiciunt, inconspicuae fiant. Sed hoc ipsum Democritus etiam sola ratiocinationis ope collegerat [13]: Δημόκριτος ἀποσκίασμά τι τῶν ὑψηλῶν ἐν αὐτῇ μερῶν· ἄγκη γὰρ αὐτὴν ἔχειν, καὶ νάπας: *Democritus umbram subliniorum eius partium, quandoquidem montes, & valles habet*. Ita perennes alias

§§§§§§§ Lu-

(1) Plut. Lib. II. c. 13. (2) Pl. Lib. II. c 20. (3) Pl Lib II c. 13 (4) Vid. Schein lo Rosa Vrsina I. c 4. (5) Laërt. VII. seg. 144. Cic. in Somn. Scip (6) Plut. Lib. II c. 20 (7) Dial. de Mund. System (8) Acad IV. c 39. (9) Plut. II. c. 30. (10) In Cosmotheor. (11) Dial. de pluralit. Mund. (12) Plut. Lib. II. c. 25. & Laërt. II. seg. 8. (13) Stobaeus pag 60.

Lunae maculas, quae ſemper in ipſius orbe apparent, ex inaequali ipſius ſubſtantia repetendas eſſe Recentiores omnes oſtendunt; idque tamen antea non Stoici ſolum, ſed Pythagoras etiam docuerat [1]. Quod ſi Hevelio, aliiſque arriſit obſcuriores Lunae partes aut maris, aut fluminis aquis comparari; id a Veteribus quoque excogitatum eſſe conſpicimus [2]. Verum, ut a Siderum, Planetarumque ſubſtantia ad ipſorum ordinem, ſitum, Mundique Syſtema digrediar, ſententiam illam, quae Solem in Vniverſi centro collocat, adeoque Tellurem in obliquo circulo circa Solem torqueri exiſtimat interim dum illa diurno motu circa ſeipſam, vel ſuum axem convertitur, ab Ariſtarcho, Seleuco, omnibuſque fere Pythagoricis propugnatam eſſe iam vidimus [3]; ut proinde Cuſano, Copernico, Galilaeo, aliiſque Recentioribus, qui hypotheſim hanc amplexantur, ea quidem gloria concedi merito debeat quod opinionem hanc clarioribus argumentis, noviſque obſervationibus, & accuratiſſimis experimentis illuſtraverint; ſed eius tamen inventi gloria Veteribus adſcribi debet. Atque ego quidem nihil illuſtrius in tanta praeſertim obſcuritate, qua phyſicarum rerum cognitio iis temporibus circumſepta fuerat, excogitari potuiſſe exiſtimo, quam ut liberiori quadam, ac audaci coniectura homines Telluris globo inſiſtentes, ſiderumque motus contemplati illos ex ſolo Telluris eiuſdem motu repetendos putaverint; Terraeque molem, quae vulgo iners, atque graviſſima videri poterat, ſideris inſtar in gyrum converti pronunciaverint. Quod ſi in definiendo Planetarum ordine, atque diſtantia plerique Veteres aberrarunt, nonnulli tamen ipſorum periodos accurate definierunt; adeoque ſubtiliter tempus oſtenderunt, quo Planetarum quilibet ab occaſu in ortum converſus orbitam ſuam peragit, annumque ſuum abſolvit, ut Plutarchus ipſe demonſtrat [4].

Ita propemodum elegans illa, ac ingenioſa proportio, quam in Planetarum motibus, ſive *primarii* ſive *ſecundarii* illi ſint, obſervavit Keplerus, quod nimirum quadrata temporum periodicorum diſtantiarum cubis reſpondeant, Veteribus incomperta fuit, qui veram accuratamque Siderum diſtantiam ignorarunt; ſed aliquam tamen proportionem in eiuſmodi diſtantiis, atque temporibus reperiri nonnulli Veteres exiſtimarunt. Etenim, ut Plutarchus [5] ipſe nos docet, Καί τοι τινὲς μὲν ἐν τοῖς τάχεσι τῶν πλανωμένων σφαιρῶν, τινὲς δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ἀποστήμασιν; ἔνιοι δὲ ἐν τοῖς μεγέθεσι τῶν ἀστέρων, οἱ δὲ ἄγαν ἀκριβοῦν δοκοῦντες, ἐν

(1) Plut. Lib. II. c. 30. (2) Vid. Plut. de facie in ore Lunae. (3) Plutarch. Lib. II. c. 24. & III. c. 13. & 17. (4) Lib. II. c. 32. (5) De Animae Procreat.

ἐν ταῖς τῶν ἐπικύκλων διαμέτροις ζητοῦσι τὰς εἰρημένας ἀναλογίας *Nonnulli in celeritatibus globorum, alii in intervallis potius, quidam in magnitudinibus Stellarum, alii, subtilissimam sibi rationem sequuti qui videntur, in epicyclorum diametris proportiones istas quaerunt*; quemadmodum inferius proportionem a Pythagoricis usurpatam exponit, sed ipsam tamen phaenomenis repugnantem esse demonstrat.

Ita pulcherrimum recentis Astronomiae inventum haberi facile poterit quod Sol, Planetae, Sidera quaelibet certa quadam celeritate, ac periodo circa axem centrumque suum revolvantur: quod in Sole quidem, Venere, aliisque pluribus ex macularum periodo nuperrime observata deprehensum fuit. At haec ipsa vertigo, perennisque motus, quo circa seipsa torquentur, ab Heraclide quidem, & Ecphanto in Tellure solum [1], a Platonicis vero in Sideribus etiam, ac Planetis omnibus, licet obscurioribus argumentis, admissa fuerat. Illustrem Eusebii locum subiecisse nunc libet, quum illum a Scriptoribus omnibus dissimulatum esse conspexerim. Itaque Eusebius [2] ex Attico Platonico ita Platonis sententiam expressit: Ἔτι ὁ μὲν πρὸς τῇ κοινῇ κινήσει τῶν ἄστρων, καθ᾽ ἣν ἐν ταῖς σφαίραις ἐνδεδεμένοι κινοῦνται πάντες οἱ ἀστέρες, εἴτε ἀπλανεῖς, καὶ οἱ πλανώμενοι, καὶ ἑτέραν αὐτοῖς κίνησιν ἀποδίδωσιν, ἣν δὴ καὶ ἄλλως καλλίστην εἶναι συμβέβηκε, καὶ προσήκουσαν αὐτῶν τῇ φύσει τοῦ σώματος. σφαιρικοὶ γὰρ ὄντες, εἰκότως σφαιρικὴν ἄν τινα κίνησιν ἕκαστος κινοῖτο περιδινούμενος *Praeterea ad communem illum motum, quo suis in orbibus illigata sidera moveantur, tam fixa, quam errantia, suum quibusque Plato, ac proprium alterum adiungit: qui etiam uti & praestantissimus idem sit, & cum illorum corporum natura coniunctissimus. Globosa enim illa quum sint, iure volubili quodam, & in orbem incitato motu singula moveantur*. Plotinus etiam mire conspirat, qui de Platone disserens ait [3]: Καὶ Πλάτων δὲ τοῖς ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν *Plato vero sideribus non solum sphaericum motum una cum Universo tribuit, sed unicuique etiam motum circa proprium centrum concedit*. Quis hic aperte non videat perennem illum, constantemque motum, quo Sidera, ac Planetae singuli circa se ipsos rotantur, ut inde tum primariorum circa Solem, tum secundariorum Planetarum, sive Satellitum circa primarios periodus oriatur, aliqua ratione Veteribus etiam affulsisse? Eiusmodi vero motum non eadem in omnibus, sed varia prorsus celeritate, ac tempore peragi deprehendisse Veteres ipsi videntur; quemadmodum certe

§§§§§§§ 2 Be-

(1) Plutar. Lib. III. c. 13. (2) Praep. Evang. Lib. XV. c. 8. (3) Ennead. II. Lib. II. c. 1.

Berosus in Lunae globo integro mensis spatio periodum, ac vertiginem hanc absolvi putavit: quippe qui dixerit Lunae phases, quae certe mensis spatio peraguntur, ex sola Lunaris corporis conversione pendere; quae, quum dimidia sui parte obscura, altera lucida sit, interim dum circa suum axem rotatur, lucidam partem illam sensim ad Terram convertat donec ad plenilunium pervenerit, iterumque partem illam sensim a Tellure avertat, atque decrescere videatur (1): οἱ δὲ νεώτεροι καὶ ἐπινήμεσιν φλογὸς κατὰ μικρὸν ἐξαπτομένης τεταγμένως, ἕως ἂν τὴν τελείαν πανσέληνον ἀποδῷ· καὶ πάλιν ἀναλόγως μειουμένης μέχρι τῆς συνόδου, καθ' ἣν τελέως σβέννυται *Recentiores secundum consumptionem ignis ordinate incensi paulatim, donec perfectum plenilunium praestet, ac deinde sensim proportione servata decrescat, usque ad coniunctionem, ubi plane extinguitur*. Nihil est autem cur in explicanda quoque eclipsium caussa, & origine Veteres Recentioribus praeluxisse nunc dicam, quum iam inde ab Olymp. 48. veram Solaris, Lunarisque defectus caussam Thales invenerit; explorataque utriusque sideris velocitate, ac periodo Solarem eclipsim certa die futuram praenunciaverit. Quinetiam Plutarcho ipso teste (2) *Aglaonice Hegetoris Thessali filia perita pleniluniorum, in quibus Luna lumine destituitur, quum praecepisset ratiocinatione quo tempore Luna in umbram illapsura foret, imposuit mulieribus, persuasitque se Lunam da Caelo detrahere*.

LIB. III.

QVemadmodum vero in plerisque caelestium corporum phaenomenis rite explicandis Veteres a Plutarcho memorati recentioribus Physicis praeluxere; ita in iis etiam, quae sublimia corpora, vel *Meteora* vocantur, exponendis admirabilem quamdam ingenii vim ostendisse videntur; ut eadem fere solius ratiocinationis ope deprehenderint, quae nuperrimis Astronomorum observationibus innotuere. Ita praeclaris Galilaei (3) inventis hoc etiam accenseri debet quod Galaxia, Lacteusve Circulus ex innumeris, exiguis, confertisque stellis oriatur; quae licet oculis inconspicuae sint, splendidam tamen sui lucem ostendunt, eamque Caeli partem albicantem efficiunt. At haec ipsa opinio iampridem a Democrito tradita fuerat (4); nec alia certe Anaxagorae sententia censeri debet, si obscurior Plutarchi locus rite exponatur; quemadmodum perspicue Ari-

sto-

(1) Plut. Lib. II. c. 29. (2) Coniug. Praec. & de Defectu Oracul. (3) Nunc. Siderc. (4) Plut. Lib. III. c. 1.

ſtotelis, aliorumque teſtimonio demonſtravi. Nihil eſt tamen, in quo Veterum ſolertiam, & acre ingenium magis ſuſpicere, ac admirari quis debeat, quam ubi ipſorum ſententiae de Cometarum ſubſtantia, origine, periodo, miriſque motibus obſerventur. Quamvis enim plurimae, ac diſſidentes etiam hypotheſes ab illis excogitatae fuerint, ut hic a Plutarcho, Seneca, aliiſque pluribus erudimur; Pythagorici tamen, ac Diogenes, Plutarcho teſte,[1] Cometas omnes non aliud eſſe putarunt, quam ſidera, quae ſtato quodam tempore, certaque periodo iam peracta Telluri proximiora, adeoque nobis conſpicua fierent; iterumque ſenſim remotiora facta evaneſcerent. Eiuſmodi vero ſententiam Graeciae Philoſophi fortaſſe a Chaldaeis inſpiciendorum ſiderum ſtudio praeſtantibus acceperant, quorum doctrinam de Cometarum natura, ac periodo ita Stobaeus[2] expreſſit: *Χαλδαίυς μὲν δὴ λόγος περὶ κομητῶν ὧδε γιγνώσκειν· ὅτι εἰσί τινες ϗ ἄλλοι ἔξω τῶν φαινομένων πλανητῶν ἀςέρες, οἱ τέως μὲν ἀφανεῖς εἰσὶν, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἄνω πυ ἀφ' ἡμῶν φέρονται, ἤδη δὲ ϗ ταπεινωθέντες ὤφθησαν, ὕτως ξυνενεγκόντες εἰς τὰ ὅλα· ϗ τύτυς κομήτας καλεῖν φίλοι τοῖς ὐ γινώσκυσιν, ὅτι δὲ ϗ αὐτοὶ ἐκ τῶν πολλῶν ἀςέρων εἰσὶ, ἀφανίζυσαν δὲ δοκῦσιν, ἐπειδὰν ἀνεχθῶσιν εἰς τὴν σφῶν χώραν δῦντες εἰς τὸ βάθος τῦ αἰθέρος, ὥσπερ ἐς τὸν τῦ πελάγυς βυθὸν οἱ ἰχθῦς Chaldaei ſic de Cometis ſentiunt, alias praeterea ultra Planetas eſſe ſtellas, quae aliquandiu quidem lateant quoniam longe ſint a nobis remotae, nonnumquam autem inferius delatae appareant, ita re exigente; eaſque Cometas ab iis vocari, qui neſciunt ipſos quoque ſtellas eſſe; evaneſcere autem videri, quum in ſuam regionem, in aetheris profundum, velut in maris fundum piſces, referantur*. Opinionem hanc ceteris omnibus praeferendam eſſe Caſſinus[3] optime admonuit, qui ipſorum periodos, orbitam, zodiacum accuratiſſime definivit, facemque Neutono[4], ceteriſque Aſtronomis praetulit, ut de ipſorum traiectoria, variiſque phaenomenis leges exponerent. Itaque, ſi tanta in Veteribus naturae ſtudioſis ingenii ſubtilitas, ſententiarumque felicitas in iis conſpicitur, quae caeleſtia, adeoque ab oculis remotiora ſunt, mirari plane non poſſumus ſi in Meteoris aliis explicandis ii feliciores eſſe, adeoque ad Recentiorum gloriam propius accedere videantur. Hinc optime Xenophanes[5] ignitas trabes, traiicientes cadenteſque ſtellas ex aridis nubibus vel exhalationibus incenſis oriri dixit, adeoque repente illas extingui obſervavit; quemadmodum Dioſcuros, flammas nimi-

rum

(1) Lib. III. c. 2 & Ariſtot Meteor. Lib. I. c. 6. (2) Pag 63 Vid. Senec. Nat Quae. VII. c. 3. (3) Hiſtor. Acad. Pariſ. an. 1699 & 1702. (4) Princip. Philoſoph. Lib III. Prop.. .. (5) Plut. Lib. II. c. 2.

rum aut stellas in navigiorum fastigiis apparentes, ex incensis nubibus oriri putavit [1]: quod a Recentioribus etiam eadem prorsus ratione explicatur. In exponenda vero nubium, roris, grandinis, nivis, pluviaeque origine Veteres ipsi cum Recentioribus mire conspirant [2]; sicuti fulminis, fulguris, tonitruque origo eadem prorsus lege ab illis exponitur. Quod si Cartesius [3] aliquando tonitru non ex nubis discissione, sed ex sola nubium concussione, fieri existimavit quod nubes una in aliam decidat, perspicue tamen id a Stoicis etiam traditum fuisse erudimur, qui tonitru ex violenta nubium collisione produci dixerunt [4].

Quid vero memorem Zodiaci obliquitatem ab Anaximandro [5], Pythagora [5], atque Oenipode deprehensam fuisse? quid varias Telluris Zonas, polos, tropicos circulos, [7] Antipodas ipsos Pythagorae, aliisque pluribus innotuisse [8]? sphaericam demum Telluris figuram a Thalete [9], ac Veterum plerisque non traditam modo, sed iisdem propemodum rationibus demonstratam, quibus a Recentioribus ostendi iam solet?

Id unum potius hic observandum existimo quod, licet maris aestus, eiusque caussa, & origo inter obscuriora Naturae arcana recenseri merito debeat, quae acriores etiam ingenii nostri vires eludunt, iam inde tamen ab Ol. 110. Pytheas Massiliensis aestus illos cum Lunae motibus occulto foedere coniunctos, adeoque facile ex Luna repetendos esse observavit [10]: quod superiori seculo novis, atque accuratissimis observationibus confirmatum accepimus. Quod si Galilaeus reciprocos illos maris motus ex Telluris motu repetendos esse putavit [11], id Seleucus ipse iam viderat [12]; qui, quum Telluris, & Lunae globos oppositis motibus torqueri, adeoque aërem ipsis interpositum premi, ac urgeri diceret, ut ex eiusmodi pressione maris aquae protruderentur, elegantem illam hypothesim adumbrasse merito existimatur, quam deinde Cartesius [13] arripuit, ut ex elliptica Lunae orbita circa Tellurem, inaequalem aëris pressionem, adeoque reciprocum maris motum exponeret. Quod si par fere obscuritas, atque perplexitas tum in reciproco maris motu, tum in Nili intumescentis, atque exundantis aestu reperiri merito videbatur, ut proinde Nilus ipse flumen *a Deo demissum*, eiusque fontes humanis oculis impervii censerentur, acris tamen inge-

nii

(1) Lib. II. c. 18. (2) Plut. Lib III. c. 3. & 4. (3) Meteor. c. 7 num. 5. (4) Plut Lib III c. 3. (5) Plut. Lib. II. c 12. & Lib. III. c. 14 & 13. (6) Lib. II. c 12. ( ) Plut. Lib. II. c 12. (8) Laërt. Lib. VIII. seq ... (9) Plut. Lib. III c. 10. (10) Plut. Lib III. c. 17. (11) Dial. de Mund. System. (12) Plut. Lib. III. c. 17. (13) Princip. Par. IV. n 49 pag. 208.

nii vis, ac veterum Physicorum solertia fontes etiam illos exploravit, veramque Nili exundantis caussam invenit. Etenim si ducentis solum ab hinc annis Nili incrementum a pluviis illis, solutisque nivibus repetendum esse demonstratum fuit [1], quae in Ethiopiae montes decidunt, eoque anni tempore, quo nobis aestas, sed Antoecis nostris hiems vigere debet, flumen ipsum impleat, id totidem fere verbis, eademque prorsus ratione Anaxagoras explicaverat [2]; quemadmodum Eudoxus hanc ipsam Nili intumescentis causam ab Aegyptiis Sacerdotibus traditam esse testatur.

L I B. IV.

Atque ista quidem de pluribus Veterum quorumdam Placitis, quae cum accuratissimis Recentiorum opinionibus, & observationibus mire conspirant. Quod si plurimas Veterum ipsorum sententias exploremus, quibus Animi nostri naturam, sedem, vires, sensuum organa, varietatem, discrimina, obiecta, sive qualitatum illarum naturam, quae *sensibiles* appellantur, simulque modum, quo qualitatum ipsarum perceptio, sive sensatio in Anima producatur, explicarunt, ipsorum plurimos hac etiam in parte aut Recentioribus praeluxisse, aut certe quidem iis consentire deprehendentur. Nihil hic ego differam de animi nostri, vel humanae mentis natura, quam incorpoream, ac immortalem esse oportere Thales, Pythagoras, Plato, aliique plurimi propugnarunt [3]; nihil de idearum, & cognitionum origine, quam ab intellectu sensuum, ac reflexionis praesidio produci Aristoteles, & Stoici existimarunt, quod intellectus ipse chartae albae similis foret, ideis omnibus careret [4], adeoque illas suis ipse viribus procuderet: quemadmodum prorsus id acutissime Lokius [5] exposuit; nihil demum quod sensationes omnes ita ex anima sola repetendas esse putaverint, ut ipsi solum percipiendi vis inesse, tribuique posset. Quod si Cartesius sensationes ipsas ita ab humana mente pendere voluit, ut brutis omnibus animam, adeoque sensus omnes ademerit, id Diogenes etiam docuerat, qui Plurarcho teste [6], bruta ipsa neque sensu, neque cognitione, neque anima donari dixerat; unde a Porphyrio [7] acriter, accurateque refellitur. Sic etiam Proclus [8] solos homines, aut animalia ratione praedita vere *animata* vocavit; ceteris autem rebus, aut brutis,

quae

(1) Vid. Gassend. Sect. III. Lib. I. c. 3. (2) Plut. Lib. IV. c. 1. (3) Plutar Lib IV. c. 3. & 7. (4) Lib IV. c 11. (5) Speci. De Intell. Human Lib. I. (6) Lib. V. c. 10. (7) De Abstin. Lib. III. (8) In Plato, Philos. Lib. II. c. 1.

quae *animata* vulgo censeri, vocarique solent, solum animae simulacrum, aut umbram inesse dicit; eamque prorsus opinionem a Platone traditam esse testatur. Itaque Gomesius Pereira, aut Cartesius, quibus haec opinio veluti auctoribus adscribi solet, eam ex Veteribus derivarunt; quod facile de pluribus etiam aliis Cartesii Placitis ostendi posset.

Id potius merito observandum, quod sicuti Recentiores omnes reiecta Aristotelis, sive potius Aristotelicorum, sententia, quae ex solis infantiae praeiudiciis manaverat, humanos animos non in singulas corporis partes diffundi, sed in aliqua solum cerebri parte veluti sede collocatam existimant, ita prorsus Pythagoras, Democritus, Alcmaeon, Plato mentis humanae sedem in capite collocavit [1]. Quod si Valisnerius animum ipsum non in toto capite, aut cerebro, sed in meningibus solum cerebrum ambientibus constituit, id Erasistrato quoque iampridem arriserat, qui animam in *epicranide*, sive membrana cranio, cerebroque proxima collocavit [2]. Si externorum corporum perceptio, sive sensatio, quae subinde in nobis efficitur, ex accuratissima Recentiorum omnium sententia sola nervorum ope peragitur, qui a cerebro, animique sede ad exteriores corporis partes, aut organa diriguntur, adeoque celeri, vividoque spirituum animalium motu, qui cum in externis corporis partibus percelluntur, motum tremoremque ipsum ad cerebrum deferunt; id Stoici quoque iam dixerant, quum sensus omnes ex spiritibus ab animi sede ad organa diffusis, vel extensis oriri putarunt. [3]

Exinde vero manifestissime inferri debuit quod sicuti in Recentiorum sententia sensationes ipsae, hoc est exteriorum corporum perceptiones, non in iis corporis nostri partibus, quae obiectorum appulsu percelluntur, sed in cerebro solum, animique sede perficiuntur; ita quoque Veteres hoc ipsum existimaverint: quemadmodum sane Strato sensationes omnes non in affectis locis, sed in Anima, peragi existimavit [4]. In explicanda vero ratione, qua sensibilia corpora sensus percellant, hoc est in qualitatum illarum indole describenda, quae *sensibiles* appellantur, Veteres omnes, si Peripateticos solos exceperis, cum Recentioribus ipsis mire conspirant. Quemadmodum enim hi qualitates illas, ut *odorem*, *colorem*, *saporem &c.* corporibus insitas, ac inhaerentes esse negant, sed ex sola tenuissimarum partium figura, magnitudine, ac motu repetendas

(1) Lib. IV. c. 5. & 7. (2) Plutar. ibi (3) Lib. IV. c. 21. (4) Lib. IV. c. 23.

das esse contendunt, quae ab obiectis corporibus prodeuntes ad sensuum organa deferantur, ibique pro vario fibrarum, ac pororum ordine, figura, & dispositione varium motum, vibrationemque producant; ita quoque Empedocles, & Heraclitus sensationem omnem ex incidentium corporum, sive effluviorum congruentia cum sensorii poris oriri docuerant [1]; quemadmodum Leucippus ipse, ac Democritus, cum effluvia a corporibus prodeuntia, atque ad peculiare quodlibet sensus organum delata *imaginis* nomine designaret, sensationes omnes ex eiusmodi imaginum appulsu fieri existimavit [2]. Exinde vero iam facile intelligi, ostendique poterit quod non alia prorsus a Veteribus illis *odoris*, *saporis*, *soni*, & *coloris* natura admittebatur, quam quae a Recentioribus explicatur. Ac certe quidem Alcmaeon odores ipsos nihil aliud esse putavit, quam halitus, qui ab odoris corporibus erumpentes naribus excepti ad cerebrum, animique sedem deferuntur [3]. Ita Diogenes sapores nervorum illorum ope percipi existimavit, qui in lingua reperiuntur [4]. Sonum ipsum in solo aeris tremore ita positum Veteres existimarunt, ut Diogenes quidem internum aërem cieri, Plato vero clarius interiorem aërem ipsum capiti inclusum ab exteriori commoveri, tremoremque illum ad Animam deferri dixerit, atque Empedocles aërem ipsum vibratum in chocleam allidi, auditusque sensationem in Anima producere putaverit.

Denique colores omnes ex solo corpusculorum, ac effluviorum motu, tenuissimae nimirum lucidaeque substantiae in oculos appulsu, produci plerique Veteres existimarunt; quum Pythagorici colores non aliud esse putaverint, quam corporum superficiem, hoc est non aliunde, quam ex varia corporum superficie, repetendos assererent; itidemque Stoici colores omnes ex sola materiae configuratione deducerent; Plato colores flammam quamdam a corporibus prodeuntem, lucem nempe a corporibus reflexam, censeret; Empedocles denique effluvia, quae a corporibus emissa visus, aut oculorum poris congruerent [6]; adeoque Aristotele teste [7] ille docuit neque sine gustu sapores, neque sine visu colores reperiri; quod nimirum qualitates illae non corporibus inhaerentes, sed a sola animi affectione, quae a tenuissimis effluviis excitata fuerit, oriundae forent.

Sed quid ego singulas, aut peculiares qualitates hic persequor, quum Democritus, ut nitide diserteque testatur Aristoteles [8], sen-

§§§ §§§§§ sus

(1) Lib. IV. c. 9. (2) Lib. IV. c. 8. (3) Lib. IV c. 17. (4) Lib IV. c. 18. (5) Lib. IV. c. 17. (6) Plutar. Lib. I. c. 15. (7) De Anima Lib. III. c. 1 & 2. (8) De Sensu c. 4.

ſus omnes non aliud, quam varias *Tactus* ſpecies, eſſe putaverit? ut quemadmodum nempe qualitates illae, quae tactu percipiuntur, in ſola partium figura, magnitudine, textura conſiſtunt, quae varia ratione manus, nervorumque fibras percellunt, irritant, motumque ſpiritibus animalibus nervo incluſis imprimunt; ita quoque qualitates omnes, quae a ceteris ſenſibus percipiuntur, in hac ipſa partium textura, motu, ac impreſſione conſtitui debeant: quod certe de ſaporibus, & coloribus etiam Democritus apud Ariſtotelem ipſum aſſeruit; ubi *ſapores* ex *figuris*, colores ex ſuperficiei diſpoſitione repetendos eſſe contendit. Atque exinde certe intelligi, exponique debet Democriti placitum a Laertio [1] memoratum ποιητὰ δὲ νόμιμα εἶναι· φύσει δὲ ἄτομα, καὶ κενόν. Interpres ibi perperam reddidit *quae vero fiant, eſſe legitima, natura vero Atomos, atque Inane*. Verus Democriti ſenſus hic eſſe debet, quod in rebus omnibus, quae noſtris ſenſibus obverſantur, aut in Vniverſo reperiuntur, *Atomi* ſolum, atque *Inane* natura ipſa, phyſice, vereque exiſtunt; qualitates autem omnes *ex lege*, hoc eſt opinione, vel perceptione noſtra, oriuntur; ut proinde non in rebus ipſis, ſed in noſtris ſolum ſenſibus, perceptionibus, animoque reperiantur. Qui celebrem, ac praeſtantiſſimam hanc Democriti, omniumque Atomiſtarum ſententiam fuſius, atque accuratius expoſitam intueri deſideret, Empiricum [2], Galenum [3], Plutarchum [4], Menagium [5], Gaſſendum [6] adire poterit, qui ſingula ſubtiliter proſequuntur. Hoc unum addidiſſe nunc libet, quod a ceteris omnibus diſſimulatum eſſe conſpicio, Empedoclem nempe dixiſſe lucem aliquando a corpore lucido, nimirum a Sole, diffundi poſſe, quamvis eiuſmodi lux a nobis non percipiatur. Id Ariſtoteles [7] quidem acerbius refellit; ſed ſane immerito. Etenim iuxta Empedoclis opinionem, quae a Carteſio, ceteriſque Recentioribus admitti debet, ut lucis ſenſatio in nobis efficiatur, non modo lucis ſubſtantia, ac praeſentia requiritur; verum etiam corpus aliquod, quod lucem ad oculos noſtros regerat: alioquin, ſi lucis radii ad oculum minime pervenerint, lux quidem diffundi, ſed a nobis videri non poterit. Ita, ſi Solis radius per aliquod parietis foramen in cubiculum ingreſſus per foramen aliud in oppoſito pariete apertum recta progrediatur, lux aërem cubiculo incluſum traiiciet, neque tamên illa percipi, ſive ſentiri poterit.

LIB.

(1) Lib. IX ſeg. 45. (2) Hypoth. Lib. I c. 30. (3) De Elemen. Lib. I (4) Adver. Colotem. (5) Ad Laert. Lib. IX. ſeg. 45. (6) Sect. I. Lib. V. c. 7. (7) De Anima Lib. II. c 7.

LIB. V.

ATque hactenus quidem varia Philoſophorum Placita, quae in prioribus quatuor Plutarchi Libris expoſita ſunt, ita cum Recentiorum Placitis comparavi, ut illa inter ſeſe coniungi demonſtraverim. Id ſane de pluribus etiam Placitis aliis oſtendi poſſet, quae in V. vel poſtremo Libro memorantur. Sed comparationem hanc ego facile libenterque diſſimulo; non modo quod Veterum ſolertia, ac felicitas ſuperioribus exemplis abunde ſatis oſtendatur; verum etiam quod hac in parte, hoc eſt in animalium viribus, & affectionibus explorandis, Recentiores ipſi Veteres longiſſime ſuperaverint; ut ii proinde cum Recentioribus in hoc argumenti genere conferri vix poſſint. Illuſtria tamen quaedam exempla occurrunt, quibus in explicanda animalium origine Veteres Recentioribus praeluxiſſe merito exiſtimentur. Ita ſi Redio, aliiſque pluribus gloriae vertitur quod Plantas omnes ex ſemine, Animalia ſingula ex ovo oriri dixerint, adeoque nihil ex putreſcente ſolum materia produci poſſe docuerint, id Empedocles etiam ipſe perſpicue antea iam viderat. Ille nimirum apud Ariſtotelem, ut mox oſtendetur, perſpicue, diſerteque dixerat quod quidquid producitur, nonniſi ex ſemine produci poteſt; & quamvis ibi Ariſtoteles Empedoclem de Plantis diſſerentem inducat, dubitari profecto non poterit quin ille haec ipſa de Animalibus etiam meliori, graviorique iure cenſuerit, in quibus nobilior partium textura, ſenſuum varietas, percipiendique vis obſervatur. Longe tamen illuſtrius haec Empedoclis opinio ex Plutarcho noſtro deduci poteſt. Etenim, quum is praemiſiſſet animalium ortus ex Empedoclis opinione primum rudes, ac imperfectos fuiſſe, deinde vero ſenſim meliores, accuratioreſque evaſiſſe, concludit ultimos animalium ortus, eos nimirum, qui nunc temporis obſervantur, (1) ἐκ ἔτι ἐκ τῶν ὁμοίων, ἐκ γῆς, ϗ ὕδατος, ἀλλὰ δι ἀλλήλων γίνεσθαι *non amplius ex ſimilibus, ut ex terra, & aqua, ſed ex* animalibus *interſeſe formari*: ut proinde nullus animalium ortus ex terra, & aqua, vel putreſcente materia, haberi nunc poſſit; ſed animalia ſingula ex animalibus aliis, hoc eſt ex ipſorum ovo, vel ſemine, producantur. Atque ita certe Veteribus etiam aliis placuerat, qui piſces, inſecta, aliaque id genus animalia plurima, quae ex limo, putrique materia repente oriri putabantur, nonniſi ex

§§§§§§§§ 2 ovo

(1) Lib. V. c. 19.

ovo, adeoque ex ſimilibus animalibus aliis, produci dixere. Sic, ut e pluribus exemplis, quae elegantiſſime congeſſit Ovidius [1], unum proferatur,

> *Semina limus habet virides generantia ranas,*
> *Et generat truncas pedibus; mox apta natando*
> *Crura dat, utque eadem ſint longis ſaltibus apta.*

At Herodotus [2], qui Empedoclis aetatem doctrinamque proxime attigerat, cum ingentem piſciculorum copiam ex terra Nilo proxima prodire memoraſſet, praeclare ſapienterque dicit: *Unde autem veriſimile ſit eos gigni, hoc mihi videor cauſſae intelligere, quod ſuperiore anno, poſtquam Nilus abſceſſit, piſces, qui ova in caeno pepererant, una cum poſtremis abeunt aquis; circumacto rurſus anno, ubi aqua reſtagnavit, protinus ex his ovis gignuntur piſces.* Quemadmodum vero Animalia ſingula, quaecumque illa fuerint, ex ſemine, aut ovo oriri dixit Empedocles, ut nullum prorſus ex putreſcente materia produci poſſet; ita quoque ſingula Plantarum genera ſuis ex ſeminibus oriri putavit; ut proinde nulla ſine peculiari, diſtinctoque ſemine haberi poſſit. Hinc ille apud Ariſtotelem [3] perſpicue docet quod *τὸ γεννώμενον ὐ γεννᾶται, εἰ μὴ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ σπέρματος* *id, quod naſcitur, nonniſi ex natura ſeminis naſcitur.* Quinetiam Ariſtoteles ipſe conſtantem illam Plantarum omnium originem agnoviſſe videtur, ubi dicit [4] *Καθολικῷ δὲ λόγῳ πᾶν φυτὸν τεττάρων τινῶν δεῖται, σπέρματος διωρισμένυ, τόπυ ἁρμοδίυ, ὕδατος συμμέτρυ, κὴ ἀέρος ὁμοίυ* *in univerſum planta quaelibet quatuor quibuſdam indiget; ſemine determinato, loco conveniente, aqua moderata, aëre conſimili.* Quandoquidem vero Plantae plurimae, aut herbae iis etiam in locis oriri conſpiciuntur, in quibus nulla ſemina reperiri videntur, ſubtiliter, accurateque obſervavit Theophraſtus [5] quod Plantarum ſemina, quippequae exigua ac leviſſima ſunt, in aëre volitare, ventoque per aërem ad diſſita, & elevata loca transferri poſſunt, ut facile proinde in illis opportuno tempore Plantas producant. Itaque hac in parte Veteres ipſi Recentioribus praeluxere; longeque uberius eximiam hanc naturalis diſciplinae partem excoluiſſent, niſi Arabum commentis ab inquirendis Plantarum viribus, & affectionibus abſtracti forent.

Poſtremo, ne ſingula hic ego perſequar, in quibus Veteres ipſi

a Plu-

(1) Metam. Lib. XV. v. 375. (2) Lib. II. (3) de Plant. Lib. I. c. 2. (4) Lib. II. c. 6. (5) De Plantis Lib. III. c. 2. & de cauſis Plant. Lib. I. c. 5.

a Plutarcho memorati cum Recentioribus conſpirant, in explicanda ſomni, vigiliaeque cauſſa, & origine Recentiorum opinio nihil propemodum a Platonis, Stoicorumque ſententia differre conſpicitur; ſi tamen illa obſcurius certe a Plutarcho nobis expoſita, ſubtilius explicetur. Ait Plutarchus [1]: Πλάτων, οἱ Στωϊκοὶ τὸν μὲν ὕπνον γίνεσθαι ἀνέσει τῦ αἰσθητικῦ πνεύματος, ὐ κατὰ ἀναχαλασμὸν, καθάπερ ἐπὶ τῆς γῆς, φερομένυ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν μεσόφρυον *Plato*, & *Stoici ſomnum quidem fieri dicunt ſenſitivi ſpiritus remiſſione, non relaxatione, perinde quaſi* ſpiritus ille *inferius, vel in terram* deſcendat, *ſed illo* potius *ad principem animae partem*, hoc eſt *ſuperciliorum interſtitium, aſcendente*. Itaque Stoicorum ſententia fuerat *ſenſitivos ſpiritus*, hoc eſt, ut opportunius alibi iam demonſtravi, puriorem, ſubtilioremque ſanguinis partem, quae *ſpirituum animalium* nomine vocari iam ſolet, vigiliae tempore ab animae ſede, ſcilicet ab illa corporis parte, in qua ἡγεμονικὸν *principale*, vel princeps Animae pars, reperitur, ad externa ſenſuum organa deferri, atque in iis intenſione quadam externorum corporum perceptiones, ſenſationeſque producere. Vbi vero *ſpiritus* illi ab anima cohiberentur, ne ad externa ſenſuum organa diffluerent, ſed ad principale ipſum, principemve animae partem veluti revocarentur, tunc ſomnum in nobis produci. Hinc Zeno Stoicus apud Ciceronem [2] docuit in ſomno *animum contrahi*, Stoicique ceteri ſomnum apud Tertullianum [3] *ſenſualis vigoris reſolutionem* vocarunt. Quandoquidem vero Stoici principem Animae partem in corde, vel *cordis ſpiritu* collocarunt, ut Plutarchus [4] iam dixerat, perſpicue apparet quod *ſenſualis* ille, vel *ſenſitivus* ſpiritus a corde in vigilia diffundi, atque ad cor ipſum ſomni tempore revocari debebat. Quid ergo Plutarchus hic memorat ſpiritum ipſum in Platonis, ac Stoicorum hypotheſi ad ſuperciliorum interſtitium deferri? perinde quaſi Stoici ἡγεμονικὸν, animaeque ſedem in illo collocaverint; quum ne ipſe quidem Plato animam in ſuperciliis, ſed in toto capite, collocatam eſſe putaverit. Vt commodus ſenſus aliquis ex Plutarchi verbis exſculpi poſſit, ſimulque Scriptor ipſe ſibi conſtare videatur, ita locum hunc vitiatum, adeoque refingendum eſſe ego ſuſpicor, ut initio quidem non Πλάτων *Plato*, ſed Στράτων *Strato* reſcribatur, poſtremoque loco legatur ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν, ἢ τὸ μεσόφρυον ad *principale, vel ſuperciliorum interſtitium*. Ita nimirum facile, nitideque utramque Stratonis, & Stoicorum ſententiam Plutarchus expreſſiſſet; quod nimirum ſomni tempo-

(1) Lib. V. c. 23. (2) Divin. Lib. II c. .. (3) De Anima c. 43. (4) Lib. IV. c. 5.

pore ſenſitivus, aut animalis ſpiritus ad animum, hoc eſt in Stoicorum hypotheſi ad *principale*, aut ex Stratonis ſententia ad *ſuperciliorum interſtitium* revocetur, in quo, veluti ſede Strato animam, percipiendique vim collocatam eſſe iam dixerat. Quid vero ſi intermediis etiam vocibus aliis καθάπερ ἐπὶ τῆς γῆς, quae nullum ſane ſenſum hic pariunt, mendum ineſſe, adeoque ibi vel καθάπερ ἐπὶ τῆς ἐπιπολῆς, vel quidpiam ſimile reſcribendum eſſe coniiciam? Certe Epicurus aperte dixerat (1) ὕπνον γίνεσθαι τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν, τῶν παρ' ὅλην τὴν σύγκρισιν παρεσπαρμένων, ἢ ἐγκατεχομένων, ἢ διαφορουμένων, εἶτα συμπιπτόντων τοῖς ἐσπαρμένοις: ſomnum tunc *fieri cum partes animae, per totam corporis concretionem diffuſae, aut cohibentur aut diſtrahuntur, quum etiam incidant diſperſis, quae illas exſolvant*; Idque ex Epicuri ſententia expreſſit Lucretius (2)

Principio ſomnus fit, ubi 'ſt diſtracta per artus
Vis animae, partimque foras eiecta receſſit,
Et partim contruſa, magis conceſſit in altum;
Diſſolvuntur enim tum demum membra, fluuntque.

Itaque fortaſſe Strato, ſimulque Stoici, ut duplicem illam ſomni cauſſam ab Epicuro probatam refellerent, ſomnum ipſum dixere non a ſpiritu produci, qui ad exteriora membra, corporiſque ſuperficiem diffundatur; ſed ab illo ſolum, qui ad animi ſedem feratur; ſive potius in cerebro, animive ſede, obſtructis nervorum orificiis, ita coërceatur, ut neque a cerebro ad ſenſuum organa, neque ab organis ipſis ad cerebrum, animique ſedem excurrere poſſit. Quod ſi Stratonis, Stoicorumque ſententia hac ratione, reſtituto iam Plutarchi loco, exponatur, dubitari certe non poterit quin illa cum Recentiorum ſententia mire conſpiret: quemadmodum in explicanda quoque ſomniorum cauſſa, & origine Democritus, Epicurus, aliique Veteres ita Recentioribus praeluxere, ut utrique ſomnia ex imaginibus per ſenſus ad cerebrum delatis, ibique impreſſis oriri, miramque illam imaginum, perceptionumque varietatum efficere exiſtimaverint.


Sed nullus propemodum finis eſſet futurus ubi ſingulas opiniones illas hic ordine complecti vellem, quae a recentioribus quidem Phyſicis inventae, traditae, atque accuratiſſimis obſervationibus illuſtratae ſunt; ſed veteribus tamen ipſis iampridem affulſerant; longa-

(1) Laërt. Lib X. (2) Lib. IV. v. 914.

gaque deinde temporum ſerie ſic obſoleverant, ut extincta penitus ipſarum memoria ſuperiori tandem ſeculo, noſtraque aetate poſtliminio reverti, ac veluti repente in lucem prodire viderentur. Quamvis autem eiuſmodi veterum, recentiorumque concordiam, & conſenſionem ex iis ſolum Placitis hic indicandam ſuſceperim, quae a Plutarcho noſtro in hoc Opere proferuntur; facile tamen ex hoc ipſo intelligi, oſtendique poterit concordiam hanc in plurimis etiam aliis Veterum ſententiis inſtitui poſſe: quod a doctiſſimis ſane Viris maxima ingenii, ac eruditionis gloria factum eſſe conſpicimus. Itaque praeclare, ſapienterque Ariſtoteles cum de aetheris natura diſputaſſet, ingenue ſubdit: Καὶ ταύτην τὴν δόξαν ὐ μόνον ἡμεῖς τυγχάνομεν ἔχοντες· Φαίνεται δ' ἀρχαία τις ὑπόληψις αὐτὴ, ὲ τῶν πρότερον ἀνθρώπων ... ὐ γὰρ δὴ φήσομεν ἅπαξ, ὐδὲ δὶς, οὐδ' ὀλιγάκις τὰς αὐτὰς δόξας ἀνακυκλεῖν γινομένας ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἀπειράκις (1) *& hanc opinionem non ſolum nos habemus; videtur autem antiqua quaedam exiſtimatio haec, & priorum hominum . . . non enim dicemus ſemel, neque bis, neque raro eaſdem opiniones reverti factas in hominibus, ſed infinities.*



(1) Meteor Lib. I. c. 3.



COR-

CORRIGENDA

IN PROLEGOMENIS.

Pag.	*Errata.*	*Emendatio.*
IV.	ab avunculo Frontonem	ab avunculo Frontone
XV.	ſcriptis oſtendant	ſcriptis oſtendat
XXVIII.	Laërtius illi 100.	Laërtius 100.
XXX.	*Cyrepe*	*Cyrene*
XXXII.	Zenonis Eleate	Zenonis Eleatae

IN PLVTARCHI LIBRIS.

10.	Nota 2. *maxima foret*	*maximum foret*
31.	Nota 3. Atomis, ipſorumque	Atomis, ipſarumque
44.	Περὶ σχημάτων ἀς:ρων	Περ· σχήματος ἀςέρων
45.	continens &	*continens &*
49.	Nota 2. partem exhalantem	partem exhalatam
53.	aeſtivum tropicum; ſiniſtras vero, quae iuxta hiemalem, *vel auſtrales ſunt, vel boreales.*	aeſtivum tropicum, *vel boreales*; ſiniſtras vero, quae iuxta hiemalem, *vel auſtrales ſunt*
55.	quam nubium accenſionem	quam *nubium* accenſionem
61.	lucem vero ad nos percolantem	lucem vero ad nos percolans
78.	vel congenea ſunt	vel congenera ſunt
91.	propter in quod potius vergat; eius vero loca *ipſorum* raritatem	in quod potius vergat; eius vero loca propter *ipſorum* raritatem
92.	atque amarulentiam	atque amaritiem
112.	*viſum* ſimile	*viſum ei* ſimile

IN DISSERTATIONIBVS.

IV.	*Tum partibus iungi*	*Tum paribus iungi*
V.	εὔλογος	εὐλόγως
VI.	nimirum, nobilioreſque	nimirum plures, nobilioreſque
VII.	quod non Poëticae	non quod Poëticae
	Pharnutus	Phornutus
	Evhemerum ipſe	Evhemerus ipſe
IX.	ΚΑΛΧΑΙΟΝ	ΚΑΛΧΕΙΟΝ
	obierit anno 3. Olymp. 120. ſuſceperit	obierit anno 3. Olymp. 120. regnumque anno 4. Ol. 115. ſuſceperit
XI.	partim textura	partium textura
XIII.	ut illa proinde non	ut illa proinde corpuſcula non
XVI.	temporibuſque initium	temporiſque initium
XIX.	Terrae parti confuſum	Terrae parti circumfuſum
XXIV.	incidente	incidentes
XXXIV.	ideoque de Platone	idemque de Platone
XXXV.	reſtatur ipſam	teſtatur Terram ipſam
XXXVII.	*rectamque*	*retractamque*

FINIS.